
BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
12
31 B
116

Pro

[illegible]



Præcipuarum CONTROVERSIARVM ARIST. ET PLATONIS CONCILIATIO,

OPVS DIV DESIDERATVM,
& à veteribus, ac recentioribus pollicitum, non tamen absolutum.

Authore Sacræ Theologiæ Magistro Gabriele Buratello Anconitano, Ordinis Eremitarum D. Augustini professore.

Cum rerum omnium memorabilium indice locupletissimo.

CVM PRIVILEGIIS.

Ludovici Oratis

Venetijs, Apud Franciscum, Gasparem Bindonum, & Fratres. 1573.

est ... M.e de Urbe ... Discalceat. S. Aug. ...

Orate pro datore

4

ILLVSTRISS.^mo AC EXCELL.^mo GVIDO VBALDO DVCI VRBINATVM.

F. GABRIEL BVRATELLVS Anconitanus Eremita instituti D. Augustini. S. ac Felicit.



VM superioribus annis cõcionandi gratia Pisaurum venisse (illustrissime excellẽtissimeq; Dux) ac cũ sæpe numero, cum Illustrissimo Comite Petro Bonarello à Ruere meorum studiorum rationem contulissem, ac cum fortè fortuna in eum sermonẽ de conciliãdo A R I. cum P L A. incidissem, opus quidem iam diù desideratum & à veteribus, ac recentioribus vtriusque phylosophiæ studiosis promissum, non tamen absolutum, nec non meum in conciliandis his duobus phylosophiæ principibus ingens studium declarassem, verum improbo labore perterritus, ab hoc honestissimo negocio destitissem, ac me ad studia leuiora dedissem, ita me ad cœptum negocium prosequendum adhortatus est, vt deposita omni difficultate, cœperim suis obtemperare præceptis. Dicere enim mihi consueuerat



sueuerat familiari quadam beneuolentia (vt sua solet esse humanitas) nō possumus mi Gabriel ad supremam uirtutum gloriam peruenire, nisi spretis calcatisq́ laborum incommodis: Nulla.n.ratione (vt opinor) Iouis filius Hercules fuit ab argonautis eiectus, nisi quia vna cum alijs regere, ac gubernare nauim recusasset: Et qui largam segetum frugem reponere desiderat, non parcit laboribus, hyemis rigores non veretur, æstiuos calores contemnit, ac omni difficultate superata, dulcissimis, ac suauissimis fructibus potitur. Virtus (vt fingunt poetæ) in supremo montis verticè sita locatáq́ est, vt qui volunt ad eam peruenire, non sine ingenti labore eam consequi posse affirment: non secus tibi faciendum esse duxi, si egregium nomen tuum immortalitati consecrare desideras. Quibus adhortationibus commonefactus, ad iuuenilia studia me contuli, ac ea repetere aggressus sum: Cumq́ animaduerterim omnes has controuersias iam semo confectus, familiaribusq́ negocijs, ac frequentissimis ægritudinibus impeditus, me minus posse sedare, ex illis decem, & illas quidem meo, ac aliorum iudicio difficiliores, pro uirili conciliare studui, ac sub tuo nomine (Opti. ac Clem Prin.) ad communem studiosorum exercitationem, vtilitatemq́ edere decreui: Non tamen vt pluriq́ faciunt, qui suas lucubrationes primati-

bus

bus inscribunt, partim vt ab his honestissimarum vigiliarum præmium ferant, partim quò ipsis contra nouitatis inuidiam magni nominis authoritas suffragetur: Ego uerò neutro sum permotus, sed vt aliquando meæ obseruantiæ simbolum aliquod tibi Magnanimo Principi darem, hunc laborem (si tamen his labor dici potest, qui tam libenti animo exhibetur) assumpsi. Non me latet multos hunc meum laborem aspernaturos, cum hos phylosophiæ patres minimè posse inter se conciliari opinentur, sicuti in concilio de Ideis declaraturi sumus Verum his sic respondendum arbitror, qui hoc nostrum studium damnant, cur simplicij, Phyloponi, Amonij, Eustratij, Boetij, ac Illustrissimi, pariterq́ doctissimi Comitis Ioannis Pici mirandulæ studia non centemnunt? sunt enim non uulgares, sed (meo quidem iudicio ac doctissimorum virorum sententia) vtriusquè phylosophiæ lumina: Hos enim, ac multos alios longe vetustiores in his nostris concilijs secuti sumus, quorum authoritatem, ac singularem eruditionem aspernari ridiculum esset. Non tamen eo inficias tam in Academicorum, quàm in Peripatheticorum gymnasijs varias, ac diuersas, interseq́ pugnantes phylosophorum sectas fuisse, sed studiosum eam præcipuè sequi debere, quam ueritati ac pietati consonam magis esse iudicauerit. At quia horum phylosophorum

quos supra recensui sententia mihi magis arrisit ac ueritati magis quadrare opinatus sum, hanc potissimum in omnibus studijs meis secutus sum Nimis enim criminosum est præceptorem suum sine culpa accusare, ac eum sine causa damnare, uerum si fortè aliquando Platonē reprehendere videatur hoc ideo factum est, quia post obitum ipsius Platonis adeò doctrina à sectatoribus diuisa est (vt in meis conciliationibus testimonio literatorū uirorum ostendam) ut quid ipse senserit non facile intelligere possimus. Et cum parentibus, ac præceptoribus uices reprehendere nequeamus? si illi ex industria ac serio contradixisset, præceptoris gloriæ nimium inuidus fuisset. Si qua uerò controuersia inter eos esse uidetur, potius illa in uerbis quam in re si diligenter contemplemur, esse conijciemus PLAT. enim Pythagoreos, Poetas, ac priscos illos qui secreta phylosophiæ numeris, ac figuris geometricis quasi quibusdam velaminibus inuoluebant, secutus ne arcana phylosophiæ quæ solum studiosis committi consueuerant, minus propriè locutus est idq; dedita opera obseruauit, potissimumq; in rebus difficilimis, quæ non nisi exemplis intelligi possunt, qnod si ob id damnandus erat Plato, non minus in hoc genere dicendi, vitio dandum erat ARIST. qui præceptorem secutus hoc genere scribendi (vt dicemus) usus est. Quid enim vel in naturali

rali phylosophia , vel metaphysica , vel in Ethicis , vel in Politicis , vel in Oeconomicis scripsit A R I S T. quod ex P L A T. prae ceptore suo non acceperit ? Sunt haec adeo perspicua vtriusque phylosophiae operam nauantibus, vt à nemine nisi ignaro negari possint . Ab vtroque verè phylosophiae praecepta accepimus, licet magis distinctè ab A R I. nam facilè erat inuentis addere, ac in methodum redigere; Plato verò auditores suos egregiè initiatos supponens absolutam , phylosophiae sapientiam tradebat, ab altissimisq; causis exorsus, ad sensilia magis descendebat. Homo.n.magis ratione viuit quàm sensu, ac mente potitur magis quàm reliquis animae uiribus, qua communicamus cum intelligentijs, idcirco ab his ordiendum putauit. A R I S T. vero quia sensilia familiaria nobis, ac perspicua magis opinabatur, cum nihil sit in hominis intellectu, quin prius fuerit in sensu, ab his phylosophiae praecepta nobis tradere coepit. Hoc est diuersum phylosophandi genus non tamen diuersa doctrina , quàm si quispiam sine liuore rimari coeperit, hanc nostram sententiam verissimam esse iudicabit . Hac itaque de causa permotus volui hanc primam controuersiarum decadem sub tuo nomine (Opt. ac Clem. Prin.) in lucem edere, quam si lectu dignam acri tuo iudicio, ac studiosorum , iudicaueris , vita comite, dabo operam vt alias etiam accipias. Doleo

tamen eum in me non esse dicendi leporem , ac singularem sermonis dulcedinem , vt eruditissimum seculum nostrum expetere videtur , res tamen ipsa (mihi crede) elegantioris stili lenocinium non admittit , vt Manilius. Ornari res ipsa negat contenta doceri. Dum enim latini sermonis vim , ac rationem quærimus, rerum , quas inuestigamus naturas amittimus. Fingere sæpenumero nomina docuit ARIST. vt melius rerum substantias intelligeremus, spreta nominum , ac verborum proprietate: Amittere interdum veritatem solemus, dum curiosius sermonis dulcedinem perquirimus: sapientia quæ per se ipsa reuerendum quiddam atque diuinum est , nec extraneo , ac peregrino eget ornatu , sed sola sua puritate gaudet: Marmorea domus picturam non recipit, quàm si super induxeris, demas de dignitate, deq; pulchritudine necesse est : Non aliter , & sapientia , & quæ tractantur à phylosophis , tectorio non clarescunt, sed offuscantur : Nuda se se ostendit studiosis phylosophia , quæ si facie horrida , ac hispida tibi principio uideatur , noli perhorrescere , sed illi toto pectore , ac animo adhere , si dulcissima sua consuetudine frui desideras . Quare nec cum ea tropis ludendum , nec uerbis nimis luxuriandum , aut trãslatitijs lasciuiendum , aut factitijs audendum in re tam seria , tantiq; momenti , in qua demere

mere

mere, addere, demutare aliquid, sit flagitium: In sua puritate, ac simplicitate sapientiæ veritas intuenda est, quæ alieno splendore non eget, vt reliquæ artes, quæ quasi meretricio ornatu incedunt, vt stultorum animos adulterina fama decipiant, quæ si aliena ornamenta deposuerint ac sic exutas, expoliatasq; intuitus fueris, potius eas perhorrescas, quàm diligas: Quæ non suis uestibus amiciuntur, sed peregrino vtuntur decore, turpia se esse declarant, quia propria forma in lucem prodire non audent. Plato cum theatralia ista, ac Poetarum figmenta iuuenum animos contaminare intelligeret, ac non parum in commodi Reip. afferre, poetas omnes eliminauit, ciuitatesq; gubernandas phylosophis reliquit, quia hi veritatis sunt amatores, illi verò osores ac euersores: Veritas non in prærupta fouea sita, locataq; est, vt Democritus opinabatur, sed in propatulo, quasi lux quæ vniuersa illustrat, verum si non videtur à multis, culpanda non est lux, sed hi qui vel illam intueri non possunt, vel nolunt: Non possunt, quia studium, ac diligentiam adhibere recusant, nolunt, quia animi illecebras, ac facinorosam uitam, quam emendare negligunt, cum ea plurimum delectentur, ostendit. Qui crimen alienum ei, qui perpetrauit ostendit, reprehensione dignus non est, sed qui commisit. Si

uidere

uidere deliramenta crimen esset, ac pœna dignum author omnium] Deus, qui [non modo quæ uidemus, sed etiam mentis secreta intuetur, esset criminandus, ac puniendus, sed absit hoc à super bono Deo. Cum itaque veritas huius potissimum ingenij sit, vt purissimas rerum naturas declaret, ego tanquam veritatis amator, has controuersias in lucem edere decreui, & calculo, ac censuræ doctissimorum virorum subijcere, vt rationibus vltro citroque habitis, veritas quàm me inuenisse opinor, magis clarescat, quàm tamen si non inuenero, dabo operam, vt vel meam sententiam retractem, palinodiamq́; decantem, vel alienis obiectis respondeam. Accipe itaque (Illustrissime ac Excellentissime Dux) qualecunque hoc munus meum, obseruantiæ erga te signum, & me (vt soles) ama. Vale. Italiæ decus, ac ornamentum.

AD ILLVSTRISSIMVM ET
EXCELLENTISSIMVM
Guidum Vbaldum tertium
Vrbini Ducem

Frater Antoninus Siculus Corleonensis Eremitarum Ordinis S. Augustini.



Vppiter omnipotens qui cælum nomine torquet
Viderat aurato è solio implacabile bellum,
Quod Stagirites cum præceptore tot annos
Gesserat: ecquis erit tantarum denique finis
Irarum? nunquam uenient in fœdera pacis?
Dicit: Celicolæ pauidi: silet arduus æther.
Tunc sic alloquitur Gabrielem ac talia mandat.
I Gabriel poteris fluctus componere tantos
Tu solus tecum ipse adero uiresque secundas
Atque animum tibi, sufficiam depone timorem,
Ergo descendit Gabriel: omnemq; tumultum
Sedauit soluit nodum litemq; diremit.
Hos tibi sacrauit dum uiueret inde labores
O decus immensum Italiæ totius & orbis
Inclitè Dux: haud immerito: nam gloria nostri
Secli tu Domus Antiqua, ueterumq; parentum
Splendor: tu sanctæ fidei; sanctiq; senatus


Defenſor magnus:tu forti es pectore,& armis.
Præſtans doctrina & nulli pietate ſecundus.
Hinc ueſci Ambroſia , menſeq́ꝫ accumbere Diuum
Te Deus in cœlis faciet:tibi laurea ſerta
Pallas componit:laudem, & ſpolia ampla referre
Dat Mars Bellipotens ex hoſtibus undiq́ꝫ uictis.
Ergo ſume tuum Gabrielem fronte ſerena,
Et defende uirum protectus numine tanto
Cunctorum poterit ſecurus tecta ſubire

CAESARIS MEGANINI
Foro sempronienfis epigrama.



E Ducis Vrbini (Gabriel) præferre labori
Gratulor eximio nominaclara tuo
Nullus Aristotelem potuit conferre Platoni
Dum super Ideis dicit uterq; suis.
Phylosophos inter magnos componere litem
Tam veterem, nulli iam potuere uiri.
Tu tantos (Gabriel) sedasti doctè tumultus
Non re, sed uerbis lis erat illa grauis.
Sic res concordas verbis, sic nomina rebus
Sentire authores vt videatur idem.
His ne diffideant iterum, præponis Achillem
Qui grauitate virum sedet vtrunque sua.
Proh superi quantum præstat mortalibus unus,
Qui valeat tantos ore tenere uiros.

F. ANGELI DE CAMERINO Ordinis Eremit. S. Augustini, Hexastichon.



Issona Aristotelis verba, & quicunque Platonis;
Vnius arte Viri consona facta legis,
Id non humano captu procedere credas,
Huic mentem rexit, mouit & ora Deus.
Nec fallor: Gabriel nutu iussuque Tonantis
Spiritus amborum venit ab arce Poli.

Tetrastichon eiusdem

Magnus Alexander uoluit de marmore puro
Solo à lysippo fingier ora sua.
Iussit Aristotelem Deus, & Gabriele Platonem
Concordes fieri iudice non alio.

10

INDEX LIBRORVM HOC *in Opere contentorum*

INDEX NOTABILIVM

quæ in toto opere continentur, per ordinem Alphabeti per p. paginam, per f. faciem intelligas.

anima

* ani-

Ciui-

** emanatio-

G

H

I

L

M

mate-

N

O

Quadran-

Q

R

remin-

 19

T

*** tiranni

V

INDICIS FINIS.


PRAECIPVARVM CONTROVERSIARVM ARISTOTELIS ET *Platonis Conciliatio.*

AVTHORE R. P. MAGISTRO Gabriele Buratello Anconitano

Ord. D. Aug. professore, ac vtriusq; Philosophiæ initiato.



DE IDEIS LIBER I.



E Ideis locuturus, ac ea quæ de his PLA. Aristotelesq; disseruerunt, & eruditè, & disertè conciliaturus, vereor multos hos nostros conatus ac ingentes labores aspernaturos, & potissimum, qui hos egregios phylosophos minime posse conciliari opinantur. Non enim defuerunt, qui diuersum genus phylosophandi considerarunt, ac ob id diuersas sententias eos tenuisse, neque in verbis, nec in re, eos conuenire opinati sunt. De quorũ numero fuit Alexander Aphrodiẽsis, qui adeò Aristotelicæ doctrinæ addictus

in nullo conuenire ARI. cum PLA. arbitratus est. Altero enim genere phylosophandi delectatus, reliquum contempsit. Latini etiam ferè omnes vnà cum Auer. hanc viam sequentes hoc ipsum dixerunt. Præterea Atticus Platonicus omnino A R I S T. dissentire à PLA. affirmat, referente Euseb. lib. contra phylosophos.cap.3.in calce, inquit enim. Quemadmodum enim Leonibus cum viris fidum iusiurandum non est, nec lupi & oues vnanimes redduntur.vnquam, sic nec PLA. & ARI.&c. Cicero etiam huius sententiæ fuit, & potissimum in re hac. in lib. Academicarum quæst. A R I. primus species, quas paulo ante dixit, labefactauit, quas mirifice PLA. erat amplexatus, vt in his quiddam diuinum esse diceret.&c. Verum è regione his aduersantur, qui vtriusque phylosophandi rationem admirantes ac singularem doctrinam, non sunt veriti affirmare, eos in re conuenire quidem, voce autem ac ratione docendi longe differre. De quorum numero fuit Ammonius, Io. Grammaticus, Simplicius, & Eustratius. quorum opinionem cum mihi magis arrideat sum semper secutus, atque tueri non dubitaui, & in iuuenili mea ætate, cum Paduæ bonis literis impensissimam operam nauarem. In omnibus etiam studijs meis, tum præceptores audiendo, tum etiam cæteros docendo, cum doctior iam euasissem, animum semper

inquit

per

per adhibui, quomodo quaue ratione hos egregios philosophos conciliare possem. Verum cum nec mihi ipse fidem adhiberem viros multos planè doctiss. consului, qui non modo hunc meum laborem laudarunt, verum enimuero me multis verbis commone fecerunt, vt hoc opus ad modum egregium, diuq; desideratum, atq; à multis tum vetustioribus, tum recentioribus pollicitum, absoluerem. At cum nec mihi satisfecisse putauerim licet cæteris satisfecerim omnibus, hoc etiam periculum facere aggressus sum. Bononiæ, Paduæ, Mediolani, Romæ, disceptaturus publicè, has etiam inter cæteras conclusiones proposui, vt quasi aurum in igne coniectum, illustriores redderentur. Id quod non secus factum esse putabo, cum acri tuo iudicio (optime Princeps) non modo in rebus bellicis, singulare semper iudicaui, verum & in re literaria studium meum comprobabit. Et ne multis aures tuas purgatiss. obtundam, ad propositum negotium accedam. Et vt etiam quisquis vel mediocris in vtraque philosophia initiatus, quæ à me dicenda sunt, facilius capere, ac memoriæ commendare possit, hanc in dicendo seriem seruabo. Principio itaque declarabo vnde dictum sit nomen hoc Idea, deinde quid ipsa Idea sit commostrabo, vt facilius id de quo sermo habendus est, intelligatur. Præterea in quo loco statuendæ sint, tum apud PLA. tum apud ARI quid

maxime consideranda atque noscenda est, in potestate constitutis uocabulis, vt quod uolet quisque appellet rem; quam cognouerit. Ideas igitur latinè possumus, vel formas, vel species dicere vt verbum, è verbo transferre videamur. Si autem rationes eas vocemus ab interpretandi quidem proprietate discedimus. Rationes enim græce οἱ λόγοι appellantur, non Ideæ &c. volui autem hanc longam verborum seriem ex Diuo Augustino recensere vt non modo ideæ nomen vnde desumptum est, intelligeremus; verum enimuero vt non fuisse PLA. huius rei inuentorem cognosceremus quod facile ex his quæ aduximus ex Diuo Augustino colligere valemus licet ideas alijs nominibus vocitarint. Idearum autem doctrina uetustior est ac longe antiquior quam multi arbitrati sunt, ac ex sanctis libris eam accepisse sicuti multa alia dicit D. Aug. dum s. Aegyptũ lustrauerit Hebraicarum disciplinarum adiscendarũ studio flagrans. Non tamen ibidẽ Hieremiã audiuit docẽtem, neq; ab eo edoctus fuit, queadmodũ opinatus est D. Amb. & aliquando eius sentẽtiã secutus est. D. Aug. verũ postea melius tẽpora discurrens dicit eo tẽpore quo Hier. fuit in Aegypto nõ potuisse PLA. eũ prædicantẽ audire, sed hæc oĩa didcisse ex libris Moysi quos in punicã linguã vertẽdos curauit Ptholomeus rex Aegipti. Huic veritati astipulatur Eusebius

De doctri. Christiana. lib. 2. c. 28. Retra. cap. 4. 11. c. 12.

Cesariensis. De praeparatione Euangelica dicit enim. Si quis uoluerit, (refert enim hic Philonis Iudei sententiam) significatioribus verbis vti, nihil aliud intellectualem dicit esse mundum, quàm Dei iam creantis verbum. Nihil enim aliud ciuitas illa intellectualis est, quàm creatoris ratio creare iam cogitantis, quod dogma Moysi non meum est. Aperte nanque, scribit ad imaginem Dei hominem esse formatum; Quod si pars mundi imago imaginis est, & uniuersus iste mundus sensibilis ad exemplar diuinae imaginis factus est, primitiuum ergo sigillum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est. Primitiua Idea idearum omnium Dei verbum. In principio autem dicit. Fecisse Deum cœlum et terram etc. Ex his omnibus concludere possumus idearum autorem seu qui de his loquutus sit Moysem fuisse, licet Ideae non sit vsus nomine sed imaginis. Aliud etiam diligenter et hic animaduertere licet qua de causa PLA. diuini nomen sibi vsurpauerit, & iuditio meo hoc fuit in causa. quia ipse non modo mundanae phylosophiae studiosus extitit, sed etiam sanctarum scripturarū ideo merito diuinus nuncupatur. Quicquid enim de summo bono, de verbo, de Dei vnitate, instabilitateque., de animi immortalitate dicit, ac de multis alijs quae longum esset omnia retexere, ex Moyse ac Prophetarum vaticinijs accepisse PLA.

PLA. refert Euſ. eo in loco ſicuti dicimus. in alijs noſtris conciliationibus. Hactenus de ideæ nomine: modo ſupereſt vt ideam definiamus.

Licet enim PLA. multa de Ideis in Parmenide ſtudioſe, eleganter, ac appoſite dixerit, non tamen eam quid ſit definiuit, ſed platonicorum quidam tum recentiores tum vetuſtiores definitiuam eius rationem aſſignarũt dicentes. Ideam PLA. poſuiſſe formam quandam æternam, incorpoream, à materia ſeparatam & in Dei mente poſitam. Principio dicit Ideam eſſe formam, non quidem intellige inherentem ſed exemplarem, forma enim quæ inhæret potius arguit tum reſpectu illius cui inhæret, tum reſpectu ſui ipſius qnandam indignitatem, quam à Deo remouere omnino debemus. Dixit deinde formam hanc eſſe æternam, tum vt ab his quæ generationi & corruptioni obnoxia ſunt, ſecerneretur, tum ne aliquid aduentitium in Deo eſſe intelligeremus. Dixit illam eſſe incorpoream ne aliquando eductam è gremio materiæ, aut materiam perficere opinaremur. Dixit à materia ſeparatã, vt illam differre plus quam genere cognoſceremus, ſicuti infra ex ſententia PLAT. & ARIST. demonſtrabimus. Vltimo eam ſtatuit in mente diuina, ne quid fictitium, aut animo menteque conceptum arbitraremur. Verum quando eam

difficultatem examinabimus vbi ſcilicet ponendæ ſtatuendæque ſint Ideæ hoc ipſum magis declarabimus. Et vt hanc definitionem clariorem illuſtrioremq́ reddamus, adducemus quæ Plotinus optimus interpres PLA. dicit: Mens (vt ſcribit in Timæo) ideas in eo quod viuens eſt inſitas contuetur. Hinc mundi artifex cogitauiſſe dicitur in hoc mundo includere, quæ mens in eo quod viuens, ſiue animal eſt contemplatur. Et paulo infra declarans quomodo cuncta Deus in ſe ipſo cognoſcat, atque quomodo in eo idem ſit intelligens, & intellectum ita fatur. Deinde nihil prohibet, quantum pertinet ad id quod dicitur ambo vnum exiſtere, ſolum vero per intelligentiam inter ſe diuerſa, ſiquidem ſolum ipſum ſe habet vt ens, idque partim quidem intelligibile, partim etiam & intelligens. Vbi enim dicitur intellectus intuetur ideas, nō ſignificat omnino in alio contueri, ſed in ſeipſo intelligibile poſſidere. An fortè nihil prohibet ipſum intelligibile eſſe etiam intellectum, ſed in ſtatu, vnitate, quiete: naturam verò intellectus inſpicientis intellectum illum in ſe ipſo manentem eſſe actum quendam ab illo manantem qui ſuſcipit illum &c. Sanctiſſimus etiam Dionyſius Athenarum antiſtes non minus Platonicæ diſciplinæ quam Chriſtianæ pietatis ſtudioſiſſimus interpres, declarans Ideas dicit.

Exemplaria vero dicimus rationes in Deo substantificas rerum, & ante hæc omnia singulariter existentes: quas Theologia prædifinitiones, seu prædestinationes vocat. Et diuinas bonasq; voluntates, rerum difinitrices omnium, atque effectrices, per quas ipse super essentiam Deus, quæ sunt omnia præscripsit, atque produxit. Verum vt res hæc magis perspicua reddatur, singula huius viri verba perpendamus. Dicit primo ideas esse exemplaria & rationes substantificas rerum, vt intelligeremus formas illas repræsentare rerum substantias. subdit postea ac dicit. Et ante hæc omnia singulariter existentes, vt intelligeremus eas etiam æternas, non à rebus causatas sed esse rerum omnium causas exemplares, Dicens deinde, quas Theologia prædefinitiones seu prædestinationes vocat, ex his nil aliud intelligere volebat, nisi Deum rerum omnium auctorem prius quàm res in suo ~~etiam~~ produxisset eas in se ipso præcognouisse, ac fines mediaque præscripsisse, quæ postea in tẽpore consecuturæ essent. Vltimo dicẽs eas esse difinitrices ac rerum omnium effectrices rationes, ac his Deum omnia condidisse, demonstrauit idearum vsum, & quomodo & ad scientiam ac ad efficientiam rerum conducant. Quæ omnia cum reliqua quæ de eis declaraturi sumus absoluemus, lucidiora reddentur. Hactenus de idearum definitione.

De di. no. c. 5.

esse

Tempus

Tempus aūt iam nos vocat ut disseramus in quo statuēdæ sint ideæ, et primo dicimus. PLA. mentem in hac difficultate longe diuersam fuisse, nec sibi constare multi opinati sunt. Verum si introspiciamus ac diligenter perpendamus diuinam eius mentem, nullam controuersiam in dictis eius reperiemus. Aliquādo enim PLA. Ideas statuit in mente diuina, aliquando in verbo & non in diuina mente, aliquando uero in concauo Lunæ, & ob id non sibi constare multi dixerunt. Ad tollendum itaq; huius difficultatis scrupulum, quædam animaduertenda duxi, quæ non modo ad tollendam hanc controuersiam satis commoda erunt, sed ad platonicam disciplinā aperiēdā admodū necessaria. Dicimus itaq; non omnia dicta PLA. secundum literam, neque ut uerba sonant etiam intelligenda, sed secundum mysticam quandam intelligentiam esse accipienda, potissimum cum rebus mathematicis ac Pithagoricis, poetarumq; figmentis exornandi amplificandiq; gratia, mirifice vtatur. Non enim nobis vitio dandum est cum rem difficilem declarare contendimus, si tantisper his dicendi modis utamur quibus non modo PLA. usus est, verum & ARI. præceptoris sui instituta secutus. Nam t.c. 6. *tertio de anima declaraturus intellectus possibilis naturam, ita inquit. Et bene iam dicentes sunt animam esse locum specierum, verum non*

totam

totam sed intellectiuam, neque actu sed potentia
specie. Laudauit hoc in loco PLA. senten-
tiam, qui anima potiss. locum specierumq;
materiam potuit. Et hoc dicit Io. Grãma. Eo ve
ro in loco dubitat Auer. quia in definitione hu-
ius intellectus loco generis posuit locum, quod im
proprie satis dictum est, ac definitio illa potius
Rhetorica quàm Phisica dicenda est. Cui dif-
ficultati faciens satis Auer. cum non liceat phy
losopho rem serio definienti Rhetoricam defini-
tionem assignare, ita inquit. Sed cogitur homo
in talibus rebus quæ non intelligũtur nisi per con
similitudinem vt notificet ea per talia genera
rhetorica. Præterea in eodem lib. ARI. Paulo t.c.14.
infra, eandem naturam declaraturus ait,
At pati quidam secundum commune aliquid
diuisum est prius. Quoniam potentia quodam
modo est intelligibilis intellectus. Sed actu ni-
hil antequam intelligat. Oportet autem sic, si-
cut in tabula nihil est actu scriptum, quod quidẽ
accidit in intellectu. Perpende (opt. Princeps)
ARI. assimiliare intellectum tabulæ non depi-
ctæ, more ac genere dicendi vtens Rhetorico.
Sententiam vero hanc ad vnguem (vt prouer
bio dici solet) ex præceptore suo PLA. acce-
pit qui in Philebo vel de summo bono ita fatur.
So. Quia ergo? idem ne tu hic, quod ego sen-
tis? Pr. Quid istud? So. Videtur mihi tunc fo.73. in calc.
hominis anima libro cuidam persimilis. Pr.
Qua

Qua ratione? Soc. Memoria in idem cum sensibus incidens, & illæ quæ circa ista passiones sunt, verba quædam in anima quodammodo inscribere mihi videntur, cunque vera conscribunt passionem huiusmodi veram opinionẽ dicimus &c. Tam ARI. ergo, quam PLA. rethorico sermone fuisse vsos, facile ex his & potissimum in rebus difficilimis declarandis cognouimus. Quod vero sæpe numero ambo poetarum figmentis ac velaminibus secreta phylosophiæ occultauerint, reliquum est vt commostremus. Et quia longum esset omnia poetarum dicta quæ à PLA. in vniuerso suo opere adducere consueuit, ex his vno dumtaxat locum breuitati studens citabo. In Alcibiade volens declarare eum, qui bonis artibus est ornatus minus certe delirare, quàm qui his expoliatus est fo. 36. & 37. *ac sicuti qui optimam corporis valetudinem recuperare contendit, operæprecium est, peritum medicum inuenire; & qui vult prospere ac feliciter nauigare optimum gubernatorem, adducit Homeri sententiam de Margite dicens.* Carmẽ Home. de Margite. *Huic certe conuenire uidetur illud Poetæ carmẽ quomodo quendam vituperans inquit. Multa quidem nouerat, sed male nouerat omnia. Al. At vero id Poetæ dictum quid concinit? mihi certe nihil videtur proposito nostro congruere. So. Imo quadrat penitus, verum per ænigmata & hic & cæteri ferè omnes poetæ loquuntur*

quuntur. Est enim ipsa natura poesis ænigmatum plena, nec qui vis eam dignoscit. Ad hanc illius naturam accedit, quod si quando insit in homine inuido, nolente sua sensa cæteris hominibus reuelare, mirum est quam difficile cognitu sit quod poeta senserit. Neque enim Homerum diuinissimum sapientissimumq́; poetam ignorasse putes, quod scire male impossibile sit, ipse enim est, qui inquit. Margitem multa quidem scire, male autem scire omnia sed ænigmate sensum occultat, vt arbitror, male pro malum ponens, scit autem pro sciré, vnde compositio quædam extra carminis mensuram conficitur; quod vero sentit, hoc est. Multa quidem sciuit, sed malum sibi fuit hæc omnia scire &c. Vtitur ergo PLA. poetarum dictis non secus ac ipsi ad occultanda secreta philosophiæ, ne vulgo ludibrio fierent. ARI. etiam secutus PLA. cum enim loquutus fuisset de numero intelligentiarum secundum demonstratiuam disciplinam adducit poetarum dicta, & inquit. Tradita sunt autem à senioribus, & antiquis in fabulæ figura dimissa posterioribus, quia Dij sunt hi & continent diuinam naturam vniuersalem. Reliqua vero fabulosæ sunt allata ad persuasionem vulgi, & cætera. Auer. hæc verba exponens, inquit. Cum ARI. fuerit primus qui sciuit in suo tempore hoc principium,

Margitis sententia explicatur.

12. met. t. c. 50.

vult

vult dare testimonium de sermonibus antiquis acceptis à Caldeis in quibus fuit scientia perfecta secundum illud quod remanet de sermonibus eorum, est quasi Apologus, &c. Idem etiam c. 44. *supra adducens sententiam PLA in Timæo dicit. Hoc autem quod PLA. habet in suis verbis obscuris, quod creator creauit angelos manu, deinde præcessit eis creare alia mortalia, & remansit ipse in quiete sine labore, non est intelligendum ad literam. Et forte existimare hoc in Deo fuit causa Sabbati positi in lege filiorum Israel &c. Verum cur ego horum sententiam recensere contendo cum PLA. dicta adducere possim? Inquit enim scribens ad Dionysium. Caue* Epi. 2. *tamen ne excidant hæc vnquam in aures hominum disciplina eruditionisq́ expertium. Nulla sunt enim vt mea fert opinio, quæ dicta ad populum, magis ridicula uideantur, neque quæ apud ingenuos prolata, magis mirabilia & diuina. Sæpe verò dicta, semperq́ audita & multis annis, vix tandem velut aurum cum magno labore purificantur &c. Et paulò infra dicit: Maxima vero huius rei custodia est, nihil scribere, sed addiscere. Namque scribuntur contineri non possunt, hac de causa nihil ego de his scripsi vnquam neque est PLA. scriptum aliquid neque erit &c. Hæc verò PLA. omnia ex Pythagoræ doctrina accepisse cognouimus. Ille enim discipulos primus silere docuit, præceptoresq́*

resq; audire quam loqui, præcipue cum non minoris virtutis sit reticere quàm fari. Ob id non videmus eius scripta, sed animo menteq; retinenda præcepit hisq; mysteria hæc tradēda qui philosophandi studio flagrarent, atq; ad capescendam philosophiam apprime esset idoneus. Primus enim ipse fuit qui philosophiæ nomen adinuenit, vt refert Lact. Fir. Cum paulo plus saperet quam illi priores qui se sapientes putauerunt, intellexit nullo humano studio posse ad sapientiam perueniri; & ideo non oportere incomprehense atq; imperfectæ rei perfectæ nomen imponi. Itaque cum ab eo quæreretur quem nam se profiteretur, respondit Phylosophum, idest quæsitorem seu amatorem sapientiæ. Hæc præcepta verò Pythagoram ex Pherecide præceptore suo opinor accepisse, neque hoc suum inuentum fuisse, sed è uetustissimis hebræis emersisse, qui secreta Mosaicæ legis non scriptis committebāt, sed ore posteris communicabant hac lege, vt nec illis cæteris scripto propalarent, idq; non omnibus, sed his potissimum qui hac sapientia digni iudicarentur. Vnde hæc notitia Cabala ab eis est appellata, quæ receptio sonat, eo quod ore & Non scripto susceperunt. Mos ergo iste phylosophandi Pythagora vetustior est, quam multi arbitrati sunt. Verum si volumus eius disciplinæ ac philosophandi rationem cognoscere perlegamus eruditiss. illam Lisidis epistolam ad Hipparcum.

li.3.fo. 76.fac. 2.

parcum. Quæ cum non ingratam studiosis fore putem, totam hoc in loco adijciendam proposui. Lisis Hipparco sal. Equidem post mortem Pithagoræ, nunquam futurum existimaui, vt discipulorum eius societas disiungeretur, sed cum præter spem quasi naufragio facto, alij aliò disiecti, delatiq; simus, nihilominus meminisse diuinorum præceptorum illius pium est, nec bona philosophiæ cum ijs communia facere, qui nec somniare quidem animi purificatione potuerunt, nec fas est ea omnibus porrigere, quæ nos cum tot laboribus adepti sumus. Quemadmodum nec prophanis hominibus eleusinarũ dearum liceat arcana patefacere: Aeque enim vtrique ista facientes, iniusti: atque impij haberentur. Operæprecium est igitur recensere quantum temporis in abstergendis maculis quæ nostris inustæ pectoribus erant consumpserimus, antequam præcepta illius percipere digne possemus. Vt enim tinctores solent, priusquam telam inficiant, quarundam rerum acrimonia eam purgare, quo facilis colorem imbibat, qui aboleri postea non possit. Sic vir ille diuinus studiosos philosophiæ instituere, & quasi formare solebat, ne quando frustrari ea spe posset, quam de alicuius virtute concepisset. Neq; enim doctrinam mercennariam, atque venalem habebat, nec iuuenum animis, quod plerique philosophiæ professores facere solent,

laqueos

laqueos annectebat, sed diuinarum, humanarumq; rerum præceptor erat. Nunc vero plerique doctrinam illius simulantes, nullo ordine, nec vt decens esset, iuuentutem erudiunt. Itaque procaces, ac temerarios faciunt auditores suos, dum perturbatis, atque impuris moribus, intemerata philosophiæ præcepta commiscent. Vt enim, si quis in præaltum puteum cœno plenum aquam puram, atque nitentem effuderit, nihil aliud quàm cœnum perturbat, & aquam amittit, ita ijs accidit, qui hoc modo docent, atque docentur. Crebri enim ac densi uepres, & siluæ frequentes pectus, & præcordia eorum, qui non rite initiati sunt, occupant, omnemq; animi cultum omnem mansuetudinem, omnem rationem obumbrant, atque impediunt. Subeunt hanc siluam permultæ ac variæ belluæ vitiorum, quæ depopulantur, arcent, pulsant, nullo modo sinunt in lucem prodire rationem. Quarum belluarum duæ matres sunt, incontinentia, atque cupiditas. Hæ partu fœcundissimæ sunt. Incontinentia enim filias parit, illicitas nuptias, ebrietates, stupra voluptates contra naturam vehementes, ac rapidos impetus ad mortem vsque, atque ad excidium hominum agitantes. Iam enim libidine quidam vsque adeo inflammati fuerunt, vt ne à parentibus quidem, aut peioribus abstinuerint, quos eadem, quæ contra leges, patriam,

 parentes,

parentes, tyrannos impulerat libido, captiuos reuinctis post terga manibus ad postrema supplicia, interitumq́; pertraxit, Cupiditatis autẽ filiæ, sunt rapinæ, parricidia, sacrilegia, veneficia, & reliqua eius generis. Quamobrem siluam ipsam, in qua huiusmodi affectus instar belluarum latitant, ferro igniq́;, & omni machinarum genere excidere, ac deuastare primũ oportet. Cumq; huiusmodi, cultu rationẽ ab eius affectibus liberatam, intellexerimus, tunc serere optimã aliquam frugem debemus, & optimos, atque vberimos fructus inde prouenturos sperare. Hæc tu quidem Hipparhe, non paruo studio, ac labore didiceras, sed parum bene vir seruasti, postquam siculam istam luxuriam cœpisti degustare, cuius gratia nihil est, quod post ponere debuisses. Multi etiam te publicè phylosophari nobis retulerunt, quod Pythagoras vetuit, qui dum moriens commentariolos suos Damæ filiæ commendasset; ne cui extra familiam suam traderet, testamento reliquit. Hæc autem licet præ grandi pecunia vendere illos poterat, noluit, paupertatemq́;, & voluntatem patris, quamuis mulier, omni auro praciosiores existimauit. Ferunt hoc idem Damam quoque postea morientem Vitaliæ filiæ suæ mandasse. Nos autem virilis sanguis parum officiosi in præceptorem sumus, & quæ promisimus, sponte deserimus. Si igitur te emendaueris gratum habebimus, sin minus,

instar

instar mortui apud nos eris. Vale. volui autem vniuersam hanc epistolam recitare; vt intelligeremus PLA. arcanis phylosophiæ Pythagoram fuisse imitatum, & ideo eam vel non scriptis cõmisisse; vel rebus mathematicis inuoluisse, vt nõ facile à legentibus posset intelligi. Opinor etiam Aegyptios hac eadem ratione ante delubras Sphinges apposuisse, ne res diuinæ vulgo traderentur, vel si quando essent cõmittendæ, quibusdam velaminibus, & ænigmatibus occultandæ. Quod, si profanis diuina miscere liceret, adducerem Christiana dicta, & exempla nonnulla, sicuti est illud. Nolite sanctum dare canibus, nec margaritas proijciatis ante porcos. Et illud. Multa habeo de vobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Et illud Pau. dictum. Sapientiam loquimur inter perfectos. Et diuus Dion. Athenarum antistes, multa Timotheo de diuinis nominibus, de angelica, ac de Ecclesiastica Hierarchia scribens præcepit, ne librum cæteris legendum committeret, sed solũ his, quos dignos suo iudicaret arbitrio. Ad diuerticulum ergo repetatur sermo, & dicamus his omnibus de causis PLA. hoc genere dicendi fuisse vsum, ne secreta phylosophiæ publicarentur, vnde, cum dicit, Ideas esse in mente diuina, & aliquando in concauo Lunæ, non sibi dicta ista inuicem aduersantur, sed vnum dictum clarum, perspicuumq; est, aliud vero ænigmaticum, atque obscurum. Videamus

Mat. 7. Io. 6. 1. Cor. 2.

deamus modo, quomodo ſit intelligendum. Aiũt medici cerebrum in nobis frigidum, & humidũ eſſe: & licet intellectiua anima tota ſit in toto, et tota in qualibet hominis particula; cum non ſit organica virtus, & ob id non ſibi vendicare partem aliquam corporis, nihilominus intelligere, quæ eſt eius propria operatio, magis videtur apparere, & vigere in capite, quàm in alijs partibus corporis, cum ibi etiam vigeant ſenſus omnes tam externi, quàm interni. Cerebro aũt videtur conuenire quoquo modo intelligere, cum in eo reſideat ſenſus communis, fantaſia, cogitatiua, ac memoria. Dicit enim ARIST. Intelligere aut eſt fantaſia, aut non ſine fantaſia. ideo in cerebro videtur eſſe. Non ſecus dicendum eſt in dicto PLA. Ideas eſſe in concauo Lunæ, hoc eſt in mente Dei, vel in cerebro Dei, & per cerebrum, non niſi diuinam eius mentem intelligere debemus. Non ſunt ergo contraria dicta hæc PLA. Modo ſupereſt, vt videamus quomodo ſint in verbo, in mentibus intelligentiarum, ac in anima humana. At hic diligenter animaduertendum eſt, omnia triplex eſſe habere, virtuale, formale, & participatum, & quod de cæteris diximus, hoc ipſum dicere etiam poſſumus de Ideis, quæ in Deo habent eſſe virtuale, in verbo formale, in intelligentijs, ac in anima humana participatiuum. Sicuti dicimus caliditatem eſſe in

3. de anima. t. c. 30.

cœlo

cœlo, vel in motu virtualiter, in igne formaliter, in ligno, vel in aqua supercalefacta participatiuè. In Deo non sunt formaliter Ideæ, sed virtualiter; quod non erit difficile cognoscere, si animaduertamus, quomodo, ac qua ratione diuinæ intelligentiæ deseruiant. Deus enim, cuius intelligere est sua substantia, & cuius scientia non à rebus causatur, vt nostra, sed causat res, dum seipsum intuetur, cuncta intelligit, non modo quæ facta sunt, vel quæ futura, verum etiam quæ possibilia sunt factu; atque in hac sua intellectione cognoscit se, vario tamen modo, ac diuerso à creaturis, ac à rebus productis immitabilem: non enim æquè omnia rerum omnium authorem imitantur, ac eum assequuntur. Hoc declarans ARI. primo cœl. dicit. A primo ente omnibus communicatum est esse, his quidem clarius, his vero obscurius. Et secundo de anima. Est enim maxime naturale eorum, quæ in viuentibus sunt, operum, quæcunque perfecta, & non orbata, neque spontaneam generationem habentia; facere alterum, quale ipsum; animal quidem animal, planta autem plantam, vt quod semper, & diuinum est, aliqua ex parte habeant, quatenus possunt. Omnia enim illud appetunt, & propter illud agunt, quæcunq; secundum naturam agunt. Et primo phy. Existente enim quodam t.c.81.

Eccl.ᵃ 100. t.c.34.

diuino, & optimo & appetibili, aliud quidem contrarium esse ipsi dicimus, aliud autem aptũ natum est appetere, & desiderare ipsum secundum ipsius naturam: quibusdam autem accidit contrarium appetere speciem propter non esse indigens, neque contrarium. Corruptiua enim fiunt adinuicem contraria: sed hoc est materia, sicuti in fœmina masculum, & turpe bonũ, &c. Nec vero ARI. verba sub obscura Auer. declarans sic ait: Quia priuatio accidit materiæ de necessitate, & est hac perfectio diuina maxima, cui omnia entia appetunt assimilari primo principio, & ex qua appetunt acquirere secundum quòd natura eorum possit recipere: dicemus nos quòd materia secundum quòd accidit ei priuatio, est innata appetere se assimilari primo principio, secundum quod possit, & hoc est appetere receptionem formæ, &c. Volui autẽ vniuersa hac ARI. verba recitare de appetitu materiæ, vt intelligeremus cũcta ex PLA. præceptore suo accepisse. Dixerat.n. ARI. materiã, quia à priuatione nõ secernitur, ac minime separatur, ideo semper appetere formã, sicut fœmina appetit marẽ, ac turpe bonũ. Non secus inquit PLA. Tria (inquit) in præsenti genera summenda sunt. Vnum quod gignitur, aliud in quo gignitur, Aliud à quo similitudinẽ trahit, quod nascitur. Iccirco cõparare hac ita decet. Quod recipit matri, vnde recipit patri, naturam istorũ mediã proli, &c.

In Ti. fo. 584. in medio.

Sicuti

Sicuti ego mater prolem habere desiderat, ac ob id viro copulari, sic materia formam auet, ut ex his compositam emergat. Si itaque materiæ, quæ maiorem in modũ à primo ente distat, hoc summi boni desiderium inest, quãto magis id ipsum cæteris in esse debent, quæ naturam perfectiorem iam assecuta sunt? Et Plotinus vir planè doctis. de hoc communi omnium desiderio ita inquit. Vnum quiddam, idemq́ numero simul vbique totum; communis indicat mentis humanæ conceptio, quando omnes naturali quodam instinctu clamant in vno quoq; nostrum esse Deum, adeo vt vnus in omnibus, idemq́ sit Deus. Ac si quis huius præsentiæ modum ab eis minime sciscitetur, neque contendat opinionem illam ratione discutere, ita proculdubio confirmabunt, idque excogitatione propria machinati penitus conquiescent, &c. Nec vero omnia ea ratione diximus, vt cognosceremus omnia certatim, ac æmula quadam contentione cupere ipso summo bono assimilari, non tamen æqua lance id omnibus datum est; sed prout cuiusque ingenium, ac natura patitur. Deus itaque se ipsum intuitus diuersa quadam ratione à rebus immitabilem, si hanc suam intelligentiam ad opus non dirigat, sed in sola ea contemplatione persistat, ad speculatiuã suam Dei scientiam spectabit, si vero ad opus, ad practicam. Et ob id non modo respectu nostri, verum & respectu primi Ideas ad duo con-

dist. 6. lib. 5. c. 1.

 ducere

ducere dixerat PLA. & ad ſcientiam, & ad rerum generationem; ad ſcientiam autem, cum in ſola, nudaque contemplatione uerſatur; ad generationem, cum ſic immutatum à regeneranda cognouerit, talem ei conditionem exhibebit, qualem cognouerit naturam illam poſtulare. Hoc eſt ergo eſſe virtuale, quod habent Ideæ in diuina mente. Non ſunt enim impreſſæ, ſicuti in cera ſimulacrum Iouis; vel ſicuti in tabula ſunt depictæ diuerſorum hominum imagines, alioquin fieret tranſitus ab eſſe virtuali ad eſſe formale. Verum.vt res hæc magis perſpicua, & clara reddatur, prius quàm declaremus modum, quo in diuino verbo habeant eſſe formale, placet adijcere nonnulla PLAT. dicta, quomodo in Diuina mente exiſtant Ideæ. Timens diſceptaturus de mundi genitura,ita inquit. Dicamus igitur, quam ob cauſam ille rerum auctor generationem, & hoc vniuerſum conſtituit. Bonus erat. Bonus autem nulla unquam aliqua de re inuidia tangitur. Ergo cum liuor ab eo alieniſſimus eſſet.omnia ſibi, quantum fieri poterant, ſimilia fieri voluit. Si quis hanc gignendi mundi cauſam præcipuam à prudentibus viris acceperit, rectiſſime profecto accipiet. Itaque cum vellet Deus bona omnia fore, nihil vero, quoad natura pateretur malum, quicquid erat, quod in cernendi

ſenſu us

ſenſum cadere poſſet, aſſumpſit, non tranquillum, & quietum, ſed temere agitatum, & fluctuans, idque ea inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat eſſe præſtantius. Fas autem neque erat, neque eſt quicquam, niſi pulcherrimum facere eum, qui eſt optimus. Cum igitur excogitaſſet, inuenit nihil eorum, quæ ſecundum naturam aſpectui ſubiecta ſunt, ſi expers intelligentiæ ſit, intelligente alio totum toto pulchrius vnquam fore, intellectum vero alicui ſine anima dari non poſſe. Hac ratione mentem quidem animæ, animam vero corpori dedit, totumque ita mundum conſtituit, vt pulcherrimum naturæ opus, optimumque foret. Quocirca, ſicut ratio nobis hæc probabilis perſuadet, dicendum eſt, hunc mundum animal eſſe, idq́; intelligens, reuera diuina prouidentia conſtitutum. Hoc poſito, quod ſequitur videamus, ad cuius animalis ſimilitudinem Deus mundum conſtituit: Vni cuidam, proprieque animalium ſpeciei ſimilem feciſſe, ne arbitremur. Num ſi imperfecto animali ſimilis eſſet factus, pulcher certe nō eſſet. Immo vero illius animalis eũ ſimillimũ eſſe dicamus, cuius animalia cætera, et ſingulatim, et ſpeciatim, ſeu generatim partes ſunt. Illud ſiquidẽ uiuẽtia omnia, quæ ſola mẽte percipiuntur, in ſe ipſo cõplectitur, quẽadmodũ mundus hic nos, et cætera, quæ cernũtur animalia, cõtinet,

Mũdus quid.

tinet, &c. Ex his satis claret mundum, quem Diuinum animal appellauit diuina prouidentia, constitutum ad instar illius animalis idealis esse factum affirmauit, ideo omnibus numeris absolutum uidemus. Hoc uero ideale animal
fo.585. *in mente summi opificis Dei statuit. In illo eodem paulo infra de eisdem Ideis differens probat Ideas à cæteris formis distare, sicuti scientia ab opinione, illamque mente concipi, hanc ve ro sensu, sic Ideæ ratione capiuntur, reliquæ vero formæ, quæ generationi, interitusq; subduntur sensu, & ita inquit. Si intellectus, & vera opinio duo genera sunt, necesse est huius species esse, quæ per se ipsæ sint, & intelligentia potius, quam sensibus comprehendantur. Sinautem, vt quibusdam videtur, vera opinio ab intellectu nihilo differt, omnia, quæ corporis sen sus attingit, certa habenda sunt. Sed opinor duo esse dicenda quia seorsum sunt facta, & dissimilia sunt. Quippe quorum alterum doctrina nobis insinuat, alterum persuasio: & illud quidem semper cum ratione vera, hoc autem sine ratione, illud nulla persuasione mutabile, hoc huic mutationi subiectum &c. Ibidem*
fo.576. *etiam supra dicit. Quando igitur opifex is operis alicuius constructione ad id, quod eodem modo se habet, semper aspicit, & huius quodam vsus exemplo, ideamq;, vimq; in opus educit pulchrum fieri, tunc opus necessarium est: quan-*

do

do vero ad id, quod factum est respicit, minime pulchrum. Vniuersum igitur hoc Cœlum, siue mũdum, quod alio uocabulo gaudet, cognominemus &c. Et etiam paulo infra dicit. Cum vero, & mundus omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius auctor causarum omnium optimus, dubium non est, quin sempiternum sit secutus exemplum. Sic igitur ad id est, effectus, quod ratione, & sapientia sola comprahendi potest, & commutabile permanet. Ex quo efficitur, vt necesse sit hunc mundum alicuius simulacrum esse &c. Hactenus de esse virtuali, quod Ideæ habent in Deo. Superest, vt videamus in quo habeant esse formale. Verum, quia dicimus esse in verbo, latius inuestigandum est, quid ipsum verbum sit, & quid per verbum intellexerit PLA.

Principio ergo, cum Deus pater hominum, atque Deorum sit, cæterisque omnibus generandi vim præbeat sine germine, ac prole, eum esse, infœcundumq́ degere minime opinandum est. Verum, quis sit eius partus, ac proles declarauit PLA. Nam de Iusto, uel de Rep. dicit, Age per Iouem Sacrates, ne desistas, cum ad calcem ferè perueneris. Sufficiet enim nobis, si quemadmodum de iustitia, temperantiaq́, & alijs tractauisti, ita quoque de bono tractaueris. mihi quoque, ò amice ualde sufficiet. Ac uereor, ne vires sufficiant, atque ego supra vires ausus, ineptior

Dial. fo.494.

appaream, risumque audientibus moueam. Cæterum ò viri felices, quid ipsum bonum sit in præsentia dimittamus. Est enim, vt mihi videtur; præsentem supra contemplationem. Quis autem appareat boni ipsius filius quisque simillimus eius sit, si uobis placet dicam, sin minus dimittam. Dic age: patrem vero postea declarabis. Vellem equidem, vt & ipse explicare possem, & vos percipere non solum boni partus, ut nunc; sed ipsum bonum. Hunc ergo ad præsens partum boni ipsius, filiumque accipite: Cauete tamen ne inscius ipse vos decipiam, vanam reddens de filio rationem. Cauebimus id pro viribus. Dic modo. Dicam equidem, si prius repetamus inuicem, confirmemusq́; , quæ supra memorata sunt, & alias sæpenumero dicta. Quænam? Multa quidem pulchra, & multa bona, & singula similiter esse dicimus, & oratione distinguimus. Dicimus profecto. At qui, & ipsum pulchrum, & ipsum bonum inducimus, ac similiter in omnibus, quæ vt plura ponebamus, vnum rursus ponimus, secundum Ideam vnam cuiusque tanquam vna sit, & quod vnumquodque est, appellamus, &c. Verum quia longum esset omnia illa PLA. verba retexere, ac interpretari, placuit solum pauca hæc recitare, ne sermo de Ideis in immensum protraheretur. Perpendenda autem ac diligenter consideranda

Boni partus ac filius.

randa est vltima illa sententia. s. multa esse pulchra, & bona, quæ licet inter se distincta, ac discriminata sint, in vno tamen continentur, atque vniuntur: & hoc est illud verbum, & vnica illa Idea cæteras continens omnes, & mundus ille idealis. Et paulò infra inquit. Hunc me vocare filium boni dicito, quem ipsum bonum in hac secum genuit comparatione consimilem: vt quemadmodum ipsum in loco intelligibili ad intellectum, & ea, quæ intelliguntur se habet, sic & iste in loco visibili ad visum se habent, &c. Et in Tim. de eadem fœtura loquens inquit. Hæc sanè omnia ita tunc naturaliter fo.591 *affecta ex necessitate, ille pulcherrimi, optimique operis fabricator in his, quæ gignebantur assumebat, quando Deum se ipse sufficientem, & perfectissimum generabat &c. Quis est iste Deus perfectiss. ac sufficientissimus, quem summus iste rerum omnium opifex genuit? non nisi iudicio meo verbum continens in se rerum omnium ideas secũdum esse formale. Verum, ne in cœnũ, ac grauem errorem incidamus, nõ verbum Platonicum illud Christianum intelligamus, quod nos secundã in trinitate personã profitemur, quãdoquidẽ hoc patri cõsubstantialẽ, ac eiusdẽ naturæ cõfitemur. At verbũ Platonicũ non creatorẽ, sed creaturã ẽẽ ꝓfitemur, quod nõ solũ ꝑsona, sed natura distinctum esse affirmamus. Vnde licet PLA. plures Deos posuerit, vnũ tamen Deũ supremum*

premum statuit, vnum dico, & in natura, & in persona: cæteros verò, qui ab eo emerserunt, ab eo factos ac productos fuisse non est ambigendum. Hos ergo nos peripateticorum more intelligentias, vel secundum Theologos angelos possumus appellare: At hic diligẽter notandum est inter supremum Deum, ac rerum omnium opificem, & animam humanam quidam Platonici, vt Proclus, Hermyas, Sirianus, ac alij quàm plurimi penè infinitum numerum intelligentiarum posuerunt, quas vel natura intelligibiles, vel intellectuales appellarunt (aliquando enim nomina hæc in Phedone, vbi de anima loquitur PLA. confunduntur ab eo) Plotinus vero, Porphyrius, ac meliores Platonici inter summum illum opificem, ac animam mundi vnam dumtaxat creaturam statuerunt, quam ipsi Dei filiũ, seu verbum nominarunt. Prima Platonicorum sententia magis Diony. Ariopa. ac reliquis nostris theologis, Christianæq; veritati consona est. Secunda vero ARI. ac PLA. magis quadrat. Verum, quia sumus in hac parte eorum sententias expositurι, ac eas adinuicem conciliaturi, omissa prima opinione, quam credimus & profitemur verissimam, secundam omnino sequendam duximus. At, cum de verbo iam à primo producto secundum PLA. mentem loquamur, non eum intelligas, quod Christiana pietas, ac Religio confitetur, quandoquidem illud

illud à patre, non natura, sed sola personali proprietate distinguitur, creator, & non creatura, vnusque cum patre Deus. At PLA. verbum creatura, & illud nos primam intelligentiam nominare possumus, in quo omnes Ideas formaliter esse statut PLA. Vnum Deum esse non modo Theologi confitentur; uerum & phylosophi omnes. ARI. inquit. Entia, ex Homero, nolunt male disponi, ergo unus princeps. Et PLA. de supremo illo Deo sic fatur. Dij Deorum, quorum opifex ego, & pater sum, hac attendite &c. Loquitur enim ibi, & se solum æternũ, immortalemq; natura profitetur: reliquos vero Deos, qui ab eo producti sunt, & si non dissoluentur, neque mortis fatum subibunt, tamen deficere posse profitentur, ac interire. verum si id minime fiat, non est natura, sed arbitrio, ac uolũtate primi. Hoc itaque fundamento iacto, prosequimur, & dicimus ab hoc uno immediate proficisci vnum duntaxat necesse est, vt Auic. qui potiss. PLA. in hoc immitatus est, inqt. Nos vero longe fortiorem, efficatioremq; rationem adducere solemus, quam non grauamur in hoc loco afferre, ut sciatis à primo non nisi unum uerbum fu sse productum ab æterno, atque id idearum plenum. Nam si rerum omnium opifex duo verba produceret, eaque perfectissima essent, vel solo numero different, vel specie, si solo numero, quæcunque hac ratione differunt

multa

12.met. 49. *multa materia differunt, vt testatur ARI. & ita non essent æterna, cum radix corruptionis mansit, neq; etiam Ideæ æternæ essent, quod aduersatur PLA. in Tim. qui ita inquit. Cum vero mundus, omnium genitorum pulcherrimus sit, & eius auctor causarum omnium optimus, dubium non est, quin sempiternum sit secutus exemplum. Si vero specie differunt, cum species sint sicuti numeri, vt inquit ARI. & à numero addita, vel subtracta vnitate, variatur species, vnum altero perfectius erit: non ergo ambo perfectissima, quod dictis PLA. aduersatur. Non eo inficias bonam fuisse Auicennæ rationẽ ad hoc ipsum astruendum, verum longe meliorẽ hanc fuisse affirmo: licet ergo ab ente primo hoc vnum immediate productum sit, non est tamen opinandum, quin in cæteris productionibus non concurrat, mediate tamen: ac in productione verbi cuncta eum produxisse asserẽdum est, cum in eo omnium rerum Ideas verbum contineat. Hic est .n. mundus ille Idealis, qui perfectior est isto elementali. Mundum mente gerens, pulcher, pulcherrimus ipse, inquit quidam Poeta.*

Boet. *Diximus, quantum huic operi opportunum cognouimus de esse Idearum formali, dicamus iam de esse participato.*

Varia ac, diuersæ fuerunt Platonicorũ sectæ de Rerum productione: verum quia non intendimus omnia in dubium reuocare, ne hoc opus

in immẽsum protraheretur: ideo illã sequimur, quam nos probabiliorem iudicamus. Dicemus itaque Deum esse simplicissimum. ac omnem compositionem ab eo remouemus: in eo.n. non modo nõ est compositio ex substantia, & accidente, sed nec ex materia, et forma, nec ex esse, & essentia, sed cuncta, quæ in Deo sunt, idem est, quod Deus. si quis vero Dei simplicitatem cognoscere desiderat, intueatur, quæ dicit PLA. in Phylebo, vel de summo bono, vel quæ dicit ARI. in 12.met. Ab hoc itaque simplicissimo ente productum est, vt supra commonstrauimus, verbum, quòd est suprema illa mens, quæ in se Ideas omnes continet, & ab ea postea producta est anima mundi, quæ longe imperfectior est ipso verbo. Nam, cum uerbum à primo illo productum sit nulli dubium, quin in eo aliquam compositionem esse fatendum sit, non enim ea simplicitate potitur, quam supremus ille rerum omnium opifex possidet. At vtrum compositio ista sit ex positiuo, & positiuo, an ex positiuo & priuatiuo, nolumus modo disputare, sat est, quod omne ens perfectum in genere aliqua compositione sit affectum, quia saltim cadunt à perfectione primi entis. Et fortè hoc fuit in causa quare Plotinus in intelligibili mundo materiam posuerit. Inquit enim: Principio, cum alibi Ideas esse fuerit demonstratum, admittentes impresentia Ideas esse, ad institutum progrediamur.

Profecto, si ibi plures sunt species, commune quiddam in ipsis esse necessarium est, rursusq́; proprium; quo aliud ab alio distinguatur. Hoc itaque proprium, atque hoc separans differentia forma certe est propria. Quod si illic est forma, est insuper & formatum, circa quod differentia est. Subest itaque materia, quæ illam accipiat formam, perpetuoq́; subiectu, &c. Verum per materiam non hanc intellexisse opinor Plotinum, quæ transmutationi generationi, ac corruptioni obnoxia est: sed illud materiale, seu receptiuum, quo cuncta alia à Deo opt. max. gaudent, intelligere debemus. Ab Ideis ergo illis diuinis, quæ in primo illo ente simplicissimo virtute existunt ab æterno emerserunt Ideæ illæ formales in uerbo, ac illas participatas ab his duobus idearum generibus in alijs intelligentijs, ac in anima humana. Proficiscuntur etiam formæ in materia, mediate tamen, vt supra declaratum est: istæ tamen formæ non merentur Ideæ nominari, cum non habeant rationem exemplaris, sed tantum exemplati, ac producti. Recipiuntur itaq; Ideæ in verbo, in intelligẽtijs, in anima humana, ac in materia prima, licet hæc non retineant, neque nomen, neque rationem Idearum, ideo hoc commune receptiuum, quod de his omnibus dicitur, & complectitur, quod principio materiali astipulatur magnum, ac paruum PLA. nominauit, &, vt

declarem

declarem participatum hoc esse idearum, non erit ab re hanc etiam PLAT. sententiam declarare, ac diuersas phylosophorum opiniones, qui aperire adnitebantur eius mentem. vt tandem, quantum mens nostra ab alijs distet, cognoscatur. Principio adducemus Porphyrij 1.phy.
sententiam, referente Simplicio, qui recensuit t.c,80.
verba Dercyllidis in vndecimo Phylosophiæ PLA. vbi verba facit de natura. Hermodori familiaris PLA. verba adscribere, ex eius opere, quod scripsit de PLA. ex quibus ostenditur PLA. ponentem in infinito & in interminato, ex eis illam significasse eorum esse, quæ magis, & minus suscipiunt, quorum est magnum, & paruum. Cum enim dixisset eum dicere ex his, quæ sunt, alia quidem esse per se, vt hominē, & equum: alia verò ad alia referri: & ex his alia quidem tanquam ad contraria, ut bonum ad malum, alia verò tanquã ad aliquid, et his alia quidem definita, alia verò tanquam indefinita subiungit. Et ea quidem, quæ dicuntur, vt magnum ad paruum, omnia habere id, quod est magis, & id quod minus. Maius enim esse, & minus referuntur in infinitum: similiter autem & latius, & angustius, & profundius, et leuius, & omnia, quæ sic dicuntur in infinitum. Quæ autem dicuntur vt æquale & manens & concinnum, non habere id, quod est magis, & minus, habere autem quæ sunt eorum cōtraria.

Inæquale enim est magis inæquale, & quod mouetur, eo, quod mouetur, & inconcinno inconcinnũ. Quare ex ambobus his coniugationibus omnia præter vnũ elementum suscipere id, quod est magis, & minus, ordinis egestatẽ, infinitatem, et informitatẽ, & non esse id quod est, id quod tale est, dici propter eius quod est negationẽ: ad quã neq; principium, neq; substantiam pertinere, sed confuse ferri, & citra ullum iudiciũ. Ostendit. n. ꝙ quemadmodũ proprie causa, & excellenti modo est id, quod efficit, ita etiam principiũ. Materia autem nõ est principiũ. Quocirca etiã à Platonicis dicebatur vnum esse principium, &c.

fo.68. 69. *Hæc ille. At verba hæc subobscura vt intelligantur clarius, ea, quæ PLA. dicit ĩ Phylebo, spectãda sunt. s. magis, & minus, aut maius, & minus terminũ, ac finẽ reijciunt, quia intensio, & remissio, & magnitudo, quantũ est ex parte materiæ, potius infinito, quàm finito attribuitur. Verũ q̃a oẽs istæ mutationes in materia recipiuntur, quia in ea, vel qualitas magis, aut minus intẽsa inuenitur, vel quantitas magna, vel parua: ideo dualitatem PLA. potius ex parte materiæ posuit, quàm ex parte formæ, & materiam magis habere rationẽ infiniti, quàm finiti asseruit. Quod non videtur alienum ab ARI. doctrina secundo de anima. Ignis apposito combustibili crescere in infinitũ.*

t.c.41. *Et ob id PLA. principiũ potius vnum, quàm multa cõstituit, cum magis ad ra-*

tionem

tionem finiti, q̃ infiniti accedat. Infinitum ergo astipulatur materiæ, quæ cũ omniũ formarũ receptiua sit, ac omniũ mutationum, ac motuum, ob id magnum, ac paruũ eam appellauit PLA. Et licet hæc sit satis perspicua, ac clara PLA. sententia per Porphyrium exposita, longe tamẽ melior vt tandẽ ad esse participatum Idearum accedamus, videtur mihi opinio nostra, quæ, vt magis perspicua reddatur, ea, quæ iam diximus superius, iterũ repetamus. Omnia alia à primo ente habere triplex esse, vt iam diximus, primũ virtute, secundum formale, tertium principatum, vnde principium receptiuum multiplex est, recipit verbum, recipiunt intelligentiæ, recepit anima humana, & recepit vltimo materia prima, sed magis pure uerbum, minus intelligentiæ, minus anima, longe autem minus materia. Ex parte autẽ huius principij receptiui, quod complectitur omnem istam rationem recipiendi, posuit PLA. magnum, & paruum secundum quod magis vel minus puræ Ideæ recipiuntur in his subiectis. Ideo dicimus Ideas perfectius esse possidere in verbo, cum in eo sint formaliter, quã in intelligentijs, in quibus habẽt esse participatũ, sicut caliditas magis, ac perfectius esse habet in igne, quàm in ferro ignito, aut aqua supercalefacta. Et magis pfecte in intelligentijs, q̃ in aĩa, inperfectiss. autem esse, quod habere possunt formæ istæ, est illud, quod in materia

1.met. t.c.19.

nanciſcuntur, cum à materia labem quandam ab ea contrahunt, nam acquirunt eſſe ſignatum cum hic, & nunc, & ob id ſolo ſenſu, & non mente capiuntur, vt teſtatur PLA. in Tim. & ideis illis in ſupremis illis ſubſtantijs exiſtentibus, vera ſcientia in nobis naſcitur, ex his, quæ in materia exiſtunt, rudis quædam opinio generatur. Hæc vero ſententia non diſtat ab ea ARI. ait enim. Oſtenſum eſt enim, quia nullus hic generat, nec facit: vnde & ſubſtantiarum ſenſibilium ſingularium nec definitio, nec demonſtratio eſt, quia habent materiam, cuius natura talis eſt, vt contingat eſſe, & non eſſe, quapropter corruptibilia omnia ſingularia ipſorum &c. Mediocriter initiati in phyloſophia etiam norunt ſcientiam eſſe æternorum, & non corruptibiliũ ſicuti ſunt formæ, quæ in materia recipiuntur. Et ob id ſubdit in eodem loco ARI. & inquit. Ergo ſi demonſtratio neceſſariorum, & definitio ſcientifica, & non contingit ſicut nec ſcientiam: quandoque ſcientiam, quandoque ignorantiam eſſe &c. Iam vt opinor clarum eſt, quomodo in Diuina mente exiſtunt Ideæ, quomodo in verbo, quomodo in intelligentijs, in anima humana, ac in materia. Ac de triplici eſſe virtuale formale, ac participato.

o.585. 7.met. t.c.53.

Verũ, ſi clarius eſſe participatum idearum cognoſcere deſideras, audi PLA. in Parm. dicentem, Videtur ne tibi (ut aiebas) ſpecies quædam

exiſter

existere, & ea, quæ illis participant illarũ cognomenta sortiri? veluti similitudinem participantia similia, magnitudine magna, pulchritudine, atque iustitia, pulchra, & iusta vocari? Et maxime quidem inquit Socrates &c. Ac ex his facile colligere valemus, quàm inepte satis q̃dẽ PLA. impingunt nullas alias formas in materia posuisse, quàm illas Ideas, quæ vel in Diuina mente, aut in verbo existunt. Ac per illas dicunt existere, atque esse vnius, æque eiusdem rationis. PLA. enim dicit in Tim. Fateri oportet fo.585.
esse speciem, quæ semper eadem sit sine ortu, atque interitu, quæ nec in se accipiat quicquam aliud aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quicquam, sensuque corporis nullo percipiatur, atque hoc est, quod ad solam intelligentiam pertinet, eiusque intentionis est proprium. Sed est post hoc, quod cum ipso non ratione, sed nomine conuenit, eisque similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur, & substentatur alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursusque inde recedit, opinione per sensus comprehendendum. Tertium genus locus est, qui interit quidem nunquàm, &c. Ecce quomodo ponit tria genera entium. Primo Ideas, quæ æternæ sunt, ac solà ratione concipiuntur. Secũdo generabilia, & corruptibilia, quæ a sensu non recedunt, atque eo cognoscuntur, & cum Ideis crassa quadam similitudine, ac solo nomi-

ne conueniunt, quod dictum nihil differre ab eo

c.26. ARI. arbitror, cum 10. Met. dicit, corruptibile & incorruptibile genere differunt. Tertium vero genus entis erat materia, quam locum appellauit. Satis, vt opinor, clarum est, in quibus Ideae reperiantur, & de multiplici eius esse. Superest, vt iam dicamus, qua de causa ponendae, ac statuendae sint. Ad duo enim conducunt Ideae tum ad scientiam, & Dei, & nostram, tum etiam ad rerum efficientiam. Haec vero duo dicta quàm diligentissime declaranda sunt. Et primo quomodo ad Dei scientiam conducant: secundo quomodo ad nostram: tertio quomodo deseruiant ad rerum producendarum causalitatem. Primum ergo aggrediamur. Deum enim, cuius scientia est eius substamtia, in quo idem est prorsus intelligens, & intellectum, cuncta in se intelligere distincte, ac discriminate profitemur. Ac omne tale agens, silicet per intellectum in se

fo.577. necesse est, vt contineat rei faciendae idolum, ac exemplar. Od id dicit PLA. in Tim. Volens itaque Deus omnium, quae intelligi possunt, pulcherrimo, & undique absoluto mundum hunc simillimum reddere, animal unum ipsum efficit, aspectui subiectum, animalia cuncta naturae sua conuenientia, intra suum limitem continens. Proinde recte ne mundum unum diximus? an rectius plures, innumerabilesve dici oportuit? Vnum profectò, si modo ad vnius similitudinem

sit

sit formatus, & c. Probat uero PLA. duo uel plures mundos esse non posse, quia si plures essent, vnum supra haberent, qui eos contineret, ad cuius similitudinem essent facti. Deducit vero hæc PLA. uerbis admodum sub obscuris, ideo ut melius, quæ dicit, intelligerentur, sic declaraui. Et postea subdit. Vt igitur hic mundus esset animali absoluto simillimus ex eo, quòd solus, atq; vnus esset, iccirco neque duo, neque innumerabiles procreati sunt, sed vnus mundus, vnigenitusque factus est, & erit. Et in fine dicit. Si intelle- fo.585. *ctus, & vera opinio duo genera sunt, necesse est huius species esse, quæ per se ipsa sint, & intelligentia potius, quàm sensibus comprehendantur, & c. Ecce quomodo Ideæ faciunt ad Diuinam scientiam. Superest ut modo videamus, quomodo faciant ad rerum omnium efficientiam. Omnes ferè conuenerunt Phylosophi Deũ non ociari, sed agere semper, & quia nobilissima actio, & operatio nobilissimo agenti tribuenda est, huius vero erit intelligere, ut probat ARI. 12. met. Paterna quidem opinio, & c.* t.c.51. *Et ne multis (optime Princeps tecum agam) concludit ARIST. & inquit: Palàm ergo quod diuinissimum, & honorabilissimum intelligit, & non transmutatur. Indignius enim transmutatio, & motus quidem iam tale, & c. & paulò infra dicit. Se ipsum ergo intelligit, & nihil extra, scilicet terminatiue: nam si*

duinus



diuinus intellectus, & eius intellectio ad aliquid extra intelligendum terminaret vilesceret; ita enim sunt intelligenda verba sequentia. Etenim non videre quadam dignius, quàm videre, vt si sic optimum intelligentia. Stante ergo hac hypotesi, Deum agere intelligendo, & intelligere se ipsum necesse est, vt intelligat se imitabilem à rebus istis productis: nam si secus, imperfecte satis se ipsum intueretur, ac cognosceret. hac vero sunt illa idea virtualiter existentes in mente diuina, de quibus superius egimus. Et quia in principio huius tractatus polliciti sumus ostendere Ideas esse non modo secundum PLA. sententiam, quam iam declarauimus, verum etiam & secundum ARI. Hac occasione sumpta volo, vt ostendamus modo hanc eandem fuisse ARI. mentem. Et primò ARI. declaraturus, quale sit bonum, quod in vniuerso reperitur distinguit, & dicit duplex bonum, & ducis, &
12.meta. t.c. 52. *exercitus. Nam bonum vniuersi est ad instar boni exercitus, bonum vero ducis simile est bono Rectoris mundi. Entia enim, qua in vniuerso reperiuntur ordinata sunt, iste vero ordo perfectionem quandam in mundo demonstrat, qua in bonum, & in ordinem existentem in duce refertur, & nō ordo, & bonum ducis sunt propter bonum vniuersi. Modo videamus, quis sit iste ordo, qui in duce reperitur. Nullus alius iudicio meo, si etiam fingendi locus concederetur, nisi ille idearum*

le idearum in Diuina mente, ad cuius similitudinem ordo iste in mundo factus est. Dicit enim alibi ARI. causa enim ordinis in sensibilibus, natura est. Si enim per naturã intelligimus vel materiam, vel formam; vt idem dicere videtur 2. phy. cum enim natura semper agat regulata a superioribus causis, ordo ergo longe præstantior, & nobilior erit & in verbo, & in diuina mente, Et oct. phy. optime etiam dicit. At vero nihil inordinatũ est eorum, quæ natura, & secundum naturam sunt. Natura enim causa omnis ordinationis est, &c. Si per naturam materiam intellexeris: cum de se, & secundum seipsam in determinata sit, de se non erit causa ordinis: verum, quatenus est induta forma: ergo magis forma ordinis causa erit. At Deus, cum forma simplicissima, & absolutissima sit, ipse erit quam maxime ordinis causa. Præterea ARI. docens 2. de ge. & cor. quomodo nutriantur arbores, & plantæ, dicit. Forma enim, & species in terminis omnium. Non me latet quid per terminos interpretentur latini d. significare corpora cœlestia; quæ suo motu, ac lumine sunt causæ generationis, & corruptionis. At uix per terminos corpora huius intelligi posse putamus, cum etiam, si fingendis locus concedatur, nunquam per terminos cœlestia corpora intellexit ARI. sed per terminos bene intellexisse, vel quidditatem, aut diffinitionem, vel potius Ideas. Nam 2. phy. vbi

3. cœ. t. c. 24.

t. c. 4.

t. c. 15.

t. c. 50.

vulgarem

vulgarẽ, ac plebeiã illã sñiam de Ideis impugna-
t.c.19. *uit. d. sequeretur diffinitiones nãles abstractiores mathematicis, & probans consequentiã hanc, inquit. Patet aũt hoc, siquis vtriusq; tẽtauerit dicere terminos. i. diffinitiones, quiditates, seu Ideas.*
t.c.14. & 15. *Praeterea 12. met. Ar. volẽs agere de forma per cõparationẽ ad substantiam, posita illa diuisione de substantiã, q̃ est materia, forma, et compositũ, inquit esse quasdã formas, q̃ inueniri non possunt sine materia, ut domus, et formae artificiales oẽs, q̃ cum accidentia sint, existere nequeunt sine subiecto: sic dicendũ de forma domus, nisi uelimus loqui de domo, q̃ in aĩo artificis existit. Nam illa sine mã est, non tamẽ sine subiecto. Vnde inquit, si q̃ formae sunt praeter substãtiã cõpositã, hoc erit uerũ in formis naturalibus. Quapropter nõ male PLA. ait, quia species sunt quaecũq; nã, siquidẽ sunt species aliae horũ, ut ignis, caro, caput. Quoniã. n. materia sunt, & eius q̃ maxime substãtia ultima.*
t.c.27. *Praeterea ARI. 12. met. intẽdens probare, quòd singularium causae sunt singulares, vniuersaliũ uniuersales. At, ut melius, q̃ dicturus est phy. intelligamus, prius diligẽter animaduertendũ est, uniuersalia esse pro nunc in duplici differentia, q̃dam in praedicãdo, quaedã in causando. In praedicando uero ea suut, quae sunt unũ in multis & dicũtur de multis, & sũ esse formale*
t.c.8. *ab aĩa est. de quo ARI. inquit. i. de aĩa. animal aut uniuersale, aut nihil est, aut posterius. Similiter*

liter autẽ, et si aliquod cõe, aliud prædicetur etc. Vniuersale autem in causando dupliciter, vel vt actiuũ, & effectiuũ, & ista sunt illa de quibus d. ARI. 2. met. De veritate, aũt theorica, si quidẽ t.c.1. *difficilis est, sic vero facilis est, &c. Et causam difficultatis declarãs, inquit. Signũ aũt est, ꝙ satis neq; aliquis adipisci ipsam potest. Postea declarans facilitatẽ inquit. Nec oẽs expertes esse, sed vnũquẽq; aliquid de natura dicere, &c. Et postea inquit. In foribus quis delinquet? Et declarãs duplicẽ difficultatẽ, alteram esse ex parte rei, alterã esse ex parte nostri: inquit. Forsan aũt & difficultate duobus modis existente, nõ in rebus, sed in nobis est, eius causa. Sicut n. micticoracũ oculi ad lucẽ diei se habẽt, ita & aĩæ nostræ intellectus ad ea, q̃ sunt oĩum manifestiss. &c. De vniuersali verò exẽplari, inquit Ar. in 12. in loco citato. Adhuc aũt videre oportet, ꝙ hoc quidẽ est vniuersaliter dicere, hoc aũt non. Oĩum igitur prima principia: quod actu primũ specie, & aliud, quod potẽtia, illa quidẽ igitur vniuersalia nõ sunt, principiũ singulariũ singulare, homo quidem hominis vniuersaliter, &c. Causæ ergo vniuersales effectus uniuersales, et particulares particulares. Et exẽplificãs AR. inquit: homo, quod est quodã vniuersale vniuersalẽ effectũ ꝑducit, at Peleus Achillẽ. Ille ergo homo vniuersalis, q̃ ad hunc effectũ producendũ concurrit, nõ homo ille est, qui in anima existit, & est abstractum*

per

per intellectum, sed homo ille, qui in mente diui-
t.c. 28. *na, vel in verbo existit. Praeterea ARI. 2. phy. agens de quatuor causis, & potissimè de formali inquit. Alio autem modo species, & exemplū. hæc autē ratio est ipsius quodquid erat esse, &c. Si vero mihi in hoc loco interpretandi authoritas data est, cur ARI. dicit formam esse speciem & exemplar nulla alia ratione, vt opinor, quia aliquæ sunt inhærentes rem conducentes ad esse, quædam vero exemplares, quæ in supremo illo artifice relucent. Præterea ARI. 10. met. dicit ꝙ*
t.c. 7. *in omni genere est vnum, quod est numerus, & mensura omnium existentium in illo genere. in*
8. phy. *calce illius cō. inquit Auer. Et intendit quod cū*
t. 78. 79 *huic fuerit iniunctum, quod declaratum est in physicis 5. hoc esse primum motorē æternum, & absolutum ab omni materia, & declarauit post, ꝙ hoc non solummodo est principiū tanquàm motor, sed tanquàm forma, & finis, declarabitur quod illud est vnum, de quo declaratum fuit hoc quod est principium substantiæ, &c. Si ergo confitetur Auer. Deum esse nō solum agens, sed formam, certum est, quòd non loquitur de forma inhærente, q̃ satis imperfecta est, sed de forma exē plari. Verum posteaquàm authoritatem Auer. cœpimus recensere, non erit piaculum videre nō nulla, quæ admodum huic nostræ opinioni consona videntur. Ideo legendum est 3. de anima in solutione 2. quæst. vbi rediens ad determinandā*

primam

primam quæstionem Theophrasti, & Themistij, quomodo intellectus speculatiuus sit corruptibilis partim, & partim æternus inquit, quod est æternus respectu intellectus possibilis, in quo species intelligibiles continentur, & ex quo constat tanquàm ex vna parte, partim vero est generabilis & corruptibilis, quia in hoc, vel in illo phantasmata corrumpuntur, à quibus etiam iste intellectus dependet obiectiuè. Postea subdit hæc verba formalia, & sunt illa, quæ huic nostræ opinioni quàm maximè arridet. Vnde PLA. dicit, quòd vniuersalia sunt neque generabilia, neque corruptibilia, & quòd sunt existentia extra mẽtem. Et est sermo verus ex hoc modo, & falsus, secundum quòd sonant uerba eius, & est modus, quem ARI. laborauit destruere in metaphysica, &c. Ex his verbis facile apparet, quomodo etiam ARI. vniuersalia. i. ideas etiam posuit, & quomodo impugnauerit potius verba PLA. q̃ sensa. Verum est igitur, quod principio diximus dissidium hoc inter hos egregios phylosophos magis esse in verbis, quàm in re. Præterea ARI. 12. met. volentis probare Deum mouere, & non mo- t.c.36.
ueri in mouendo, inquit. Mouet autem sicut appetibile, & intelligibile. Hæc enim sola mouent non mota. Vnde Auer. in com. loquens de orbibus probat orbes dupliciter moueri ab intelligẽtijs, scilicet, vt agens, & ut finis dicens. Siquidẽ igitur forma balnei non esset in materia tunc

moueret & secundum agens, & secundum finẽ sine aliqua motione contingente. Et sic est intelligendum de mouentibus corpora cœlestia, secundum autem quòd sunt fines eorum, mouentur ab
Dub. *illis secundum desiderium. Quaret autem aliquis: si illud, quod imaginatur ex illis formis est esse illorum corporum, quid igitur indigeret motu? si igitur forma arca, quæ est in anima artificis, esset esse arcæ, non moueret ad agendam ar*
Resp. *cam. Dicamus igitur, quòd non mouentur, nisi quia intelligunt ex se, quòd perfectio est substantia eorum in motu, sicut facit illud, quod mouetur ad conseruandam suam sanitatem, quia scit, quòd sua sanitas non conseruatur nisi in motu. Et etiam intelligunt, quòd motus eorum est causa exitus eius, quod est potentia in illis formis abstractis ad actum. s. ad formas materiales. Istæ enim formæ forte videntur habere duplex esse. s. materiale esse, quod habent, & esse in potentia. s. esse, quod habent in illa forma. Et dico potentia, quemadmodum dicimus, quòd formæ artificiales habent esse in actu in materia, & in potentia in anima artificis. Vnde hæ formæ videntur habere duplex esse abstractum, & materiale. Et hoc est, quod facientes formas volunt dicere, sed non peruenerunt ad ipsum, &c. Volui autem longam hanc verborum seriem recitare ex Auer. vt intelligeremus hunc etiam virum intellexisse Ideas, ac illas posuisse de mente ARI. Quod*

etiam

etiã si memoria retinemus quæ supius diximus ex doctrina P L A & A R. optime P L A. puenit ad hãc ueritatem. Nõ ne ipse etiã usus est illo eo dẽ exẽplo de artifice sicuti fecit Aueroes? Illud vero in quo videntur differre est; q.a P L A dicit eas esse in mente opificis actu, & in materia, in potentia, contrariũ verò Auer. dicere videtur. Dicimus Auer. loqui de formis materialibus, quæ eductis de potentia materiæ sunt in illa in actu, in primo vero motore sunt in potentia non quidem passiua, sed actiua cum virtualiter, & eminenter cõtineantur in primo motore. Et hoc est quod dicit. Auer. 12. met. Omnes proportiones, & formæ, quæ sunt in potentia in prima materia sunt in actu in primo motore. Et hæc sint dicta de Ideis secundum A R I. Modo videndum est quomodo deseruiant scientiæ nostræ &c. Quomodo vero faciant Ideæ ad scientiam nostram illud Pythagoræ dictum memoria repetendum est; qui aliquando interrogatus à quopiam an sapiens esset dicit se phylosophum, idest amatorem sapientiæ, sed non sapientem esse professus est. Et forte ex hoc fonte hauriens P L A de Lyside, Homero, ac Solone loquens ita fatur in Phædro vel de pulchro. Socrat. Sapientem quidem ò Phædre appellare magnum quidam esse mihi videtur, et soli Deo conuenire. At Phylosophum aut tale quiddam dicere, & magis ipsi conuenerit, & concinius fuerit, &c.

c. 18.

fo. 377.

D Obid

Ob id scientiam simpliciter dari non opinor, etiam secundum ARI. mentem. Qui diffiniens ipsum scire sic inquit. Scire autem opinamur numquodq; simpliciter, sed non sophistico modo, qui est secundũ accidens, cum causam arbitramur cognoscere propter quam res est, quoniam illius est causa, & non contingit aliter se habere. Quæ omnia si distincte ac diligenter pensemus dubio procul res simpliciter à nobis cognosci minime profitebimur. Primò inquit, cũ causam cognoscimus; causa vero non una solum cognoscenda est, quia esset scire in genere & non simpliciter, sed oportet resoluere conclusionẽ in præmissas, pmissa vero in principia, principia vero in prima principia illius scientiæ. Verũ quia non sat est cognoscere rem per sola principia unius scientiæ, quia hoc est scire in genere, & non simpliciter, ideo deueniendum est ad principia metaphysicalia, & resoluere tandem in principiũ rerum omnium, quod est rerum omnium causa & vltimus finis, in quo relucent omnes Ideæ, & ista est cognitio exactissima, quam de rebus habere possumus. s. cognoscere eas in suis causis altissimis & proximis. Ideo quidam optimus phylosophus dicit, quod ad nullam scientiam specialem spectat habere perfectam cognitionem rei, sed oportet hoc esse per scientiam communem in quantum considerat principia communia, quodquidem, & per specialem scientiam inquantum conside-

1. post. c. 5.

Ex Egi. i.d. 35. i.ar.4. F.q.

Io.Grã.

considerat propria principia subiecti & definitionis, & sic nec metaphysicus & naturalis potest diffinire hominem, sed ille quod est perfectus tum per habitum physicum, tum etiam metaphysicum, adeo quod consideratio istius definitionis non pertinet ad vnam scientiã, sed ad vnam potentiam. Et quidam non minus phylosophus q̃ Theologus ait. Sicut res se habet ad esse sic se habet ad cognosci, vt dicitur 2. met. & sicut omnia entia habent esse per ipsum, sic & sciri. Si igitur res aliqua scitur, oportet quod Deus aliquo modo sciatur, iuxta illud com. septimo met. cum fuerit scitum id quod est quiditas istius substantiæ, tunc erit scita prima causa omnium entium. A destructione ergo consequentis, si Deus nullo modo scitur, nihil scitur. s simpliciter. Prima ego conditio ipsius scire quæ est, cum causa cognoscimus, obtineri cum minime possit, non habebimus ergo scietiam simpliciter. Secundo, & quoniam illius est causa i. quod sic causa simpliciter, talis vero nec naturalis, mathem. aut methafisica esse non potest, nisi Deus, quia agentia creata cum agant per motum semper in agendo aliquid præsupponunt, & ideo totum non producunt sed solummodo educunt formas de materia. Et vltimo inquit, & non contingit aliter se habere. Causa omnino immutabilis solũ prima est. cætera vero habent esse mutabile, quia saltim habent esse vertibile. Ergo diceret iunior, tu negas

Ex Egi. 1.d.19. q.1. ar. 1.

Dub.

gas scire simpliciter quod est contra ARI. primo Post. quem tu vis conciliare cum praeceptore suo PLA. dico breuiter non negare illud scire simpliciter quod in vnaquaque scientia, ac facultate concedi potest per propria principia, & causas illius facultatis sicut dixit Auerroes secundo de anima, tex. cõm. vigesimoquinto. Et ista declaratio dat causam, & esse: Et etiam sensu & sensili ARIST. declarauit scitum, & ordinem sensuum interiorum in cerebro per demonstrationem dantem causam, & esse, vt testatur Auer. tertio de anima t. cõm. sexto. Ecce quomodo ARIST. admittit demonstrationem simpliciter in genere Physico, vel mathematico, vel metaphysico. Non secus intelligenda est authoritas illa Auer. secun- t.c.16. *do metaphysi. Demonstrationes mathematicae sunt in primo ordine certitudinis, & demonstrationes naturales sequuntur eas in hoc: Dicunt ergo simpliciter demonstrationes, & generare simpliciter scientiam in comparatione ad demonstrationem signi, vel per causam remotam in eadem scientia. Hanc eandem veritatem bene nouit ARIST. primo metaphy. cum de metaphysica loqueretur, ita enim fatur.* in pro. cõm.2. *Quare merito non humana eius possessio putabitur, hoc vero ideo dicit ARI. quia illa scientia libera est ac sui gratia, at natura humana cum multipliciter serua sit, non ergo erit huma-*

na possessio. Quapropter secundum Simonidem, Deus vtique solus hunc habet honorem. Ecce quomodo sententiam suam comprobat testimonio Simonidis, quicquid dicant expositores perperam hunc locum interpretantes. Concludamus ergo, & dicamus scientiam simpliciter nos habere non posse, quia primæ causæ exactam ac absolutam notitiam habere non valemus, si qua tamen nobis contingere potest ea est, quæ viris & illis quidẽ studiosissimis in Idearũ cõsideratione seu contẽplatione vsu venit, qui vero, vel parum, vel nihil in studijs versati sunt tanquam huius rei incapaces ab hac rerum cognitione arcentur, dicit enim PLA. Philosophus autem entis ipsius Ideæ semper inhærens, ob regionis illius splendorem haud facile cernitur. Nam vulgarium animarum oculi diuinitatis radios sustinere non possunt &c. Sicuti enim corporeus oculus solis lucem perpeti non valet, sic nec mentis aciem in diuina luce figere valemus. Hactenus de Idearum vsu quo ad nostram scientiam. Vltimum quod à nobis declarandum proponebatur erat dissoluere ARI. rationes quibus oppugnare Ideas videbatur, & ostendere non diuinam PLA. mentem tetigisse, sed rudem quãdã Platonicorũ opinionem. Verũ anteaquã hoc negotium aggrediamur, vt magis cõmode quod facturi sumus adimplere possimus, prius quædã, quasi fundamenta Geometrarum

1 soph. fo. 151. in cal.

more statuenda sunt. Principio magna consideratione dignum est, varias ac diuersas fuisse Platonicorum sectas, quæ non PLA tempestate sub orta sunt, sed eo mortuo, qui successerunt in eius Academia eas introduxerunt, ob id non est mirum si ARI. laborauit in delendis falsis opinionibus PLA. impositis. Verum ne ea quæ dicimus nostrum esse commentum quis opinaretur, subijcienda sunt grauissimorum hominũ sententia & authoritates. Eusebius nõ minus Theologus quàm phylosophus, ita fatur. PLA. igi-
De pp. Euã. li. 14.c.2. *tur ferunt in Academiam primum docuisse, ac ideo & Academicam philosophiam vocitatam fuisse. Post illum vero Speusippum ex sorore nepotem PLA. deinde Xenocratem ex Polemona docendi vices suscepisse, qui post mortem PLA. nouis opinionibus illicò Academiam repleru nt. Ita sincera PLA. doctrina vnà cum eo extincta. Contentiones nanq; & pugnæ post eum inter phylosophos coortæ vsq; ad hodiernũ diem maximopere vigent. Paucissi.enim imò vero duo vel ad summum tres in tanto spatio temporis veri Platonici sunt reperti, nec tamẽ etiam ipsi ab adumbrata cauillatione omnino sunt alieni. hæc ille Vnde etiam Simplicius vulgarem quandam de Ideis opinionẽ impugnasse ARI. ita fatur*
t.c.19. *secundo phy. Hæc rectè dicit AR. aduersus vulgares de Ideis notiones, quæ eorum quidem quæ illic sunt nihil omnino se ntiunt, formas autẽ ma-*

teria-

teriales ne perfecte materia exeuntes, in mente opificis prius esse, visione apprehendunt omnium, vt semel dicam, quæ hic sunt, & eorũ quæ cum materia considerantur, & cum modo eorũ quæ hic sunt substantiæ sumuntur, Ideas esse putantes, atq; etiam similitudinem non tanquam imaginum exẽplaria, eorum q̃ hic sunt ad alia sed tanquam si dici possit, identitatem esse existimantes. hæc ille. Auer. etiam difficiles dicit esse antiquorum phylosophorum opiniones, quia non sunt notæ apud nos, & potissime descendens ad dictũ PLA. in Tim. de anima dicit. Et manifestũ est quod Timæus exit ab eis, ut mihi u detur quod illud quod dictũ est de principijs in Timæo est aliud ab eo quod dictum est in disputationibus, & quasi diuersitas hominum in anima non est nisi propter diuersitatem eorum in principijs. Omnes enim conueniunt quod oportet esse ex principijs, & dicunt quod opinio PLA. in Timæo de anima est, quod anima est natura media. s. inter formas abstractas indiuisibiles & inter formas sensibiles diuisibiles secundum mãm. Themist. aũt dicebat quod PLA. intendebat per istam mediam intellectũ inter oẽs partes animæ cum suum esse sit medium inter formas materiales & abstractas. Et vniuersaliter difficile possumus hodie intelligere opiniones antiquorum, quia nõ sunt notæ apud nos. hæc ille. Nec illud reticendum esse duxi vniuersale i. de aĩa c. 26.

multipliciter accipi posse pro vniuersali in essendo vel in prædicando, vniuersale vero in essendo adhuc dupliciter, vel vt causa effectiua, vel vt causa formalis, & illa quidem non inhærens, sed exemplaris. Vniuersale in prædicando, illud est quod existit in multis & dicitur de multis. Vniuersale vero in causando, scilicet effectiue, sunt intelligentiæ de quibus
1. met. in pro. ARI. dicit: Fere autem & difficillima sunt hominibus ad cognoscendum quæ maxime sunt vniuersalia. Vniuersalia vero vt formæ exemplares sunt illæ, quas ARI. modo terminos, modo rationes, modo quod quid erat esse. PLA.
in vni. in præfatio. fo.55. in 16. vero Ideas appellarunt. Possumus autem, & aliter distinguere ipsum vniuersale sicuti dicit Ammonius, in vniuersale ante multa, in multa, & post multa. Ante multa sunt vniuersalia exemplaria, & intelligentiæ: in multa pro vt habent etiam materiale in re: post multa quando habent esse abstractum in anima
1. de anima. t. c. 8. dicit ARI. animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Aliud etiam consideratione dignum est, scilicet vniuersale multipliciter accipi posse secundum Simpl. secundo de
t.c.60. anima vbi ARI. dixerat. Sensus est singularium, scientia verò vniuersalium. Hæc autem in ipsa quodãmodo est anima. Hæc.n. perpendens verba Simp. distinguit de vniuersali dicens longe aliud esse illud vniuersale quod in animo residet,

ſidet, de quo ſcientia eſt, & aliud illud uniuerſale quod de multis dicitur, Nam primum ſunt illa Ideæ, quæ à ſupremis illis Ideis in ſupremo illo rerum omnium authore tum in mentibus intelligentiarum tum in anima humana emerſerunt, ſecundum vero quod re ipſa poſterior eſt, ſicuti paulo ante diximus. Quam diu animus humanus in ſenſibus vagatur tamdiu rerum omnium ignarus eſt. verum cum ſtudio bonarum artium ſe aliquanto exercuerit, ac illi impenſiſſimam operam dederit dubio procul in ſe, & ad ſe rediens cœperit intueri illa vniuerſalia, ac illas Ideas animo inſidentes, & tunc vere cognoſcit, & ſcit. Et hoc eſt quod dixerat ARIST. principia cognoſcimus in- 1. poſt. c.6. *quantum terminos cognoſcimus. Per terminos verò ipſe nihil aliud interpretatur, niſi iſta vniuerſalia, vel Ideas de quibus verè eſt ſcientia. Non ſecus illa ARIST. ſententia intelligenda eſt tertio de anima. Intellectio quidem igitur indiuiſibilium in his, circa quæ non* t.c.6. *eſt falſum. In quibus autem falſum compoſitio quædam intellectionum, &c. Grauabor autem ea recenſere quæ Latini, Arabes, ac Græci nonnulli interpretes dixerunt, quæ iudicio meo, cum ad aures ARIST. non ſint, omittenda eſſe duxi. Hi enim ex eo loco triplicem illam intellectus operationem eliciunt, quæ Simplicio minimè placet: Sed ita eum*

locum

locum interpretatur dicens: posteaquam de intellectione possibilis intellectus locutus sit ARI. quæ potissime in quadam compositione, & diuisione consistit vbi potissimum falsitas, raro tamẽ veritas existit, & si quando eam offenderit intellectus adeo materiæ compositione conuoluta est, vt vix cognosci possit: at cum agens iam factus sit, et versari circa sua intelligibilia cœperit quæ indiuisibilia sunt vbi non est falsitas, sed summa veritas, Ideæ quæ in animo existunt indiuisibiles sunt, compositioneq; carent solam in his veritatẽ intuetur, neque quandiu in hac contemplatione versatur falsitas in eo residere potest. At iste idẽ intellectus cum cœperit vergere in corpus, ac ea speculari quæ à sensibus pendent, varia ac diuersa agitatione commotus, propter rerum compositionem à veri cognitione cadit. Hæc est iudicio meo sententia verborum Simp. Placet modo referre verba (vt prouerbio dici solet) ad unguem, vt melius eius mentem intelligere valeamus, inquit enim. Vniuersalia autem in anima sunt non ea quæ de singularibus prædicantur. hæc.n. in ipsis sunt particularibus, atq; sola mẽtis cõprehensione ab anima seiunguntur. Scibilia autem longe pluribus rationibus sensibilia antecellunt ac superant, quotquot etiam sciẽtia superat sensum. Scibilia autem ea sunt quæ sunt in anima. Verũ sic vniuersalia appellat scibilia, vt tractationis suæ Metaphysicæ quinto primam vniuersalem

2. de anima. t.c. 60.

esse

esse affirmat, & quidem licet eam circa separabilia, & immobilia versantem posuerit. Et subdens eo in loco inquit. Si autem est aliqua substātia mobilis, ipsa prior & phylosophia vniuersaliter quoniā ita prima. At ea quæ in omnia sunt vniuersalia, tanquàm prima & causæ sunt particularium. Sed quoniam maximæ primæ & causæ sunt intelligibiles formæ, quæ quidem indiuisibiles & omnino sui sunt substantiæ: quæ vero in anima sunt per rationalem perfecta sunt conuolutionem, non indiuisibili vnita modo, (atque iccirco sunt secundo modo causæ) ideo vniuersaliter omnium maximæ sunt primæ causæ, ipsæ intelligibiles, in quas per intellectum defertur, demandaturq́; scientia. In intellectu nanque ipso terminos cognoscimus. Termini vero sunt formæ. Hæ vero non primarie animæ insunt, sed secundo modo; ac perinde in ea, vt quæ sit intelligibilibus colligata; ideo in ipsa esse quodam pacto dictum fuit videlicet perconctatum, quem cum intellectu habet, hæc ille. His ergo sic digestis deueniendum est ad rationes ARI quibus de medio tollere videtur Ideas PLA. Et primo adduco rationem ARI.7.met.t.c.20. Vbi quærit hanc difficultatem. An quiditas idem sit cum eo cuius est quiditas; & dissoluens hanc quæstionem inquit, in aggregatis per accidēs nō est, idem quiditas cum eo cuius est quiditas. Nam hominis albi non est idem quiditas cum eo cuius Primū argu.

est

est quiditas, verũ in his, quæ sunt per se sunt idē. Hac occasione sumpta inuehitur contra Ideas PLA. Nam si hominis, qui est quiddam ens per se, haberet Ideam separatam & quiditatem, se queretur quòd non esset idem quiditas cum eo cuius est quidit as: nam quæ sunt non sunt distincta nec separata à suis quiditatibus. Vel si tu eas separatas posueris, quæro de illis Ideis quæ cũ sint eiusdem rationis habebunt alias Ideas & quiditates, & illæ aliæ alias habebunt quo fit, vt sit in immensum, ac infinitum progressus, at in formis nõ est iste infinitus progressus, vt probauit ARI.

Resol. *2. met. ergo Ideæ sunt. Huic difficultati satisfaciens dico ARI. non PLA. sententiam impugnasse, sed vulgarē illam quæ dicebat illas Ideas esse eiusdē rationis cum suis ideatis, ideo bene sequeretur si Ideata haberent Ideas, ita illæ Ideæ alias, & ita esset progressus in infinitũ. Verũ vt superius vidimus ex sententia PLA. in Tim. huiusmodi differre sicut perpetuum à corruptibili sicut etiam ARI. inquit, corruptibile, & incorruptibile genere differunt, ideo nõ accidit hoc incõmodum deductum ab ARI. In eodem tex.*

2. argu. *deducit hanc aliam rationem, si quod quid est hominis, & boni, seu entis esset separatum à bono, & ente, tunc hominis boni, aut entis non esset scientia, quod facile deducitur. Nam quid est necesse est, vt sit in eo cuius est, quod quid est: nam si erit separatum, tunc nec homo, nec bonum,*

nec

nec ens erit, nec etiam ex eo cognoſcetur, quandoquidem per ipſum quod quid eſt res non modo habet eſſe, verum & cognoſci: verum per PLA. ipſum quod quid eſt, eſt ſeparatum, ergo per huiuſmodi quod idem eſt quod Idea non habebit res eſſe, neque cognoſci, hoc vero incommodum eſt contra PLA. Ipſe nanque dicebat Ideas facere & conducere, non modo ad eſſe rerum, verum ad earum peritiam & ſcientiam. At non erit difficile has etiam difficultates diſſoluere ſi memoria repetamus, quæ ſuperius diximus, ſcilicet fuiſſe nonnullos qui PLA. impingebant non eſſe alias rerum formas præter eas ſeparatas, quæ in mente opificis reſidebant, adeo quod res exiſterent ſolum per illas formas, quod falſum eſſe iam vidimus. Ex ſententia ARI. Palàm cum ipſe iam dixiſſet ab Ideis diuinis fluere Ideas in verbo in quo habent eſſe formale, in intelligentijs, & in anima humana in quibus habent eſſe participatum, & etiam in materia prima, quamuis in ea non habeant illud eſſe Ideale, & indiuiſibile, cũ in ea recipiantur mediante quãtitate interminata, & ita tollitur difficultas, & ſatis pſpicuè apparet quo Ideæ tum ad rerũ eſſe faciant, tũ ad ſcientiã. Dicimus facere ad eſſe rerum, vt cauſa formales non quidem inhærentes, ſed exemplares, & iſtæ formæ non debent exiſtere in re, ſed in mente opificis. Hoc idẽ dicit ARI. Palàm vero ex dictis, quia Reſol. ad 2. 7. met. t.c.30.

modo quodam omnia fiunt ex vniuoco quemadmodum naturalia aut ex parte vniuoco vt domus, ex domo, aut ab intellectu, hæc ille. Hic etiã debemus diligenter animaduertere duplex esse agens, propinquum & remotum, & etiam, quo & quod, agens propinquum siue quo, siue quod in entibus perfectis vniuocum est, at si loquamur de agente remoto non est vniuocum, sed æquiuo-
2.phy. *cum. Inquit ARI. Sol & homo hominem gene-*
c. 26. *rant, homo agens propinquum, vt quod & vniuocum, verum sol agens, vt quod remotum & æquiuocum. Ecce quomodo faciunt Ideæ ad generationem. Ad scientiam vero faciunt hoc pacto, quia formæ quatenus sunt in materia, & habẽt esse particulare mouent sensum, & ex illis sensationibus causantur phantasmata, ac illa quidem causant intellectionem mouendo Ideas in animo insidentes. Ista vero cognitio si fuerit causata à solis principijs naturalibus, si res intelligibilis naturalis est, erit scientia & peritia illius rei naturalis, & scientia in genere, verum si perfectiori modo voluerimus rem illam intelligere resoluenda sunt illa principia in alia cõmuniora quousque deueniamus ad notitiam Idearum, & tũc absolutiss. rem illam cognoscemus, quia eam intuemur non modo in sua causa proxima, verum & in sua causa remota. Hæc enim fuerunt à nobis declarata in hoc tractatu, non modo iuxta ARI. verum & iuxta PLA. disciplinam.*

Præterea

Præterea in cõmento seu in tex. 21. deducit ad illud idem inconueniens. s. Ideas neque facere ad esse rerum neque ad scientiam. Ad esse facere non possunt, cum per PLA. *istæ Ideæ ac quiditates sint separatæ à suis Ideatis, quiditas .n. facit ad esse illius in quo existit, ergo ad esse Ideæ non conducunt, nec ad scientiam cum ista uniuersalia sint separata, & vniuersale quod de aliquo prædicatur, necesse est ut in illo sit de quo dicitur & facit ad illius peritiam, at cum ista vniuersalia non sint in rebus, minime ergo conducere poterunt ad rerum scientiam, &c. Facile etiam hunc cauillum soluere valemus, si multiplicem illam vniuersalis acceptionem repetamus. s. de vniuersali ante rem, in re, & post rẽ,* ARI. *vero cauillus, quia vult destruere eorum sententiam, qui solum quiditates separatas ponebant & negabant illam in materia existentem, ideo optime concludit contra istos; verum non contra nos, quia* ARI. *loquitur de vniuersali in re, et* PLA. *de vniuersali ante rẽ. Nam hoc uti diximus facit ad esse rerum ut causa formalis non inhærens, sed exemplaris, facit quin etiam ad scientiam, quia nisi resoluamus conclusionem in ista principia perfectam rerum scientiam habere non poterimus, &c. Præterea in eodem t.d.* 4. *si Ideæ et quiditates essent separatæ, sequeretur quòd ens per se nõ differret ab ente per accidẽs, quod est falsum. Nam si deduco, ens per accidẽs*

3. (right margin, beside line 2)

Ad 3. (right margin)

vt homo

vt homo albus eius quiditas non est idem cum eo cuius est quiditas, & per te idipsum accidit entibus etiam per se ergo non differunt. Deducit etiam in eodem tex. dari processum in infinitum quod est absurdum. Facile huic difficultati respondere possumus. Non sequitur enim esse idem ens per accidens, & ens per se, primo quia ens per accidens vt pote homo albus non est idem cum sua quiditate, quia non definitur propter suum multiplex significare, verum dato quod diffinibile sit sua quiditas non idem esset cum eo. At ens per se vt pote homo idem est quiditas cum eo cuius est quiditas. Nempe ratio hac procedit contra eos qui ponebāt solas formas separatās negantes formas inhærētes in materia, & vnam tantum quiditatem ponentes, idest abstractam. Nos non solum ponimus ideas abstractas, quæ ad esse rerum faciunt vt causæ exemplares, sed etiam quiditates & formas in materia quæ res conducunt ad esse naturale, verum quia perfecte cognoscere eas non valemus per quiditates illas naturales quousque non deuenerimus ad quiditates istas ideales; ideo dicimus illas facere tum ad rerum esse, tum ad earum scientiam &c.

Resol. ad 4.

Et in eodem tex. deducit etiam illud incōmodū quod s. daretur processus in infinitum in istis ideis, verum quia hoc est superius dissolutum, ideo omittendum. Vltimo dissoluit sophistarum

impor-

importunitatem, q̃ cũ nõ faciat ad p̃sentẽ difficultatem, non eam adduco. Solũ tamẽ consideratione dignum esse duxi, quid A R I. per sophistas intellexerit, non nisi Antistenem, ac sequaces, vt opinior. Prætereà in tit. 22. distinguit multa fieri vel à natura, uel ab arte, & posteaquàm multis, ac longo quidem sermone desputauerat, ac discrimen posuerat inter ea, in tit. 28. probat Ideas non conducere ad generationem, & concludens in eodem tex. ita fatur. Manifestum ergò, quia specierum causa, sicut consueti sunt dicere quidã, species si sunt præter singularia, ad generationes, & substantias nihil utiles; neq; erunt vtiq; præter hoc substantiæ secundum se. Et adducens rationem, inquit. In quibusdam uerò palam, quia generans tale quiddam est, quale generatum. Nec tamen idem, nec vnum numero, sed vnum specie, vt in physicis. Homo nanq; hominẽ generat, & equus equũ, nisi quid præter naturã fiat; vt equus equũ, nisi ut equus mulum. Et hoc quoque simile. Commune enim super equum, & asinum non est nominatum proximum genus, &c. hæc ille. Ex his omnibus possumus hanc rationem colligere. Omne, quod fit natura, à suo simili fit, sed naturalia fiunt, ergò à suo simili fiunt. Sol, & homo generant hominem, secundo physi. iccirco ab Ideis fieri non possunt, cum sint genere differentes, ut dicit A R I. 10. met. corruptibile, & incorruptibile, genere differunt,

argu. 5.

.c. 26.

t. c. ult.

E

rũt cuti etiam PLA. in Tim idem dicit. Ista
t.c.34. *ratiocinatio non differt ab ea ARI. secundo de anima dicentis. Naturaliss. est omnibus uiuentibus, quæcunque, perfecta, & non orbata genera re tale, quale ipsum est, planta plãtam, animal animal, quatenus ipso diuino participant. Idẽ*
t.c.18. *etiam dicit 12. met. Palam itaq;, quod non oportet propter hoc esse ideas. Homo enim hominem generat. Qui uero singulis singulariter aliquẽ, Similiter autem & in artibus. Medicinalis aũt ars ratio sanitatis est, hæc ille. Auer. autẽ in commento inquit. Arist. determinauit de tribus causis, agente, materiali, & formali & hæc sufficiũt*
Resol. *ad generationem, & non requiritur causa exemplaris &c. Huic difficultati ita respõdeo, ARI. reprehendere illorum Platonicorum sententiã, qui ponentes causas actiuas uniuersales negabant causas particulares. Quemadmodum etiã multi extiterunt, qui solum causas instrumentales statuentes negauerunt causas principales, ut*
t.4c.5. *refert Auer. secundo de gen. & cor. & Io. Gram. in eodem loco dicit hos fuisse sequaces Parmenidis. Et ob id dicimus duplex agens esse, aliud propinquum, aliud remotum, Sol, & homo generant hominem, homo agens propinquum. & proximum, Sol aut agẽs remotum, et uniuersale. Unde asimilatio non fit in causa uniuersali, & remota, sed in causa particulari, & proxima. Nam homo genitus non asimilatur Soli, sed ho*

mini

mini generanti. Auer. etiam ait, 12. met. quod hæc propositio, omne quod fit, fit à sibi simile in specie, verificatur secundum Alex. tribus condi tionibus seruatis, s. quod sit agens principale, & non instrumentale, quia gladius facit cicatricē, q̃ non est ei similis in specie. Secundo intelligitur in agente propinquo, & non remoto. Tertio intelligitur de agente essentiali, & non accidentali. Et ita patet, quid dicēdum sit ad rationem c.24.

A R I. s. quod Pla. licet posuerit Ideas rerum fa ctiuas, non tamen negauit causas proximas, & Ideā potius concurrere, ut causa formalis et exēplaris, & si actiue concurrit, non secus ad rerū productionem operari perinde, ac domus in anima in constructione domus extra animam, ut dicit A R I. 7. met. t.c.23. *Insuper A R I. secundo de gen. & cor. posteaquàm egit de causa materiali, & formali, agens de causa efficienti repre hendit P L A. qui posuit causam efficientē ideā, & inquit. Sed alij quidam putauerunt sufficiētē causam esse ad hoc, vt fieret specierum natura, quemadmodum in Phedone Socrates. Etenim ille alios increpans, tanquam nihil dicentes supponit, quod entium sunt, hæ quidem formæ, illa vero formarum participatiua. Postea formans rationem inquit, si Ideæ sunt æternæ, & materia æterna, cur non semper producit, & generat, sed aliquando fit generatio, aliquando corruptio? deducit Auer. rationem hanc in commento, & in*

Arg. 6.
t.c.25.

quit. Forma enim ſemper eſt, & recipiens ſemper eſt, quare ergo fiet in aliqua hora, & in alia non? Auer. etiam paulò ſuperius adduxit aliam rationem d. in aduentu formæ non ſolum non fit motus, uerū ēt ceſſat omnis motus, & generatio: ſed Ideæ æternæ ſunt, ergo uon erunt cauſæ effectiuæ generationis, uerumeniuero erit potius cauſa ceſſaſsionis motus, & generationis.

Reſol. ad 6. *Tollitur cauillus, quia A R I. reprehendit illos, qui Platoni attribuebant hanc ſententiam, ac dicebãt præter Ideam non dari cauſam agentem particularem, quò d utique falſum eſt ſecundum P L A. Et quia A R I. dictũ, & ſententiã retulimus referentis cauſam tã uniuerſalẽ, quã particularem in generatione hominis d. Sol, & homo generant homine, placet etiã referre ſentẽtiam Pla. in generatione hominis, quo etiam homo concurrat.*

in cal. fo. 671 *Inquit. n. in 6. Dia. de legibus. Cogitare omnino ſponſus, & ſponſa debẽt, quo pacto quàm pulcherrimos, & optimos ciuitati liberos poterunt procreare. Omnes autem homines, qui cõmuniter aliquid operantur, quandocunque & ad ſe inuicem, & ad opus ipſum intendunt animum bene, & pulchre omnia faciunt. Hæc ille.*

fo. 128. & 124. f. a. *Et Plotinus optimus P L A. interpres. 3. Enn. lib. 1. ita inquit loquẽs de cauſis ſecundis. Cum uerò ſecundũ cauſas fiant omnia, propinquas quidem ſingulis cauſas facile poſſumus inuenire, effectuſque in eas reducere. Veluti eundi in forum*

in forũ causa propinqua est existimatio, per quã decernimus quendã inueniẽdũ, vel debitum exigendũ &c. hæc ille. In capite vero sequẽti docet. quõ a causis particularibus ad uniuersales accedere debeamus, & inquit. Hucusq; vero progressum subitò cõquiescere, neq; velle ad superiora procedere pigri forsan hoĩs videatur, eiusq; qui uiris ad sublimes causas ascendẽtibus aures nõ præstiterit &c. hæc ille. Verũ oĩ diligentia animaduertenda sunt verba Aur. ĩ illo cõ. 52. quia ex his facile colligere valemus cõciliũ ĩter. AR. & PLA. inquit. n. Et AR. resistit Platoni, quia forma non est causa agens simpliciter, sed quia sunt causæ propinquæ, essentiales, hæc ille. Hic Auer. loquitur de formis inhærentibus non de formis exemplaribus vt d. PLA. ponit. n. ARI. (vt postea subdit) formas agentes, quamuis esse earum apud ipsum sit aliud a esse earũ apud PLA. Differt quidem à PLA. in modo essendi formarum, & in modo actionis earum tãtum, non in esse earum simpliciter, neq; in actione earũ simpliciter, hæc ille. Ex his facile inferre possumus. Non differt ARI. à PLA. in esse formarũ simpliciter, neque in actione earum simpliciciter, ergo in hoc conueniunt. Cõueniũt etiã in altero, quia vltra formas ideales, alias posuit materiæ insidẽtes, & præter actionẽ, quã habet forma idealis, altera ponenda est forma inhærens. Præterea. In tex. 38. 7. met. sicuti se habet ænea

sphæra ad æs. sic se habēt res naturales ad materiam naturalē. Sed ænea sphæra diffiniri non potest sine ære, nec res naturales sine materia, ideo subdit ARI. in tex. c. 39. & concludens inquit. Quare omnia reducere ita, & auferre materiā superfluū est. Quædam enim forsan hoc in hoc sunt, (i. forma in hac materia) aut hæc ita se habentia, atque illa cōparatio de animali, quam iunior Socrates dicere cōsueuit, non rectè se habet profectò. A veritate enim abducit, existimareq; facit, fieri posse, vt homo sit sine partibus perinde, atque sine ære circulus. hæc ille. Concludit. n. ibidem ARI. quòd, cum animal sensibile quoddam sit, sine motu, ac sine materia minime definiri posse opinatur. Huic difficultati dicendum

Resol. Ad 7. *est ARI. eorum sententias de medio tollere voluisse, qui vnam duntaxat rerum deffinitionem posuerunt, ac rem vnica consederatione contemplari posse. Verum res longe aliter sese habent Nam materia, & à physico, & à metaphysico contemplatur. sic etiam homo, & animal si deffiniatur per materiam, & in comparatione ad motum, sic erit physicæ considerationis: verum si consideretur homo, aut animal, ut q̄dam substantia est, prout de substantia loquitur ARI. 7. met. non erunt physicæ considerationis, sed primæ phylosophiæ. Inquit enim Auer. in prologo eiusdem libri. Et iste tractatus est primus eorū, in quibus perscrutatur de substātia, & quia sub-*

ſtantia alia eſt ſeparabilis, & abſtracta, alia inſeparabilis, perſcrutatur in hoc tractatu, & in ſequenti de ſubſtantijs inſeparabilibus, &c. hæc ille. Concludamus ergo, & dicamus, ſubſtantiā generabilem, & corruptibilem poſſe conſiderari à met. immo de facto ita eſſe, & formare ibi ſuas demonſtrationes, ac deffinitiones. Cū ergo PLA. animalis diffinitionē aſſignauit ſine materia, ac non per habitudinem ad motum, nō vt phyſicus id egit, ſed vt met. Nec obſtat, ſi dicatur ARI. retuliſſe PLA. qui iunior Socrates appellabatur. cū ſecūdū Ale. in eo loco nō PLA. nec eum Socratem appellaſſe, qui Platonis præceptor extitit, ſed quendam alium, qui eodem nomine cenſebatur. Audiamus modo verba Alexandri. d. Appellat autem iuniorem Socratem vel PLA. vel quod verius eſt, quendam, qui Socrates eodem nomine, quo Platonis magiſter fuit appellatus, PLA. n. Socratem quendam diſputantem inducit cum Socrate Genereſi. Is igitur Socrates ex quoddam vero concludere nitebatur, hominem abſque materialibus partibus cōſiſtere, hæc ille. Præterea ARI. 2. phy. tex. c. 18. poſuit diſcrimē inter entia mathematicalia, & naturalia, & dicit illa magis abſtracta, naturalia vero minus: & in tex. 19. adducens rationes inquit. Latet autem hoc facientes Ideas, phyſica enim abſtrahunt cū minus ſint abſtracta mathematicis. Fiet autē vtiq; hoc manifeſtū, ſi aliquis vtrorūque tentauerit dicere terminos, & ipſorum Ar8 8.

rum ac cidentium: impar quidem enim, & par, & rectum, & curuum; adhuc autem, & linea, & figura sine motu: caro autem, & os, & homo non adhuc, sed hæc sicut nasi simitas, sed non sicut curuum dicitur. Hæc ille. Ratio ARI. hæc est; res naturales non definiuntur nisi per materiam sensibilem, sicuti nasi curuitas, seu simitas, in qua ponitur nasus, qui est eius materia, sic in difinitione hominis, carnis, aut ossis. Verum, si ponerentur Ideæ, ut PLA. statuit, diffinitiones naturales essent abstractiores mathematicis, quod est absurdum: nam in definitione curui, quod est ens mathematicum, nõ concluditur materia, nec subiectum sicut in definitione simi: nã curuitas, vt d. Aue. in con. est depressio superficiei, &c. At non erit difficile huic difficultati respondere, si ea memoria repetamus, quæ superius diximus. Nã eos reprahendit ARI. qui solũ eas rerũ formas, ac quidditates statuerũt, q̃ ĩ opificis mẽte residẽt: verũ non est ita, vt isti falso opinantur. Quia, ut superius vidimus, formæ, et quidditates nõ modo in diuina mente sunt, in verbo, in intelligentijs, in anima humana, & in materia, verum definitiones, q̃ a materia oriuntur, & à forma materia inuoluta, licet scientiam in genere in nobis generare possint, non tamẽ scientiam simpliciter (eo tamẽ modo, quo de rebus scientiã simpliciter habere possumus) verum quãdo res naturales nõ modo cognouerimus, per quidditaites materiam concernẽtes, sed per eas, q̃ sunt omnino

nino à materia immunes, & existunt vel in verbo, vel in mente opificis, procul dubio perfectiori modo eas cognoscemus. Vnde si rerũ naturalium diffinitiones acceperimus, prout materiã includũt, nõ sũt abstractiores mathematicis, uerũ si illa cõtẽplẽtur, q̃ in supremis illis mẽtibus existũt, illis abstractiores sunt. At si vtraq; capiantur, & ex his vna confletur, quemadmodũ fieri solet ex formali & materiali, partim erunt abstracta, partim non. Et ita sit satis huic difficultati

Præterea A R I. primo met. loquens de causis rerum ac confutatis opinionibus antiquorum, accedit ad confutandas opiniones ponẽtiũ ideas, & hoc in tex. 25. & inf. Qui uero Ideas posuerũt, primũ quidẽ &c. Ratio Ari. sic deducitur sicuti se habet notitia numerorũ ad suas causas non secus rerum naturalium, mathematicaliũ, ac methaphysic. ad suas, sed notitia numerorum non pendet ex additione aliorum numerorũ, sed ex additione causarũ: ergo, etc. Platonici verò volẽtes res naturales declarare, addebãt numeris rerũ alios numeros perinde, ac si qs vellet declarare decẽ equos, & ostẽderet per decẽ hoĩes, etc. Arg. 9.

Dicimus P L A. in declaratione rerũ addit numerũ causarũ nõ modo propinquarũ, sed etiã remotarũ, vt ex cognitione ipsarum clarior notitia haberetur de rebus, at quia de his satis, superq; diximus supra. Ideo ea minime repetenda esse putaui. Resol.

Præterea in tex. 27. P L A. dicebat ponendas esse Ideas ob rerum scientias, & quia Arg. 10

rerum transmutabilium non est scientia, ideo earum ponendæ sunt Ideæ æternæ, de quibus sciẽtia habeatur, inquit ARI. si rõ concludit, opus esset ponere Ideas etiam negationum, quod est falsum, &c. At nõ sequitur arg. *Quæ.n.cognoscuntur, ac sciuntur, quædã sciuntur per se, quædã verò per accidens: eorum quæ cognoscuntur per se, vt sunt entia positiua, & eorum sunt Ideæ, quæ verò cognoscuntur per accidens, eorum non sunt Ideæ: sicuti sunt negationes, & priuationes, quæ cognoscuntur per affirmationem, & per habitũ. Præterea in tex. 28. deducit ad duo inconuenientia, nam si dãtur Ideæ rerum omnium scibiliũ, primò sequeretur relatiuorum dari Ideas, cum non minus ea scibilia sint, et hoc est cõtra PLA. secũdò daretur tertius homo, quòd est magnũ incommodum, quod licet diuersissime deducatur, placet hac ratione eum locum interpretari. Datur homo sensibilis, & per te etiam datur ille idealis, qui ratione, ac nomine communicat cum isto sensibili, ergo ab his duobus licet abstrahere tertium hominem, quòd est cõtra PLA. Ad primum incommodum d. Relatiua dupliciter considerari posse, uel ratione fundamenti, vel secundum rationẽ quidditatis, primò quidem sunt in eodem genere, in quo est fundamentum, nam si fundamentum est in genere substãtiæ, ita erit illa relatio quemadmodũ est relatio identitatis. nam vnũ in substantia facit idem; vnum in quãtitate facit æquale, vnũ in qualitate facit simile.*

Resol. ad 10. | Resol. ad 11. | 9. met. t.c. 10.

si

si fundamentum in genere quantitatis erit, etiã & ipsa relatio in eodẽ genere, & ita dicendũ in alijs generibus. Et quia relatio fundatur in entibus aliorũ generum, ob id Auer.d. Relationẽ esse debilioris esse alijs prædicamentis, ita quod quidam recentiores putauerunt ipsam esse ex secundis intellectis. Vnde si relatio secundum suũ fundamentum contempletur, nulli dubiũ est, eã habere Ideam verum, si secũdum rationem quiditatis consideretur, non indistinctè loquendum est. Nam PLA. in Charmide de temperãtia loquens, optime de relationibus locutus est, a quo cuncta, q̃ ARI. docuit de relationibus accepit. Nã de rerũ naturis differens quærit, an res; quælibet ex se, ac propria sua natura ad se, vel ad aliud dicatur; vel quædam ad se, quædam verò ad aliud, et respondens inquit. Magno itaq; aliquo viro opus est, qui hoc per omnia satis distinguat, an vlla res vim suam ipsa ad se ipsam à natura habeat, præterquã scientia, sed ad aliud, aut aliquæ habent, aliquæ secus. Et paulò infra dicit. Ego quidem tantum fidei non habeo, vt me hæc satis distinguere posse putẽ, &c. Et etiã infra quærens, quæ nam sit scientia, q̃ hominem fœlicẽ, ac beatũ efficere potest, inquit. Dicimus il*lã esse, quæ boni, ac mali peritiam habet. Ex his itaq; concludere possumus difficultatis huius respõsionẽ. s. quòd si rerũ scibiliũ ideæ dantur, cum scientia q̃dam sit, q̃ tum bona, tũ mala cõtineat, ergo*

2.met. 19.

ergo tũ bonorũ, ac malorũ Ideæ cõcedẽda ſunt. Verũ hic aĩaduerſione dignũ eſt, varias ideas ĩ Deo eſſe, quadã appellãtur ideæ cognitionis tãtũ, non imitatiõis, nec actu, nec factione, nec exiſtẽtia, vt mala, q̃ licet cognoſcãtur à Deo, nõ tñ eũ imitãtur, aut ſequũtur; uerũ potius ab eo diſcedũt. Materia verò prima, et vniuerſalia quodãmodo habẽt ideas ĩ Deo *imitationis, et cognitionis: cognitionis, quia Deus eã cognoſcit diſtinctã à forma, habet ideã imitationis, quia Deũ authorẽ ſuum imitatur, quantũ poteſt, vt d. ARI. exiſtente. n. quodã diuino, & optimo, & appetibili, aliud quidẽ cõtrariũ eſſe ipſi dicimus, aliud autẽ aptũ eſt appetere, & deſiderare ipſum ſecundũ ipſius naturam &c. non tñ habet actu, nec opere, nec exiſtentia. Accidentia inſeparabilia habẽt Ideas in Deo non ſolũ cognitionis, & imitationis, ſed etiã actu, eo quia Deus producit illa, vt cauſa vniuerſalis oĩum in proprio ſubiecto. Accidentia vero ſeperabilia nõ ſolum habent Ideã cognitionis imitationis, & actu, ſed etiã opere, ſeu factione, quia non ſtatim Socrates eſt muſicus, aut citharedus, ſed ſucceſſu temporis poteſt fieri muſicus, aut citharædus. Indiuidua verò de genere ſubſtantiæ habent Ideam non modo cognitionis, imitationis, actu, factione, ſed etiã exiſtẽtia. Ex his ergo colligamus reſponſionem, & dicamus fuiſſe nonnullos* Platonicos *Platoni attribuentes relatiua non habere Ideas, quod fieri nequit; quin ad*

Primo phy. t. 81

ad se inuicem referantur, nec per se existant, ut indiuidua substantiâ faciunt, uerũ ex altera parte mẽtiũtur; quia habent Ideas cognitionis, imitationis, acta &c. Militat ergo ratio A R I. cotra illos. Nam si Deus cognoscit tum bona tum mala, ut P L A. in Charmide dicit, & mala cũ sint minori entitatis relatiuis, si mala habent Ideã cognitionis, relatiua habebũt nõ solũ ideam cognitionis, uerũ ẽt imitationis actu: et opere, seu factione, non tamen existentia. Volui multis explicare hanc meam sententiã, ut intelligeremus P L A. doctrinam vacare omni culpa. Possumus, autẽ, si uolumus, & aliã responsionẽ ex Plotino afferre. Qui Enneadis sextæ li. primo cap. 6. inquit, fuisse nõ nullos, qui simile, & dissimile nihil esse præter qualitatẽ opinati sunt, etiam si secundũ rationẽ quidditatis ista spectentur. Et si quid discriminis est, id non in re est, sed ab animo pendet. Id etiam dixerunt de æquali, & inæquali, respectu quantitatis, agere, & pati respectu motus &c. At ipse c. 7. euertit falsã eorũ sẽtentiã d. Nullo intellectu cogitante, ille dicitur similis, iste uerò dissimilis, hoc uero inæquale, illud uerò æquale? Et ex hoc, quod ille similis dicitur, iste verò dissimilis, non ne oboritur mutua quædam habitudo, & ordo, nullo intellectu cogitante? Non refero uerba formalia Plotini, breuitatis causa. Colligamus ergo ex his resp. & dicamus rationem A R I. pro-

cedere

cedere contrà istos, qui relatiua solum in anima statuebant, in re uero etiam secundum rationem quidditatis à fundamento nõ distinguebant. Et ob id illis nullam Ideam attribuebant. Ad secũdum incommodum de tertiò homine. d. non sequi contra P L A. sed aduersus eos, qui Platoni attribuebant hominem idealem, & ideatũ vnius, atq; eiusdem rationis esse, quod utiq; falsum esse ex sententia Platonis cognouimus in Timeo. Natura vt inquit ille, de idea habetur scientia, & mente, animoq́; comprehendimus; ideatus vero sensu & sola opinione cognoscitur. Ex quibus facile colligit eas plusquam genere differre. Non sequitur ergo, quod ex his possit accipi tertius homo, cum natura communis utriusque nõ de

21. *tur &c. Præterea in eodem tex. inquit, si ideæ darentur, perirent nonnullæ rationes, seu propositiones, quibus fretus P L A. Ideas statuit. Prima quidem erat. De quibuscunque aliquid commune dicitur, eorum erit ponenda Idea, sed de rebus sensibilibus, vtpote de pluribus particularibus hominibus, de pluribus particularibus, equis, leonibus, & huiusmodi ergo &c. ponẽda est Idea hominis, equi, leonis, & humõi. Vnde A R I. assumpta illa maiori, subdit minorem dicens, sed de dualitate indefinita, q̃ materiæ astipulatur, est dualitas, q̃ de ea prædicatur, ergo materia non erit principium primum, quandoquidem de dualitate indefinita, q̃ idem est quod*

ipsa

ipsa dualitas simpliciter dicitur, ac prædicatur, sit ergo, ut non sit dualitas prima. sed numerus. Ad hanc difficultatem respondeo numerum tri pliciter accipi posse, pro numero numerante, pro numero, quo numeramus, & pro numero numerato. Numerus numerans anima est, quia se cundũ P L A. est numerus se ipsum mouens. Numerus, quo numeramus sunt, duo, tria, quatuor. & ita in infinitum, quibus nos numerare possumus duos hoĩes, duos equos, tres homines, tres equos, & alia omnia. Numerus verò numeratus, sunt res ipsæ, numeratæ. Cũ ergo P L A. ma teriæ dedit dualitatem indefinitam, et hoc genus numerorum, non est locutus de numero, quo numeramus, sed de numero numerato, quo non est aliquid prius in ratione essendi, sed bene in ratione predicandi. Sed. d. saltim habebo, quod idea materiæ erit prior materia, & ita non erit principium primum, cum sit eo aliud prius. Dicam esse ideam priorẽ materia, cum sit eius, sed est in alio genere causarum. Nam materia est prima causa in genere causæ materialis, & non datur aliquid aliud subiectum eo prius. sed Idea materiæ procedit ipsam, vt causa quidem exem plaris. Præterea sequeretur relatiuum esse prius absoluto, & licet hæc ratio in hoc tex. à diuersis diuersimodè deducatur, placet mihi magis sententia Alexan. qui ita inquit. Entia absoluta multa sunt, quæ suas ideas habẽt, & idea ideati Ad 12.

idea

Idea est, & exẽplar exẽplati exẽplar est, ergo relatiuũ præcedit absolutũ, quod admodũ absurdũ est. Huic difficultati hoc modo satisfacimus, Idea potest dupliciter contemplari, vel pro intentione uel pro re substracta intẽtioni, si pro intentione,
Ad 13. *sic est ens relatiuũ, si pro re substracta intentioni, sic idea nõ relatiuũ, sed quid absolutum erit. Homo enim si contẽpletur, prout ex sua substantia filium genuit, pater erit, & in relationis genere reponendus: at, si ut homo spectetur, prorsus de genere substantiæ erit, atq; ad hoc genus spectabit. Non secus dicendum est de ideis. Amplius in t. 29. Probabant Platonici dari ideas*
14. *hac ratione. Quorum notio, & scientia est vna, eorum ideas esse affirmandũ est, sed substantiarũ omnium est una notio, & scientia: ergo eorũ una idea. Vnde hæc Platonicorum ratio est, quod si vera esset, sequeretur omnium accidentium vnam esset Ideam, quia una communis notio, & sciẽtia omnium est, quod est contra eorũ dogma. Cui di*
Ad 13. *cimus, rationem hanc concludere aduersus illos Platonicos, qui confitebãtur accidentia non habere ideas, quia non habebãt ideam existentiæ, sicuti supra diximus, ideo ab eis omnem idearũ rationem tollebant. Sed iam uidimus accidentia habere ideam cognitionis in Deo, imitationis & operæ, ac factionis, non tamen existẽtiæ. Quod enim existit, substantia est, & illa quidem prima. Consideratione etiam dignum est, maiorem*

iorem illã esse verã in nã substantiæ specifica, vel generica; nõ tñ genere generalis. quia sequeretur tantum decem esse Ideas, quod vtique falsum est, &c. Præterea in tex. 30. Inquit, ideo Platonici ponunt Ideas, quia necesse est eas participari à rebus istis sensibilibus, eatenus.n. sunt res sensibiles, quatenus ideas participãt, ex quo facile colligitur tantũ substantias habere Ideas, quia solæ substãtiæ ideas participabunt, at p superiorẽ rationẽ iã vidimus accidẽtia habere Ideas, si uera sunt, q̃ isti dixerunt. s. quorũ notio, & scientia cõmunis est, eorũ cõmunis idea est. Probat autẽ hãc rõnẽ. Quæ sunt secundũ accidens, nõ participantur, sed Ideæ accidẽtium sunt secundũ accidens, quia, si existunt, hoc est, ratione substantiæ, ergo nõ participantur. At hoc est cõtra rationẽ Ideæ: ergo, &c. Postea probat quòd accidẽtia sensibilia suas ideas participare non possunt, & inquit. q non dicitur de subiecto Ideam participare non potest, sed accidentia non dicuntur de subiecto: ergo, &c. per non dici de subiecto. vt inquit Alexander, intellexit ipsum accidẽs. Postea probat accidentia sensibilia non posse participare ideam suam, exemplo sumpto de duplo. Nam si duplum sensibile per se duplũ participaret (& per se duplum intelligeret ideam dupli) tunc duplum sensibile esset perpetuum, at hoc falsum est ergo solæ substãtiæ habẽt ideas, quod est cõtra cõmunem rationem Platonicorum &c. Non me

F *latet*

latet complures alios longe aliter deduxisse illã ARI. rationem, verum hæc iudicio meo videtur sententia philosophi, quæ si ita est gratiæ reddantur immortales. Non erit difficile huic cavillo satisfacere, si q̃ superius declarauimus memoria repetamus. Primum autem est ideas esse in Deo virtualiter, non autem formaliter, quia non sunt formæ Diuinæ naturæ inhærentes, sicut in luto, vel in cera impressiones diuersæ, sed omnia, quæ in Deo sunt, idem est quod Deus, *Aliud vero, quod meminisse debemus est: sensibilia, q̃ diuinas ideas participant, sicuti q̃dam solo numero differunt, quædam specie, q̃dam genere, q̃dã vero plusquam genere, sic non secus diuersimode ideas participant. Diuersitas enim idearum in Deo nil aliud est, quàm diuina essentia diuersimode à rebus, & illis quidẽ diuersis, immitabilis, quod etiam non negauit ARI. primo cœli cum dicit à primo enim ente communicatum est*

Ad 15.

t.c.100 *esse, & viuere his quidem clarius, his uero obscurius. Ad rationem cum dicunt. Quæ sunt secundum accidens, non participantur, hæc propositio maior procedit cõtra illos Platonicos, qui opinati sunt ideas accidentium ita esse in Diuina essentia, sicuti sunt in re, & quod ita inhæreant diuinæ menti, sicuti inhærent subiecto, & hoc vt diximus falsissimũ est, & ob id minor falsa est.*

16. *Præterea si aliquod cõmune est ideis, ac participantibus, tunc idearum essent aliæ ideæ, illæque*

haberent

haberent alias, cum non minus haberēt aliquid cōmune, & in īmensum procederemus, quod est absurdum. At si idea, & ideatum non sint eiusdem speciei, illud cōmune, erit solum secundum nomen, sicuti homo dicitur secundum nomen, & rationē diuersam de Calia, qui verè homo est, & de homine ligneo, qui solam tenuem quandā hominis immaginem retinet; sed hoc est contra PLA. qui hominē idealem verum hominem appellauit, iste vero sensibilis minimè, nisi quatenus idem participat. Alexander vero supplet rationem ARI. Si vero illud cōmune non erit nisi nomen, adeo quod non sit cōmunicatio naturæ; non facile possumus causam assignare, cur per ideam hominis Deus hominem producat, et non equum, & hoc absonum admodum est, ergo debet illud cōmune non modo dicere nomen, sed naturam, & rationem eandem, & tunc incidimus in progressum illum infinitum idearū, quod etiam absurdum est, ergo non sunt ponendæ ideæ sicut PLA. statuit. Dicimus breuibus, illud commune non dici secundum idem nomen, & eandē rationem de Idea, & ideato. nam Idea, si secundum suum esse contempletur, quod in diuina essentia habet, idem est quod Deus, ideatum vero res caduca, & mortalis est. At si considere tur in ratione repræsentandi, optime communicat. Sicuti dicimus, hominis pictura, aut effigies si contempletur secundum suum esse essentiæ Ad 16.

dubio procul differt ab homine:quandoquidẽ homo est in genere substantiæ,illud verò Idolum in genere qualitatis. Ex his verò non erit difficile respondere ad id,quod dicit Alexã. quare Deus per ideam hominis magis faciat hominem, q̃ equum.d.hoc non esse ratione cõmunicationis naturæ, sed ratione repræsentationis. Quia.s. natura Diuina taliter imitabilis a nam humana, ita mouet diuinũ intellectum ad producendũ hominẽ,quòd non equum, &c. si tamen Deus moueri potest.

17. *Amplius ĩ tex.31.probat ideas nõ cõducere nec rebus sempiternis.i.corporibus cælestibus nec ad motũ,nec ad esse, nec etiam rebus generabilibus,& corruptibilibus.Nõ ꝓsunt ad motũ æternorũ corporũ; cũ ideæ magis sint causa quietis,q̃ motus. Et quanuis ARI.non assignēt hic rationẽ huius dicti, potest tamẽ ex his, q̃ superius dicit, ex sententia Pla.colligi.Nã dixerat Pla.Quia omnia generabilia,& incorruptibilia sunt in motu continuo,& non quieto: & sic considerata sciri, ac cognosci nõ possunt, ideo dandæ sunt Ideæ aeternæ, & immobiles, ut istarum sint causæ scientiæ, ergo Ideæ potius positæ sunt causa quietis, quàm causa motus. & per hanc eandem rationẽ potest probari non eas esse causam motus in his rebus generabilibus,& corruptibilibus,neque inquit ad esse,neque ad peritiam,ac scientiã, cum non sint in his æternis, neque in his generabilibus, &c. Omnis notitia*

scienti-

ſcientifica oritur a ſubſtãtia intrinſeca illius cu ius eſt ſcientia, et non ab aliquo extrinſeco ſicuti eſt idea. Poſſet quis defendẽs PLA. dicere ideas cãs eſſe æternorũ, et corruptibiliũ quatenus ideas participãt, & his rebus admiſcẽtur. At ĩpugnãt hanc ẽt dicẽtes eſſe plenã erroribus, ac deliramẽ tis, et ea oĩa incõmoda, q̃ accidunt Anaxagoræ, et Eudoxo, ponẽtibus ideas cõtingũt, verũ eas nõ deduxit, quia vel ea iã ſunt improbata 1. phyſi. vel q̃a cõpoſuit ARI. uolumẽ de Ideis, vt inquit Alex. in quo exactè illæ oẽs fuerũt adductæ. At Alex. adducit ex multis, ac penè infinita q̃dã, q̃ nõ grauabor recẽſere, vt hoc meũ conciliũ omni ſuſpitione careat. Anax. dicebat quodlibet eſſe in quolibet per quãdã mixtionem. Idem dicebat Eudoxus. et hac rõne aſſerebant rerũ miſcibiliũ participationẽ. At contra hãc ſententiã vrgere poſſumus. Quia ea, q̃ miſcẽtur prius exiſtunt an teq̃ miſceãtur, ac poſtea corrupto mixto miſcibi lia corpora per ſe exiſtunt, quod accidere rebus ideatis reſpectu idearum non põt, cũ ideæ formæ ſint in altero exiſtẽtes. Præterea ſequeretur quod corrupto mixti p̃tes, q̃ in mixti ſunt, corrũperẽ tur, quod eſt abſurdum, cum ideæ perpetuæ ſint. Præterea, omnis mixtio fit ratione contrarij, verum ideis nihil eſt contrarium, ergo non mi ſcentur ideatis, non itaque ab ideatis partici pabuntur, quod eſt contra PLA. At huic dif cultati reſpondendum eſt, ideas facere, & ad

Reſol.

ad 17.

 eſſe

esse corporũ æternorũ, & generabiliũ, & corru-
Ad 17. *ptibiliũ. & etiã ad eorũ scientiã. Ad rationẽ cũ d. Ideæ sunt æternæ, et immobiles: ergo potius sunt causa quietis, quàm motus. Dicit hoc nõ valere, quia Deus est æternus, & ĩmobilis, et tamẽ est causa motus. Octauo. n. physicorum quõ probauit ARI. primumens in mouendo non moueri? Non ne dicit: In mouentibus, & motis non datur processus in infinitum? ergo datur vnum mouens penitus immobile. Non valet ergo Idea est æterna, & immobilis: ergo potius est causa quietis, quàm motus. Hæc uero ARI. ratio militat aduersus illos, qui ideas formas inhærentes opinabantur secundũ PLA. quæ non possunt mouere, nisi moueantur saltim per accidẽs. Ad id verò, quòd probat non conducere ad esse æternorum, nec corrumptibiliũ. quia nõ est in eis. Dicimus rationẽ procedere cõtra eos, qui opinabantur ideas cõcurrere, vt forma perficiẽs materiã, quod falsum est, cum concurrat, vt forma exemplaris, à qua emergunt istæ inhærentes, quæ ad esse conducunt, ut causa formalis inhærens. Cum verò hac eadem ratione motus, probat Ideas non conducere ad scientiam. Dicimus eam concludere contra illos, qui nullam aliam formam ponebant in materia, sed solum statuebãt Ideam. Nos uero non solum ideas ponimus, verum & formas materiales, a quibus quidditas materialis accipitur: at quia hæc satis materia*

inuoluta

inuoluta implicataque est, ideo per eā solum res naturales cognoscere non valemus, sicuti supra diximus. Ad id vero de participatione, dicit ARI. potius impugnasse sententiam Eudoxi, qui, ut inquit Alex. fuit familiaris PLA. Verū non ita Ideata participant Ideas diuinas, sicuti mixtum miscibilia, nec sicuti miscetur vinū aqua, sic miscentur Ideæ rebus Ideatis. Iccirco, vt melius rem hanc mente, animoque capiamus, diligentius animaduertendum est. Ideas Identicè (vt ita dicā) idē est, quod diuina essentia. vnde quia omnia alia pendent ab ea, ac emergunt, capiuntque esse, quædam vero clarius, quædam verò obscurius, & hæc est participatio Diuini esse, ac Idearum, quæ in diuina substantia reperiuntur, non miscentur: ergo Ideæ rebus, dum ab eis participantur, nec diuiduntur per partes, sed sicuti multæ cerulæ eiusdem sigilli, vt inquit Plotinus, eandem immaginem recipiunt, & qualibet suam integram retinet absque immunitione sigilli, aut illius immaginis, sic ab eadem Idea multa ideata emergunt tanquàm à causa formali exemplari absque vllo Ideæ detrimento. Et ne hoc figmentum nostrum videatur, placet adijcere verba Plotini. Homo quidem, qui est in materia ab vno homine, qui post Ideam extat, homines eosdem reddit multos, atque est vnū, & idem sic in multis, quia vnum aliquid idem more sigilli est in Enne- dis 6. li. 5. c. 6

multis impressum. Ipse vero homo, & ipsum per se vnumquodque, & totum ipsum uniuersum nō sic est in multis, sed in ea sunt multa, immo verò sunt circa ipsum, aliter.n.albedo est vbique, aliter anima uniuscuiusque est in qualibet parte corporis eadem; sic itaque & ens ipsum ubique esse est iudicandum, &c. hæc ille.

18. *Præterea in tex. trigesimo secundo probat ideas non concurrere ad generationem rerum, vt causa exemplaris, & inquit. Dicere autem exemplaria esse, resque cæteras ipsorum esse participes, superuacaneum esse, & translationibus poeticis simile. Et probans hoc primò inquit. Illud est superuacaneum, ac ociosum in productione alicuius, quod fieri potest sine eo, sed participantia ideas fieri possunt sine ideis, ergo non sunt necessaria ad productionē rerum. Probat autem hoc per exemplum Socratis, quòd potest fieri aliquid simile Socrati, Socrate non existente. Et multa etiam producentia non considerantia ideas, vel etiam ea, quæ non intelligūt, producunt sibi similia, ergo non faciunt ideæ ad rerum productionem.*

Ad 18. *Facile respondere possumus huic difficultati, & potissimum ad maiorē quæ iudicio meo falsa est, cum ipsemet P L A. dicat secundo de anima. Naturalissimum est omnibus uiuentibus quæcunque perfecta, & non orbata, neque spontaneam generationem habentia gene-*
t.c.34.

rare

rare tale, quale ipsum est, planta plantã, animal animal quatenus ipso diuino participant. Participatio ergo illa diuinitatis, quæ in rebus productis reperitur, quid est aliud, quàm participatio idearum diuinarum, quæ mouet res singulas ad producendum sibi simile in specie, vt in esse res perpetuentur quantum possunt. Quod vero vltimo loco dicit multa esse, quæ non intelligunt, minusque intelligere possunt, & tamen simile producunt. Resp. si non intelligunt, diriguntur à supremo illo intelligente, quod est ideis plenum. Hoc dicit Auer. Quamuis nam non intelligat aliquid huius, & tamẽ facit hoc inducendo aliquam intentionem, & hoc demonstrat, quòd aliquid rememorat ipsam de causis nobilioribus: vt anima, quæ est in terra de quo Plato dicit, quòd sit ex dijs secundis, & Aristot. ex Sole, & orbe decliui &c. 12.me. c.18.

Insuper in eodem tex. adducit aliam obiectionem dicens. Sequeretur, quòd vnius, & eiusdem ideati multæ essent ideæ, vtpote Socratis prima eius idea erit homo, & quia de eo prædicatur homo, & de eodem prædicatur animal, bipes, capax disciplinæ, & huius alia, & tot essent ideæ.

Facile deletur iste cauillus si meminerimus, quæ supra diximus, scilicet quædam habere ideã cognitionis tantum, vt mala, priuationes, & negationes. Quædam verò habent ideas non tantũ cognitionis, Ad 19.

ctrinam dixerunt solas ideas dare esse, inhærentes autem formas negabant. Ita etiam quò ad fieri, ponebant solùm causas remotas, uniuersales, & negabant causas particulares, 22.
& immediatas: Sicuti se habent res arte facta ad suas causas artificiales, sic se habent res naturales ad causas naturales, sed multa fiunt arte, quorum non sunt ideæ, ergo etiam res naturales fieri possunt, etiã si ideæ non sint. Et t. 34. Non concludit, nec ualet si eidem A R I. creden Ad 22.
dum est, qui septimo met. d. loquens de his, quæ arte fiunt: Ab arte autem fiunt, quorum forma c. 23.
in anima est. Atque formam dico quiditatem cuiusque, substantiamque primam. hæc ille ex hi satis claret arte facta habere ideas, et formas in animo artificis. Quisque enim artifex rem suæ artis facere contendens, prius eam habet in animo, quàm opere compleat, & iuxta domum in animo conceptam, domum extra animam construit. Videtur itaque mihi A R I. potius oppositum concludere, quàm propositum.

Præterea in tex. 36. Argumentatur A R I. 23.
ideas nõ esse numeros, sicuti uidetur dicere Pla. at quia difficilis est deductio huius rationis, sic placuit eam ordinare. Ideata debent assimilari suis ideis, quandoquidem ad similitudinem idearum efficiuntur, sed ideæ secundum P L A. sunt numeri, ideata uerò non numeri, sed proportiones numerorum appellantur, proportiones ve-

ro

rò numerorum non est numerus, sed quædam consonantia ex concursu multorum numerorum consurgens, ergo numeri non sunt ideæ. Omitto exēpla adducta, breuitatis gratia, et quia vt inquit Auer. exemplorum non requiritur verificatio, sed manifestatio.

Ad 23. *Ad hanc difficultatem d. quæ superius diximus: Platonem in multis vsum esse pythagoricorum doctrina, & rebus mathematicis, quæ partim abstracta, partim immersa materiæ sunt. non enim magis commode à rebus sensibilibus discessuri, & ad substantias, omnino abstractas profecturi, quàm per res mathematicas, q̃ vtrumq; naturam participāt, cum partim sint abstracta, partim verò minime. Noluit enim dicere PLA. ideas esse numerum secundum naturā, nam idea in Deo, si secundum suum esse contempletur idem est quod Deus, & in eodem genere substantiæ est (si tamen Deus in genere est) numerus verò in genere quantitatis. Per hāc enim similitudinem voluit naturam idearum demonstrare, cum res difficiles non cognoscantur, nec declarentur nisi per similitudinem. Non ne hoc*

c. 419. *genere docendi vsus est ARI. secundo de anima, de sensu enim communi loquens, ac determinans illam quæstionem, cum sensus communis sit vnus & indiuisibilis, quomodo simul possit moueri contrarijs motibus? Et dicit. Sed sicut quod vocant, quidam punctum: aut vnum, aut*

duo,

duo, sic et indiuisibile. Ac si diceret sicuti pũctus, qui est unus per exclusionẽ partiũ, et ĩdiuisibilis, & tamen terminat diuersas lineas adeo, quod vnus, & multa dicitur, vnus erit in se consideratus, multa verò cõparatione ad lineas, sic sensus cõis, est unus in se, & multiplex cõparatione ad sensus exteriores. Ecce quõ rebus mathematicis ARI. hanc difficultatem declarat. Quid mirũ, si PLA. eius praeceptor eisdẽ rebus vtatur ad ideas declarandas? Quid. d. Auer. in eodẽ loco? Cũ narrauit, qđ impossibile est, vt hac potẽtia sit vna in subiecto, & multa in virtutibus, incepit dare modũ. sc đm quẽ est vna, & modũ, sc đm quẽ multa, & quia hoc difficile est ad dicendũ, & est magis leue ad declarandum per exemplum, in duxit sermonem in uia exempli. hac ille. At volui hic retexere, vt facile cognoscere valeamus PLA. omnino culpa vacare, & si hoc ei vitio uertere volumus, idem crimen in ARI. retorquere possumus. Modo ad dissolutionem veniamus. Cum dicitur ideata, &c. Meminisse opus est in hoc loco, duplicem esse causam, alteram propinquam, alteram remotam, homo enim non fit similis Soli, à quo fit tanquàm à causa remota. sed est similis homini, à quo fit tanquam à causa proxima. Ita dicendum est ideata appellari à PLA. proportiones numerorũ quia agẽtia proxima, à quibus ista fiunt, sunt & ipsa proportiones numerorum. Continet etiam

nume-

numerorum proportio quandam numeri similitudinem, quatenus eum in se rentinet &c.

Amplius in tex. 37. ex multis numeris fit vnus numerus, ideã sunt numeri, ergo ex multis ideis fit una idea, quod uidetur omnino absurdũ. Verũ, quia quidã forte pro salute P L A. dicere potuisset, non esse incõueniens ex multis ideis posse fieri unam ideam, sicuti ex multis elementis unum mixtum. At Alex. probat id effici non posse in ideis, quod fit in mixto. Quia elementa, quæ ad mixtionem ueniunt, alterantur, intenduntur, & remittuntur secundum qualitates, secundum latinos, secundum substantiam secundum Auer. tertio cœli, at ideæ nec alterantur, c. 67. *nec intenduntur, ergo ex multis ideis non potest fieri una idea. Sequeretur etiam ideam, quæ ex multis illis constat, compositiorem esse illis alijs, hoc uero est contra mentem P L A. Præterea, si idea vna ex multis efficeretur, sicuti mixtum ex elementis, cum elementa inuicem semper pugnent, sequeretur ideas etiam illas inuicẽ pugnare, & sicut mixtum ob continuam pugnam aliquãdo corrumpitur, sic etiam idea illã corrumperetur, quod est contra mentem P L. A.*

Respõdeo. *Verum posset quis dicere numerum non constare ex numeris, sed ex unitatibus, sicuti centenarius non constat ex decem denarijs, sed ex centum vnitatibus, it a idea, quæ numerus nuncupatur, non ex numeris constabit, sed ex unitatibus.*

Impu-

Impugnat hanc responsionẽ dicens, istæ vnitates vel sunt eiusdẽ speciei, uel diuersæ: si eiusdẽ, cur istæ vnitates constituent ideam rationalis, istæ vero alia ideam irrationalis, q̃ ex opposito distingũtur, & cũ non facile possit assignari causa diuersitatis, ideo nõ possumus dicere eas esse eiusdem speciei. Nisi quispiam dicere uelit ideo ideã irrationalis differre ab idea rationalis, quia ex pluribus aut ex paucioribus constat vnitatibus, quod minime dici potest, quia hæc non differunt additione, vel subtractione vnitatum, sed potius essentiali quadam qualitate. Sequeretur etiam aliud longe maius incommodum. s. quòd ex subtractione vnitatum, vel additione posset irrationale effici rationale, quod est admodum inconueniens. Sequeretur etiam vnam ideam compositiorem alia, quod est absurdum. Si verò vnitates illæ essent diuersarum specierum, quomodo different ad inuicem? non enim differre specie possunt ea, quæ qualitatibus, actionibus, ac alterationibus non possunt affici: formæ enim specie differentes non recipiuntur nisi in patiente rectè disposito, has verò dispositiones diuersas vnitates recipere minime possunt. Vnitates enim solo situ differre possunt, vt inquit ARI. primo de anima, quæ non solum vnitates sunt sed puncta, & punctus est substantia posita, ergo ex vnitatibus ideæ constare non possunt, siue solo numero differunt, siue specie.

At


mente & virtualiter , uel in illo verbo Platonico formaliter, quæ ideo numeri dicuntur, quia cadunt à perfectione primi entis, quod summe vnum est, & quanto perfectiorem naturam repræsentant, tanto magis ad illam vnitatem accedunt, & ille numerus, seu illa Idea perfectior est. Quãto verò imperfectiorem naturam repræsentat, eo magis distat ab vno, et eo magis etiam imperfectior est. Propius ergo ad difficultatem accedentes, dicamus: totũ illũ discursum ARI. peccare per æquiuocationem de numero, quia ipse loquitur de numero, qui est in genere quantitatis, iste verò de numero methaphorico, qui dicitur secundum quandam similitudinem, &c.

Præterea in text. 39. Si ideæ numeri sint, 25.
tria numerorum genera esse necesse est, primum quidem idearum erit: secundum rerum mathematicalium, quod medium appellatur: tertium rerum sensibilium. At hoc est absurdum, ergo ARI. verò non deducit hoc inconueniens, sed probat consequentiã, hoc pacto. Quando principiata differunt, principia differre necesse est, ideæ, entia mathematicalia, ac naturalia differunt, ergo principia etiam erunt diuersa, ergo vnitas, quæ ad structuram idearum facit, et vnitas, qua constant mathematicalia, ac illa, ex qua constant physica, differunt. At si ex eisdem vnitatibus cũcta constabunt, quomodo adinuicem secernũtur, ac distinguntur? sed cum non facile rationẽ red-

dere rei istius possumus nisi ponamus unitates diuersas, ergò illæ erunt diuersæ, quod videtur absurdum, &c.

Ad.25. *Facile respondere possumus distinguentes numerũ; nã alius est, quo numeramus (sicuti supra dictum est) alius numerus numerans, alius numerus numeratus. Vnde PLA cũ dicat ideas esse numerum, non est locutus de numero, quo numeramus, necque de numero numerante, sed de numero numerato. quod nil aliud est, quàm res ipsa numerata, ideo dicimus res istas differre, & unitates istas, ex quibus hi numeri constant, etiam differre. Et illud principium uerissimum est, si principiata differunt, principia etiam differunt, loquendo potissimum, de principijs proximis, & immediatis. Verum; si plura de his numeris scire cupis, perlegas Plotinũ Enneadis sextæ li. sexto, & potissimum c. 17. ibidem enim, ita inquit. Trinitas, aut, quæ non dum est animalis, sed omnino trinitas in ente, principium est essentiæ. Si autem illic enumeres animal, & pulchrũ, utrunque sane est unum: tu vero penes te, cõcipis numerum, agisq; quantitatem, atque binarium. Verumtamen si virtutem dixeris quadam quatuor, certe quaternarius quidam est, velut partes virtutis conferentes ad unum. licetque dicere unitatem quaternarium, velut subiectum aliquod. tu vero illi quaternarium, qui in te est, accomodas, hæc ille Ex his verbis sub obscuris*

-ſcuris Plotini facile colligere valemus numerũ, quem in Diuinis ponimus, non in Deo ſic diſtinguentes, ſed eum numerum, quæ nos animo, mẽteque facimus, qui etiam in mente reſidet, illi at tribuimus. Perfectiones ergo atributales non ex natura rei, vt Scot. opinatur, diſtinguntur, ſed ſola ratione, quia Deus immẽſus omnem noſtram intelligendi rationem eccedens, diuerſis actibus conceptibusq́; apprahẽditur, ac ex his multiplicibus rationibus, numerum in Deo ponimus. Et abhis numeris, numeri cauſantur ĩ rebus iſtis generabilibus et corruptibilibus. Ex his ergo Plotoni dictis colligamus reſponſionem ſecundam. Numerus qui in Deo eſt, ex vnitatibus quidem cõſtat, verum illæ ſola ratione diſtinctæ ſunt, hæc verò, utpotè mathematicalia, ſeu naturalia ex vnitatibus conſtant, ex illis quidẽ diſtinctis realiter. Entia enim naturalia cum ex materia cõſtent, & forma, & illæ quidem cum ſint duæ diuerſæ naturæ, numerũ faciũt ex vnitatibus realiter diſtinctis, ſicque dicendum eſt de rebus mathematicalibus, quæ in ſe includunt materiam intelligibilem.



Amplius in tex. 40. de in rebus ſenſibilibus, et mathe. ſunt numeri, & illi quidem ex vnitatibus conſtant, ergo quemadmodum iſti numeri ſunt cauſati a numeris idealib. ita vnitates iſtorum numerorũ naturalium, & mathematicalium ſunt cauſatæ a numeris illis idealibus, & 26.

ita numerus erit ante vnitatem, quod magnum incommodum est.

Ad 26. *Huic difficultati.d.sicuti a nobis sæpenumerò dictum est, disputatio ista tota verbalis est, ac si quid discriminis est inter istos egregios, eximiosq; phylosophos, tota in verbis, & non in re est. At ad dissolutionem veniamus. Verum etiam & nos esse dicimus, numerum nõ præcedere vnitatem, sicuti principiatũ non præcedere sũũ principium, quando principium & principiatũ sunt eiusdem generis, & intelligitur de principijs intrisecis & immediatis. At iam vidimus ista esse diuersa genera numerorum, ac diuersa genera vnitatum, ita non erit inconueniens numerũ alterius generis præcedere vnitatem alterius, ac diuersi generis, potissimum, cum loquamur de numero numerato.*

27. *Præterea, si numerus est vnus, per comprehensionem erit vnus, Idea per PLA. est numerus, ergo si erit vnus, erit per comprehensionem. Hæc vero comprahensio, uel erit facta ab agente, & hoc dici non potest, cum Idea æterna sit, clauo, aut glutine, & hæc quæ sit, non est facile assignare, uel est, quia vna est potentia, & altera in actu, & hoc dici non potest, cum omnes vnitates in Deo sint eiusdem rationis, ergo ideæ numeri dici non possunt.*

Ad 27. *At si ea, q̃ dicit Plotinus memoria repetamus non*

non erit difficile soluere cauillum in PLA. Nam ille, qui actu facit numerum in Deo, mens est, ac humanus animus, qui cum Deum multipliciter conceptibilem intueatur. sut bonum, ut sapientem, vt iustum, vel pro vt est immitabilis ab homine, equo, vel leone, numerum facit in eo, qui in se vnus est in substantia, vel in essentia, multiplex tamen in ratione mouendi intellectum: cũ in se infinitus est, infinitas enim perfectiones continet. Ecce iam vides qua vnitate numerus ille in Deo sit vnus, &c.

Insuper in tex. 41. Posteaquã in superioribus declarauit vnitates, ex quibus constant numeri ideales, mathe. & physic. quòd solo numero non differant, modo probat non differre specie. Quia sequeretur quòd vnitas, inquantum vnitas, non esset principiũ, & substantia rerum, & hoc videtur contra mentem PLA. Consequentia probatur, quia ab vno, quo constituuntur ideæ, et ab vno, quo constituuntur entia mathe. & ab vno, quo constituuntur res physicæ, non potest abstrahi communis conceptus, cui correspondeat natura communis, quemadmodum contingit illis, qui posuerunt duo principia, ignẽ, & terrã, Parme. scilicet & Melis. vel illis, qui quatuor principia statuerunt, scilicet quatuor elementa, vt Empe. Hi omnes conuenerunt, quòd non statuerunt communem conceptum his duobus, vel his quatuor corporibus correspondens natura communis. Ad 28.

munis .s. corporis. At numerus, ut numerus est, dicit vnum conceptum uniuocum, & vnam naturam communẽ, ergo vnitas, vt vnitas est, non erit principium istorum, & si quippiam commune correspondeat, hoc erit commune solum secundum rem, & non secundum rationem.

At, vt sæpenumero dictum est, tota hæc dispu-
Ad 28. *tatio verbalis est, & rem non attingens. Non negabit ARI. in singulo quoque genere vnitatem esse, cum ipsemet fateatur vnum in substantia facere, idem, vnum in quantitate facere æquale,*
5. m. t. 20. *vnum in qualitate facere simile, &c. licetnè (optime Princeps) ab his vnitatibus naturam, vel conceptum communem vniuocum accipere? minime, sed his omnibus correspondet natura cõmunis analoga, sicuti ens analogicè dicitur de decem generibus. Sic dicendum est de vno, quod de his vnitatibus diuersis dicitur. Verum nec illud in hoc loco omittẽdum est. Cum dicit PLA. numerum idearum ex vno constare, et etiam numerus rerum mathe. ac naturalium, potius respexit ad causam effectiuam, quàm ad causam formalem, ac materialem. Numerus .n. constat ex pluribus vnitatibus tanquam ex materia, verum cum dicit PLA. Ideas esse numeros, & ab*
12. met. t. ult. *vnitate pendere, intellexit pendere ab illo vno, de quo ARI. capiens ab Homero dicit, Entia nolunt malè disponi, ergo unus Princeps. Ab ista itaque unitate tanquam ab agente, & non*

à materia

à materia, non modo numeri Ideales, verumẽt mathe. ac physici dependent, ac producuntur, qui cum cadant ab illa summa perfectione vnius, numerum faciunt, quia in se nõ nihil perfectionis, ac imperfectionis continet. Cæteras verò rõnes, quas ARI. in isto lib. adducit, ea rõe duximus omittẽdas, quia non veniunt contra Ideas, de quibus in hoc tractatu sermo à nobis susceptus ẽ, sed cõtra rerum principia, de quibus verò, cum loquemur in alijs nostris conciliationibus, adducemus.

Superest modo, vt dissoluamus eas rationes, quas ARI. adducere consueuit contra PLA in primo Ethi. c. 6. & prima est. Vbi licet accipere prius, & posterius, ibi communis idea assignari non potest, sed in rebus bonis inuenitur prius, & posterius, ergo communis Idea boni non inuenitur. Maior est PLA. qui in hmõi nõ posuit ideas & hanc ob causam non posuit Ideã in numeris. Minor probatur, quia in substantia bonum est, in quantitate, ĩ qualitate, ac in cæteris prædicamentis, ergo non datur communis Idea boni. 29.

Meminisse oportet, quod supra diximus, ARI. impugnare vulgarem quandam opinionem idearum, & potissimè eorum, qui PLA. legentes concedere communem quandam Ideam boni, opinati sunt communitatem prædicationis potius, quàm causalitatis, & eò tendunt argumenta ARI. Verum si diligenter vtriusque dicta cõtemplemur, nullũ erit discidium inter illos. Non Ad. 29.

12.m.t. 52. *negabit ARI. aliquando dixisse duplex esse bonũ, Ducis, & bonum ordinis, ac longe melius esse bonũ Ducis, quàm bonum ordinis:* Dux *verò vnus est, ut ipsemet fatetur in eodem loco, vt paulo ante diximus,*
t.ulti. *Entia nolunt male disponi, nec bonum pluralitas principatuũ, vnus ergo Princeps. Iste itaque vnus Princeps est illa suprama Idea boni, & quemadmodum bonum Ducis eccedit bonum ordinis, non in ratione prædicandi, sed in ratione essendi, sic esse Ducis antecedit esse cæterorum entium. Et sicuti ab isto primo ente omnibus communicatum est esse, & viuere, his quidem clarius, his verò obscurius, sic omnibus communicatum est bonum, his quidem clarius, his verò obscurius. Ad argumentum verò cum dicit, vbi est prius, & posterius, &c. dico min. esse falsam. nam in Deo non est prius, & posterius, sed bene in his, quæ bona ordinis nuncupantur. Non me latet Eust. responsio, ac aliorum modernorum, verum, quia hæc nostra longe melior visa est, quæ forte cæteris deterior apparebit, ideo hanc solam posui.*

Ad 3c. *Præterea. Quæ sunt in diuersis prædicamentis, ipsorum non est vnum commune vniuersale, nec vna communis idea, sed bonum cum tot modis dicatur, quot modis ens in omnibus prædicamentis est, ergo non habebit communem ideam. Maior satis claret, quia entia decem generum non habent commune genus. nã si haberent, potissimum*

tissimum esset ens, verum hoc esse non potest; vt probat ARI.3.met. quia propriũ generis est descendere in sua genera subalterna per differentias formales, at ens descendit per differentias modales, ergo non est genus, et non secus dicendũ est de bono, cum tot modis dicatur bonum, quot & ens, &c.

At ex his quæ diximus facile ad hanc difficultatem elicere possumus responsionem, quòd s. non loquimur de illo bono trascendenti, quod suo circuitu, et ambitu circuit omne genus. sed de illo supræmo bono supersubstantiali, per suam substantiam omnino abstracto, & non per indifferentiam, de quo bono loquens PLA. in Timæo inquit. Dicamus igitur, quam ob causam ille rerũ author generationem, & hoc vniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autem nulla vnquã aliqua de re inuidia tangitur, ergo cum liuor ab eo alienissimus esset, omnia sibi quantum fieri poterat, simillima fieri voluit, hæc ille. Ob id Deus supræma idea nucupatur, quia omnia (ut inquit PLA.) quantum fieri potuit, sibi simillima fieri voluit. Perpende diligenter verba illa. Quantũ fieri potuit. Quia non oĩa, quæ natura constant, æqua lance ab eo distant, aut ex æquo diuinam essentiam participant, verum secundum quòd vna quæq; natura patitur, sic magis, vel minus accedit, vel recedit à supræma ista idea boni. Præterea, Plot. in lib. de primo bono, volens insinuare, Ad. 30.

enne. 1. l. 7. c. 1. fo. 28. E. F.

nuare, quid est supramum illud bonum, quod nos ideam omnium bonorũ appellamus, dicit. Si quid igitur ad aliud quicquam minime agat, quippe cum ipsum sit omnium præstantissimum, super quæ omnia, ad ipsum verò agunt cætera, constat id ipsum esse bonum, cuius virtute cætera quoque boni participantia sunt. Cætera vero duobus præcipuè modis, ita bonum habent, tum quia illi similia facta sunt, tum quia operantur ad ipsum, hæc ille. Ex his Plotini dictis satis claret supramum bonum, quod idea est omnis boni, illud est quod sui gratia & est, & operatur, cætera verò bona, quæ nec sui gratia sunt, nec operantur, sed gratia illius, ad cuius imaginem facta sunt, & operantur, & hac ratione de supramo illo bono participant. Idem enim dicit ARI. existente. n. quodam diuino, optimo, ac appetibili etc. Et paulo infrà idem Plo. inquit Ipsum bonum dicimus esse, quod omnia appetunt, &c.

1. phy. t. 81.

31. *Amplius quorum non est vna, & eadem sciẽtia, eorum non est vna communis idea, sed omnium bonorum non est eadem scientia ergo omnium bonorum non est vna cõmunis idea. Mai. conceditur à PL. A. cum ideæ scientiæ gratia dãtur, & generationis. Minor probatur, cũ bona ista diuersa sint in diuersis generibus, nam substantia bonum quoddam est, quantitas, qualitas, & huiusmodi, ergo; & animaduerte, ꝙ nõ modo bona, quæ sunt in diuersis generibus, habent diuersas*

uersas scientias, sed ea, quæ sunt in eodem genere, & hoc est quod dicit ARI. in tex. Nam ars, & scientia militaris considerat tempus bellandi. Ars medendi tempus augumenti, status, ac decrementi, cibi, ac pharmaci, ars gymnastica considerat tempus exercitij faciendi, ergo rerum istarum communis idea esse non potest.

Dicimus PLA. duo genera idearum posuisse, vnum quod singulæ cuique rei respondet, à quo singula scientia oritur, ut pote ab Idea hominis, scientia hominis, ab Idea lineæ, scientia lineæ, & ita de singulis: aliud verò est ideæ omniũ idearum. De primo quidem idearum genere loquitur PLA. in Parmenide, vel de vno rerum omnium principiũ, & de Ideis. ita enim inquit. Videtur ne tibi, ut aiebas, species quadã existere, & ea, quæ illis participant, illarum cognomenta sortiri? veluti similitudine similia, magnitudine magna, pulchritudine atque iustitia pulchra, atque iusta vocari? Et maxime quidem inquit Socrates. Nonne quodcunque speciei particeps sit, vel totam speciem, vel partem participat? An est alius præter istos, participãdi modus? Et quis alius? Socrates ait. Vtrum videtur tibi tota species in vno quoque multorum esse in vno existens? an aliter? Quid prohibet esse vnam? Vnum ergo, & idem in multis seorsum positis totum simul vnum erit, atque ita ipsum à seipso seorsum existet. Nequaquam inquit Socrates. Verum Ad 31.

rum si dies vnus denique vbique simul adest, nec ipse tamen à seipso secernitur, ita nihil prohibet quamlibet speciem vnam, et eandem simul multis adesse, nec tamen seipsa secerni, hæc ille. Volui hanc lōgam uerborum seriem ex P L A. recitare, cum ut cognosceremus hoc primum idearum genus, tum etiam, quia in superioribus multa dicta sunt de idearum participatione, quæ longè illustriora reddentur, si diligenter spectemus quæ modo à P L A. dicta sunt. Secundū uerò genus est illud unum ens immobile, & infinitum, de quo etiam A R I. 12. met. diffuse satis disseruit. De *his duobus generibus idearum doctis. Phylo hebræus disseruit, referente* **Euse.li.** *11.c. 12. de præparatione euang. Si quis uoluerit significatioribus uerbis uti, nihil aliud ītellectualem dicit esse mundum, quàm* Dei *creantis uerbū: Nihil. n. aliud ciuitas illa ītellectualis est, quā creatoris ratio creare iam cogitantis, quod dogma Moysi, non meum est. Aperte nāque scribit ad imaginem Dei hominem esse factum. Quod si par mundi imago imaginis est, ut uniuersus iste mundus sensibilis ad exemplar diuinæ imaginis factus est, primitiuum sigillum, quod intellectualem mundum appellamus, ipsum exemplar est. Primitiua idea idearum omnium Dei uerbum. In principio autē dicit fecisse cælum & terrā. hæc ille. Nō me præterit hæc eadem uerba me principio huius operis citasse, ne quis mihi*

hoc

hoc uitio det, placuit hoc etiam in loco eadem ad ducere ob rei istius difficultatem, quæ nisi sæpenumero tractentur (ut inquit A R I. de relatiuis) non satis poterimus ea intelligere; dicit. n. Fortasse autem difficile sit de hmõi rebus uehementer asserere, nisi id sæpe pertractatum sit. dubitasse autem de horum unoquoque non est inutile &c.

Præterea, Petit A R I. à P L A. an homo idealis & homo iste in materia communicant una, atque eadem ratione, uel differant: si non differãt, iste homo in materia corruptibilis, ergo & ille idealis, quòd est contra P L A. qui posuit ideas æternas. si uerò dixeris ea differre, contra Quæ cõueniunt in una atque eadem ratione, nõ differunt. sed idea hominis, & homo communicant in eadem ratione, quòd patet diffiniendo utrũq; ergo. At quis posset pro salute P L A. respõdere ac dicere, ideata ab ideis differre, quia hæc æterna, illa uerò tẽporaria? Occurrit huic respõsioni & inquit. Res prius accipiũt esse, naturam & scientiam, & postea diuturnitatem, ac perpetuitatem: ergo ex diuturnitate, aut ex perpetuitate non est accipienda rerũ diffinitio, seu quiditas diuersa, sed à natura, uel à numeris, et illis quidem diuersis. Nã homo unius diei, & homo centum annorum non differunt ex parua illa, uel longa annorum serie. 32. Respõ

Huic difficultati dicimus, quòd Homo ille idealis, & homo iste materialis, utroq; modo differunt Ad 32.

ferunt, tum ex natura quidē intrinseca, tum etiam ex perpetuitate. ex natura quidē intrinseca quia ille non constat ex materia, & forma, & ex hoc innascitur aeternitas, ex perpetuitate. & si aliquando inuenerimus in P L A. hos non differre, immo omnino conuenire d. sic intelligendū etiam P L A. eos conuenire in ratione representādi, & representati, sicuti imago Caesaris cum eo communicat, quia eum perfectè, & absolutè representat, non tamen idem sunt ambo in natura, quia uerum est affirmare de Caesare quòd sit homo, & quòd sit animal rationale mortale, at de eius simulacro uel imagine, minime, sed benè asserere possumus eam etiam imaginem hominis, uel animalis rationalis &c.

33. *Insuper probat non dari unum per se bonum; & per se bonum intelligit P L A. ideam boni quia dantur multa per se bona, & signum est, quia per se appetuntur. Nam multa sunt scientiae per se appetibiles, ut pote naturalis phylosophia, Mathe. Geometria, Aritmet. Musica &c. ergo dantur multa per se bona.*

Ad. 33. *Dicimus quam breuissime dari bonū per se cōtingit dupliciter, per se primo prīcipaliter, per oēm modum ac eminēter, uel per se primo, nō tā prīcipaliter ac eminēter. Primo quidē modo unū est per se bonū. s. per se primo principaliter, per omnem modum ac eminēter, multa uerò sunt per se bona, quia s. appetūtur per se, non tamē per omnem*

omnem modum ac eminenter

Præterea si unum est per se bonum quod ideā boni appellamus, cætera bona per se uel superfluunt, uel si ista multa concedantur, non est ponē dum illud cie per se bonum, cōsequens est contra PLA. ergo. Probatur utraq; consequentia. Quiā si datur illa cōis idea boni, quod in se continet omnem rationem bonitatis, qui assequitur illa, notionem rerum omnium tenebit, cætera ergo superfluent. & etiam si dantur multa ideæ representantes res omnes, non erit ponendum illud cōmune bonum uel illa communis idea, quandoquidem non habebit ideatum, cui assimiletur. Non est ergo ponendum illud commune bonum &c. 34.

Dicimus probationem illam esse inanē, quia datur una idea boni qđ per se primo principaliter per oēm modū, ac eminēter bonū dicitur, cætera uerò licet per se primo bona dicantur, non tñ per omnem modū ac eminenter. Quòd uerò dicit non habere ideatum cui assimiletur d. hoc eē omnino falsum, quia cum Deus mundum effecit ad sui similitudinem statuit, quod facile ex eius uerbis in Tim. colligere possumus. Qui loquens de genitura mundi ita fatur. Quando igitur opifex is operis alicuius constructione ad id quod eodem modo se habet, semper aspicit, & huiusmodi quodam usus exemplo, ideam uimque, in opus educit, pulchrum fieri tunc opus omne necessariū est &c. Paulò inf. causam reddens quare Deus mundum Ad 34.

mundum constituit, ita inquit. Dicamus igitur *quam ob cām ille rerum auctor generationē & hoc uniuersum constituit. Bonus erat. Bonus autē nulla unquam aliqua de re inuidia tagitur. Ergo cum liuor ab eo alieniss. esset, omnia sibi quātum fieri poterat, simillima fieri uoluit. hæc ille. Mundus ergo iste elementalis à mūdo illo ideali factus est, & hoc est illud bonum uniuersi ab illo supræmo bono ducis, quod est idea omnium bonorum emergens &c.*

35. *Præterea, si suprema ista idea boni esset, cōduceret, uel ad actiuā uel ad contemplatiuā facultatem, sed ad neutram facit, ergo. Ad contemplatiuam non conducit, quia per* P L A. *unum quodque habet suā ideam, quæ ad suam intelligentiā nō ad actiuam, uel factiuā, quia omnes artes illud quærerent, quod est absurdum, quia nec faber, nec sutor, aut miles, aut medicus quærit hāc notitiam supremi boni, ergo communis ista idea boni, non est ponenda.*

Dico, ad artes mechanicas non cōducere, &
Ad 35. *potissimum ad illas, quæ non habent attributionem ad has naturas contemplatiuas, uerum illæ quæ earum uel subalternæ. sicuti scientiæ mediæ uel ordinem & dependentiam ad illas habent, sic ad subalternantes redducuntur & illæ ad sua principia, & illa principia ad alia quousque deueniamus ad hoc unum supremum principium omnium quo intellecto, homo planè felix est*

est eo modo quo nobis in hac uita felicitas contingere potest. Verum quia hæc supra satis superq; diffusè declarauimus, ob id omitto.

Insuper si Ideæ darentur, potissimum esset, quia ars uel natura, uel supremus ille rerum omnium opifex, consilio uteretur, sed neutrum istorum est, ergo ideæ non sunt ponendæ. Maio: Satis claret, quia nō ob aliud dātur simulachra uel ideæ. Minor etiam probatur, primo quòd ars consilio non utitur, quia lignum ex quo uel scamnum uel abacus fit, non utitur discursu, nec ratiocinatur si sic, uel sic officij debeat. Nec natura consilio utitur, ut probat Arist. 2. Phy. qui ponit discrimen inter agentia natural. & propter alias causas. Nec etiam ille supremus rerum author. Nā consilium est habitus rectà ratione factiuus in his, quæ possunt aliter se habere, modo in Deo non est huius habitus, ergo nec consilium. 36 t. c. 1.

Respondeo. dicendum artem uti consilio dupliciter intelligi potest, uel quod materia artis utatur consilio, uel agens: materia non, sed bene agens. Nam artifex uolens construere rem suæ artis intuetur idolum, & ideā in animo, & ad similitudinem illius facit ea, quæ ad artem spectāt. Quod uero dicit de natura, licet ipsa nō agat consilio, dirigitur tamen à superioribus causis. De supremo illo artifice. d. eum uti consilio, quia operatur intelligendo. Consiliū uero iam ab Arist. definitū esse illud quod in nobis est, & qđ Ad 36.

de Deo & rebus istis corruptibilibus dicitur, non uniuocè dicitur.

37. *Præterea. Arist. primo post. c. 35. in fin. ponit discrimen inter substantias, & accidentias. Et inquit prædicatum substantiale, aut dicit id totum, quod illud est, aut aliquid illius, id est, aut dicit totam essentiam illius de quo dicitur, aut partem. Accidens uero de eodem neque totum dicit nec partem. Et occasione huius inuehitur contra PLA. d. ualeant ideæ PLA. τερέτισματα enim sunt, idest, mōstra. PLA. enim dicebat ideas esse rerum quidditates, modo quando quidditas, de suo definito prædicatur, dicit totam naturam illius, modo idea nec totam nec partem dicit, ergo non est quidditas.*

Ad. 37. *Dicimus ideas esse quiditates non quidem materia inuolutas, aut à materia selectas; sed in mēte opificis insidentes uirtualiter ac eminenter, in quibus cum essentias rerum intuemur, tunc perfecte eas cognoscimus. quod facere minimè potest quidditas illa quæ ex genere quidem oonstat ac differentia. Nam genus huiusmodi est abstractū ope intellectus, at illæ ideæ sunt abstractæ. per essentiam. Non ergo sunt uanæ ideæ PLA.*

38. *Præterea. adduco rationem Auer. 3. de anima. c. 18. Et omnia dicta Arist. in hoc sunt quòd uniuersalia nullum habet esse extra animam, quod intendit PLA. quin si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem &c.*

Dici-

Dicimus rationem Auer. non cõcludere, quia nõ ponit Arist. intellectũ agẽtẽ ad causandas species de nouo in anima, quantum ad actum primum, sed bene quantum ad actum secundum, quia phantasmata nõ possunt mouere illas ideas in anima existentes, nisi sint illustrata lumine intellectus agentis. Et si uolumus loqui secundũ eius mentem, non ne intellectiua anima una est in omnibus æterna, quæ in se felix & beata est, non tamen ut sic continuatur nobis, sed ut possibilis intellectus: qui postea per fantasmata illustrata lumine intellectus agentis, perficitur; non quidem quo ad actum primum, cum ille intellectus in se sit iam beatus, sed quantum ad actum secũdum in mouendo illas species? Verũ de hoc fusius dicemus cũ de reminiscẽtia loquemur. Ad 38.

Hæc sunt Illustrissime ac eccellẽtissimæ Dux, quæ mihi uisa sunt dicenda de Ideis, quæ si minus accuratè ac disertè fuerint à me explicata inscitiæ meæ tribuendum, ac rei magnitudini est. Meminisse operepreciũm est eruditiss. illius Timei dicti, qui cum de genitura mundi differeret, ita dixit. Cum ergo ò Socrates multa de Dijs mundique generatione à multis dicta sint, ne mireris obsecro, si rationes de his probatissima, exactissimasq; afferre non possim. Satis. n. factũ putare debebis si nõ minus probabiles quã qui uis alius, rationes attulerim. Aequum est meminisse, & me qui disseram & uos, qui iudi-

cabitis, homines esse: ut si probabilia dicentur, nihil ulterius requiratis. hæc ille. &c.

Libri Primi Finis.

DE ENTE ET VNO.

LIBER SECVNDVS.



Cripturus de ente, & uno (Excellentissime ac Clementissime Dux) repente eruditiss. illa disputatio Illustrissimi Comitis Ioannis Pici Mirandulæ mihi in mentẽ uenit, qui non modo in re hac PLA. suum tuetur, & à calumnijs defendit ARI. uerum hos phylosophiæ principes ita conciliat, ut non, nisi uerbis eas diuidere demonstret: pollicetq́, in eo potissimum opere, se nõ modo in hoc, uerum & singula quaque re, quæ in cõtrouersiam uenit, eas conciliaturum. Quod si fecisset, nemo ausus fuisset rem tam arduam, ac ꝑdifficilem aggredi, potissimum cum nemo eò melius cum pro singulari Græcorum auctorũ eruditione, tum pro eximia in utraque phylosophia exercitatione id præstare potuisset. Ob id diu ab hoc scribendi genere abstinui, decreueramque omnino lectorem ab hac disputatione ad Illustrissimum

ſsimum pariterque eruditiſs. Ioãnem Picum trãſmittere. At cum legiſſem diſputationem illam, ac in non nullam difficultatẽ incidiſſem, quæ meo quidem iudicio declaratione indigeret (quæ fortè illi, perſpicua erat) de Ente & vno ſcribere decreui, nõ ut doctoribus politioribusq; uiris ſatisfacerẽ (quãquidẽ ea, quæ ab illo & eruditè, et eleganter dicta ſunt, ſufficiant) uerum ut animus meus in re hac conquieſceret, laborem hunc aſſumpſi. Qui ſi nõ inanis tibi (Opti. Principes) uiſus fuerit, dabo operam ut cæteras controuerſias iam à me conciliatas breui accipias. Sed iam tẽpus eſt, ut ad rem ueniamus.

VNDE QVAESTIO HAEC tam ardua, ac perdificilis emerſerit.

PRincipio itaque de ente & uno diſceptaturus quot modis ens unumq; dicatur, exponẽdum eſt, ut entis uniuſque naturam, quoad fieri poteſt, perdiſcamus. Verum anteaquam hoc negocium aggrediamur, uidendum eſt, unde quæſtio hæc adeo difficilis emerſerit, quòd nõ aliunde, ut uerum fatear, niſi quia ARI. ens, unum, uerum, bonum, & huiuſmodi tranſcendẽtia æqualia eſſe ambitu opinatus eſt. Reclamant Academici, qui unum prius eſſe ente aſſeuerãt, ſimplicius, ac magis commune, Deumq; dicunt

prædicatur, ut cum dicimus musicus est homo. Ens uero secundum se, est triplex: primo diuiditur in decẽ genera, in quid, quantum, qualem, rela. &c. Secundum ens secundũ se est, qđ à ratione componitur quãdo uerum est, ut si dicamus. Socrates est albus, & ita est in res sicut affirmatur, ens est secundum se. Veritas enim hæc ex esse rerum dependet: propterea alibi dixerat, ex eo quia res est, uel non est oratio dicitur uera uel falsa. Tertium ens secundum cum sit de altero prædicabile, hoc erit aut actu, aut potentia. Tot ergo modis dicitur ens apud ARI. Modo uideamus quot modis unum dicatur. Verum anteaquã ad rem ueniamus diligenter considerandũ est, qđ ARI. acturus de ente & unõ, prius egit de uno, quàm de ente, quod ideo fecit (iudicio meo) quia prius erat ente, simplicius, perfectius ac magis commune, ut ostendemus. Accedens itaque Arist. ad distinctionem unius ita illud distinguit sicut fecerat ipsum ens in unum secundum accidens, & in unum secundum se. Quæ uero dicuntur unum secundum accidens, aut est quando duo accidentia in uno subiecto uniuntur, sicuti nauigator & musicus uni homini uniuntur, ac unum dicuntur, aut quando unum accidens cum uno subiecto copulatur, efficiturq́ unum, ut est coriscus musicus, non secus hæc dicuntur unum, si uniantur aliqui uniuersali, uel generis uel speciei. Ea uero dicuntur unum secundum se

Vnum multiplex.

colligatione, ut lignorũ fascis uinculo, aut ligna adinuicẽ glutino. Linea quoque continua, si reflexa etiam sit, una dicitur, quemadmodum & partium quæque, ut brachium aut crux. Verum horum magis ea sunt unum quæ natura cõtinua, quàm ea quæ sunt arte. Et diffiniens continuum dicit. Continuum id est, cuius motus est unus. At quia in eo loco multa disputat de uera continuitate, ob id missa hæc facienda indicaui. Modo ueniens ad secundã acceptionem unius, inquit, id nõ modo est unum quod secundum rationẽ continuæ quantitatis unum est, uerum quod sit specie differens. Et ut exemplo declarem Opti. Princeps. Si argenti & auri uirga esset ferruminata, particulæque eius adinuicem conglutinatæ, considerata quantitate esset unum, uerum secundũ speciem ad diuersas naturas, multa. Si uero tota linea fuerit aurea, uel argentea & secundũ quãtitatem, & secundum speciem, ac naturam erit unum. Quædam dicũtur unũ genere, sicuti homo, bos, equus, participatione animalis, quod est horum genus propinquũ, uel generis alicuius remotis. Quædam sunt unum specie, sicuti multi homines sunt unus homo participatione speciei. Dicitur unum analogia, sicuti ens cum de decem generibus dicatur. Dicitur etiam unum numero non quod unum, numerus sit, sed eò quod numeri principium sit. Vnum etiam dicitur, quod intelligentia indiuisibile est, & neque tempore, ne-

Continuum quid.

Vnum genere quæ dicantur.

Specie.

Analogia.

Numero.

qu

que loco secari potest, neque et ratione, et horum præsertim quæ substantiæ sunt. Vnde punctus unus est, quia diuidi nequit, cũ partibus careat, eiusque ratio potius in negatione partium, quàm in positione consistat. Eucl. enim dicit. Punctus est cuius partes non sunt. Quædam ergo unum sunt, quia indiuisibilia sunt, uel tempore, uel loco, uel definitione. Sed potissime illud maximè unũ dicitur, quod est secundum substantiã. Nam etsi indiuisibile accidens sit, diuidi tamen à subiecto potest, cum iam illi copulato facit cum illo compositionẽ. Quid aũt sit hoc unũ indiuisibile substantia, quod nulla ratione sectile est? si exponendi mihi authoritas tradita est, non possumus intelligere materiam primam, cum nunquã à quãtitatibus interminatis separetur, neque formas è materia eductas, cũ illæ ad diuisionẽ materiæ diuidantur, nec compositum cum in partes componẽtes dissoluatur, nec animam humanam intelligere ualemus, quandoquidem secundum uiã communẽ, in multas partes potestatiuas secetur, uel secundum Auer. in duas substantias. s. in intellectum possibilem, & agẽtem. Neq; cœlum, quia secundum Io. Grãma. & multos latinos, ex materia & forma constat, uel secundum Auer. ex intelligẽtia & orbe, ipsumq́; potitur suis dimẽsionibus. Neque per substantiã indiuisibilem intelligere possumus intelligentias: nam hæ, secundũ latinos, constant ex esse & essentia, secũdum Auer. ex positiuo & priuatiuo

pũctus quid.

uatiuo, cum priuentur perfectione primi entis. Per substantiã ergo unã cuius intellectio omnino indiuisibilis est, quæ neque tempore, neque loco separari potest, neque etiam ratione, nullam aliã intelligere possumus nisi Deum qui unicis. est. Ex his ergo iam deuenimus ad illud simplicis. unum cuius participatione cætera dicuntur unũ. Modo super est, ut iã describamus quod ipsum unũ sit. D. Boet. de unitate: et uno ita inquit. Vnitas est qua unaquaque res dicitur esse una, siue enim dicitur esse simplex, siue composita, siue corporalis, siue specialis. Nec potest esse una, nisi unitate, sicut nec alba sine albedine, nec quamta sine quãtitate. Non solum unitate una est, sed etiam tam diu est, quicquid est, quamdiu in se unitas est. In hac descriptione Boe. solum explicatur causa formalis denominans. Verum si eius descriptionem ex A R I. colligere desideramus, ad memoriam reuocemus quæ dixit ARI. 10. met. t. c. 1. qui repetens illam eãdem diuisionem. 5. met. in calce, ita loquitur. Omnia enim hæc unum per indiuisibile esse, horum quidem motum, illorum autem intelligentiam aut rationẽ. Ex his colligamus unius ratione consistere in indiuisione, & ideo dicimus unum id esse quod est indiuisum à se, & diuisum à quocunque alio. Hactenus de ente & uno secundum A R I. modo uidendum est, quot modis dicatur ens & unum secundum P L A.

Vnitas quid.

DE ENTE ET VNO secundum Pla.

PLA. de eo quod est agens in Sophista quinq; entis genera esse dixit. Essentiã, idem, alterũ, statumq́; et motum. At, ne hæc diuisio nostrũ esse comentum, quis opinetur, iã ipsum PLA. loquentẽ audiamus. Hos Maxima itaque genera quæ modo recẽsuimus sunt, et id quod est, & stabilitas, & motus. Et paulò inferius duo alia entis genera cõmemorans inquit. Hos. Quid nunc rursus iã diximus & idẽ & aliud. Nã duo genera ipsa à tribus quidẽ alia, sed tamen illis ex necessitatem semper amixta? & de ipsis uelut quinque, & non tria sint considerandum est. hæc ille. Modo uidendum est quid PLA. per essentiã, idem, alterum, statum atque motum intelligat. Plotinus fidiss. PLA. interpres, ita hæc auspicatus est dicẽs. Nũquid ens est alterũ, quã essentia, atq; ens quidem etiã seclusis alijs dicitur? essentia uero est ens, unà cum alijs simul adiunctis, uidelicet motu, statu, idẽtitate, alteritate, atq; hæc essentiæ sunt elementa. Totum igitur est essentia. Quodlibet aũt illorum aliud quidem ens: aliud uero motus, aliaq; similiter. Motus igitur ens est per accidẽs, sed nunquid per accidẽs est essentia? an forte essentia cõplens? quin potius et ipse est essentia, atque oĩa quæ in diuinis sunt, essentia sũt. Cur nõ igitur apud nos ita se res habet? Fortasse sic

fo. 155. la. cor.

Enne. 2 lib. 6. c. 10.

ſic eſt ibi, quoniam cuncta ſunt unum: hic autẽ cũ ſimulachra ſint, iam diſcreta, hoc quidẽ aliud, illud uerò eſt aliud: quemadmodũ in ſemine quidẽ ſimul oĩa ſunt, & quodlibet oĩa. Neque ſeorſum manus caputve ſeorſum, in effectu uerò inter ſe diſcernuntur: non enim uera ſunt, ſed ſimulachra Qualitates igitur ibi, nũ eſſe dicemus eſſentias? quæ quidẽ circa eſſentiã, uel circa ens differentiæ ſunt. Differentias inquã eſſe dicemus efficientes, ut eſſentiæ inter ſe alteræ ſint, atque omnino ſint differentiæ? Forte id dictu non eſt abſurdum: ſed abſurdè id diceretur de his q̃ apud nos ſunt qualitatibus, quarum aliæ quidem eſſentiarum differẽtiæ ſunt, ut bipes & quadrupes. aliæ uerò nequaquã ſunt differẽtiæ, & ob hoc ipſæ ſolũ qualitates eſſe dicũtur: quãquã id totum differẽtiam uideri poteſt, ubi complet eſſentiam, tum minimè differentia ab alio eſſentiã nõ implens: quemadmodũ albedo in cigno, uel ceruſa naturã complet, in homine autẽ dũtaxat eſt accidẽs. hæc ille. Forte prolixior in adducẽdis Plot. uerbis extiti quam opus erat, at quia non modo Platonicis inſtitutis, quã Peripateticis documentis plena erant, uix me cõtinere potui, quin omnia quæ in eo capite continebantur, his meis commentarijs committerem.

De uno uerò in Parm. loquẽs fere oẽs eas unius acceptiones declarauit, quas ARI. ĩ 5. met. ea excepta, quæ eſt ſecundum accidens, tũ quia ab arte reſcindenda, tum quia ſupponit auditorem ſtudioſum

diosum, ac in his diuisionibus aprime initiatū. Principio itaque ponit unum numero, ac probat id, numerum constituere, dicens: si igitur est unū, necesse est etiam numerū esse. Et superius de uno genere, specie, ac naturali copulatione loquens, inquit: si. n. ipsa genera, et spēs, in se ipsis contrarias has affectiones, perpeti pronunciaret, admiratione digna res esset. Si uero me quis demōstret unū esse, et multa, quid mirum est? Nam cū multa me esse demonstrare uoluerit dicet, alia est dextera mea, alia sinistra, alia anteriora, alia posteriora, & superna & inferna eodē modo. Multitudinis n. particeps sum ut pūctus. hæc ille. Multæ species sunt unum & multa. Vnum participatione generis, multa uerò inter se. Sicuti homo, leo, capra inter se quidem multa, participatione animalis unum. Et plures homines sunt unus homo, participatione speciei, inter se uerò multa. Satis etiam id ipsum exemplo sui P L A. declarauit dicens. Nam si dextra manus, ac sinistra de se singulæ contemplentur, similiter pedes, partesq́; singulæ corporis, multas esse quis negare audebitur. at si in structura unius suppositi, spectentur, quatenus unico esse illius potiuntur, unum dicendum erit, & non multa. Illud etiam quod potissimum unum statuit ARI. quod omnino in diuisibile tempore, loco, ac ratione, & ex horum potiss. numero quæ substantiæ sunt indiuisibile erit, non nè à P L A. præceptore suo accepit?

fo. 205. Ia. cor. fo. 198.

runt difficultates, easq; hoc in loco declarandas suscepi. Prima itaque in cap. 2. posita est. Non uetur uir doctiss. asserere unum secundum mentem PLA. non esse prius ente. Et cum de uno in Parmenide, et de ente in soph. disseruerit PLA. neque in uno, aut altero dialogo unum esse prius ente statuit, uerum si ambæ illæ disputationes diligenter spectentur, eas dialecticas esse cognoscemus; rationibus ultro citroq; habitis, non facilè quid sibi uelit PLA. conijcere ualemus. Ponit deinde dialogi scopum PLA. 5 in eo quærere an unum sit omnia, & si res ita se habeat, quid inde sequatur, atque occasione huius diuertit ad ideas, & quia retexere omnia, quæ ille dixit in eo cap. superfluum est, ideo omittenda iudicaui. at scopus iste uerissi. est, sed non possum satis non admirari quomodo uir iste doctiss. non uiderit unum illud quod est omnia potissimum secundum mentem Parme. esse Deum, qui & simplicitate, & communitate (ut infra declaraturi sumus.) præcedit ipsum ens. Simplicius primo phy. adducit uerba Parme. qui metricè philosophatus t. c. 3[?]
ita inquit.

Via adhuc ratio unica tantum
Restat, in hac autem sunt longe plurima signa
Ingenitum, interituq; carens, totũ quoq; & unũ:
Est totũ unigenũ, requietũ, haud desinit unquã.
Nonunquã fuit, & nec erit, totũ simul unũ.
Cum sit nunc & continuũ genus eius ad undè

Qui

Qui quæres auctũ uel quid sit? Dicere ne te
Vnquam permittam, sed nec sẽtire quod id sit
Productũ ex illo quod non est. Dicier haud q̃d,
Sed nec mente ulla cõprehendi, quomodo nõ sit,
Quæve ipsum utilitas mouit, quod cũ nihil ante
Gigni cœptum esset, generetur posterius. Sic
Esset ut omnino facto hoc visus fuit, an non?
Ex illo sed nec quod non est posse creari.

At quia institutum nostrum non est omnia dicta Parm. adducere, sed ea solum quæ Deum unum, ingenitum, interitu carentem demonstrent; supra omnium hominum captum. Cætera ergo omittamus. Hanc ueritatem declarauit PLA. in uno creato ostendens prius esse numero atque ipso. In eadem etiam disputatione ostendit unum cum ente conuerti, si transcendenter capiatur (licet his uerbis non utatur) Hæc uero omnia ex uerbis PLA. declaraturi sumus. Sed forte dices, tu posuisti unum creatum, & unum increatum, at unum creatum non admittitur, cum creatio sit rei productio ex nihilo, hoc autem perterruit omnes phylosophantes. Dicimus creationem de nouo fieri incommodũ esse apud phyloso. sed creationem æternam, quã hi simplicem emanationẽ appellarunt, non inficiantur. sicuti nos in concilio nostro de mundi æternitate dicemus. Ad rem ergo redeuntes, dicamus unum ĩ omni genere entiũ præcedere, verissimãq; esse illa Pythagoreorum sententiam; omnium

rerum

rerum naturam ex numeris, atque unitatibus constare, ac per numeros non nisi ideas intelligere debemus; quæ ab uno rerum omnium principio productæ fuerunt in uerbo, in quo suum esse formale habent, in ipsoque uno eminenter ac uirtualiter, in materia, in anima, ac intelligẽtis participatiue, sicuti diximus in tractatu de Ideis. Hoc uerò non latuit Plotinum, qui ita proloquitur. Quærendum uidetur in primis nũquid multitudo sit discessus, distantiaque ab uno ideoque infinitas ipsa extremus sit ab unitate discessus, propterea quod hæc sit ĩnumerabilis multitudo, atque ob hoc ipsum infinitas malum sit, nosque mali simus quando multitudo sumus, hæc ille. Entia quanto eriguntur ac tolluntur in altũ propioraq; fiunt natura ipsi uno, tãto magis Deo participãt, perfectioraque redduntur, contra uerò cum elongantur, multiplicantur magis, malaque fiunt, cum materiæ uiciniora sint, quæ omnium ac imperfectionum fons & origo est. Numerus ille primus Idearum, cũ sit causa rerum omnium formalis non quidem inherẽtis, sed exẽplaris, ideo Pythagorici omnia ex numeris constare affirmarunt. Huius uero idearum numeri unitas illa ĩcreata, q̃ Deus cã extitit. Nã cũ à prima hac unitate fuerit uerbũ productũ idearum plenũ in Ideæ oẽs formale esse habent, primũ entis nomen accepit, ob id quia in eo Ideæ existentes esse unicuique enti tribuunt, his quidem clarius

Enne.6 lib.6.c. 1.

1.cel. t. c.100. de uni. & uno.

rius, his uerò obscurius, ut etiã ARI. profitetur. Hæc est illa unitas, quæ (vt inquit Boe:) unit omnia, ac per hæc ne materia diuidatur, & spargatur necesse est ut ab unitate retineatur. Quicquid per se retinet facere non potest separationẽ. Forma ergo existens in materia est quæ perficit & custodit essentiam cuiuslibet rei: Vnitas est, quæ descendit à prima unitate, quæ creauit eam. Prima.n. una unitas, quæ est unitas sibiipsi, creauit eam unitatem, quæ est infra eam. Sed quia omne creatum, diuersum est à quo creatur, profecto creata unitas à creante unitate omnino diuersa esse debuit quasi opposita. Sed quia in creata unitas non habet principium neque finem, nec permutationem, neque diuersitatem, ideo creatæ unitati accidit multiplicitas, diuersitas, & mutabilitas, ita ut in quadam natura sit habens principium ut in generatis, & finem: in quadam uerò ut in creatis principium & finem, quia in quibusdam subiacet permutationi & corruptioni. In quibusdam materia est subtilis, simplex, remota à cõtrarietate, & separatione, perficitur autem ei unitas, & unitur cum ea, sicut hæc & illa. Sicut enim diuisibile in actu, sicut in celestibus corporibus, hæc ille. Et quia multis uerbis prosequitur, quomodo unitas creata ab unitate increata proficiscatur, ac sicuti diuersis subiectis recipitur magis vel minus purè, sic sortitur maiorem vel minorem vnitatem. Quia vero rem

hanc

hanc lucide ſatis exemplis Doctiſſ. pariterque ſanctiſſ. uir Boetius illuſtrauit non grauabor eius verba huic loco ſubijcere, quia materiã ſub obſcuram, ſua ipſius natura nominare ſolet, accipiens ipſe à Moy. à quo omnes tum phyſici tum Theologi acceperunt. Et tenebræ erant (inquit) ſuper faciem abyſſi. Per abiſſum non niſi informẽ materiam intelligere ſolemus, & per tenebras priuationem, formamque lucem appellauit, quia fugatis priuationis tenebris illuſtrat atque inradiat materiam. Et hoc eſt quod ARI. dixerat primo decœ: & mun. à primo quidem ente omnibus cõmunicatum eſt eſſe, his quidem clarius, his uerè obſcurius. Dicit ergo Boe: Quemadmodũ lumen ſolis cum admiſcetur tenebroſo aeri non eſt illius uirtutis cuius eſt admixtum claro aeri uel quemadmodnm panus albus tenuiſſ. cum induitur à corpore nigro occultatur cãdor eius propter abundantiã nigredinis, Vel quemadmodũ ſi tres uel plures feneſtræ uitreæ una poſt aliam, recte contra radium ſolis diſponantur in ordine, conſtat ſiquidem quòd ſecunda minus recepit ſolis quam prima, & tertia minus quam ſecũda, & ſic uſque ad ultimam fit defectus luminis, nõ propter lumen in ſe, ſed propter elongationem feneſtræ vitreæ à lumine, ita vt lumen formæ vnitatis, quod infuſum eſt materiæ deſcendendo fiat debile, & obſcurum, ita primum eius multũ diſcrepat à medio, & medium ab vlt. & propter

hanc diuersitatem formæ unitatis, non uno modo, sed pluribus dicitur aliquid ab unitate unum. Vnum enim aliud est essentiæ simplicitate unũ ut Deus, aliud simplicium cognitione unũ ut angelus & anima, quorum unum quodq; est unum coniunctione materiæ, & formæ. Aliud est continuitate unum, ut arbor & petra. Aliud est compositione unum, ut ex multis tabulis una arca, vel ex multis parietibus una domus. Alia dicuntur vnum aggregatione, vt populus & grex, congeries lapidum, vel aceruus tritici. Alia dicuntur præpositione unum, ut rector nauis, & gubernator ciuitatis, dicuntur unum similitudine officij. Alia dicunt unum accidente, ut diuersa subiecta eiusdem qualitatis dicuntur unũ in ea qualitate, sicut nix, & cygnum, unum sunt in albedine. Alia dicuntur unum numero, ut diuersa accidentia in eodem subiecto. Alia dicuntur unum ratione, & hoc duobus modis, quia ratione consortij, vt ens, vt intellectus, & res, aliquid, & vocabulum vnum genus vel ratione vnius sacramenti, ut spiritus aqua & sanguis dicuntur unum. Alia dicuntur natura unum, ut participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Alia dicuntur vnum natione, uel lingua, vt multi homines dicuntur una gens, vel vna tribus. Alia dicuntur unum more, sed hoc duobus modis, uel quia secundum consensum, uirtutis, & dilectionis, vt multitudinis credentium

erat

erat cor unum, uel secundum consensum eiusdẽ uitij plures homines dicuntur unum, ut qui adhæret meretrici unum corpus efficitur, hæc ille. Volui autem huius sanctiss. viri verba fere omnia hoc loco recensere, ut facilius intelligeremus omnes alias unitates ab illa prima unitate pendere, cunctaq; constare ex numeris, atque ex illis unitatibus, ut Phythagorici mistice dixerũt. Phytagoras enim definiens numerum ait. Numerum esse extensionem, atque actum seminalium rationum in unitate regnantium. Ex hac quidem definitione facile colligere ualemus, ex his numeris constare omnia, quæ demum ab ipsa prima unitate emergunt. His si declcaratis iam superest ut ex PLA. verbis ostẽdamus semper unum præcedere multa, & ipsum ens, in singulo quoq; vno præterquã in vno, quodcum ente conuertitur.

Ex mar. in Plot. Enne. 6 lib. b. c. 11.

ENS EST PRIVS VNO EX uerbis PLA. Plotini ac simplicii.

LOquens autem PLA. de uno genito comparatione numeri quid antiquius, & quid deinceps factum sit excutiens rationibus utrinque habitis, ita suum sermonem concludit. Quid uerò de numero dicemus plura ne prius fieri, & facta esse quam pauciora? Pauciora. Mi

In Par.

nimum ergo primum hoc autem eſt unum. Nũ quid? Etiam. Omnium ergo quæ numerum habent, primum factum eſt unum. Habent autem & omnia alia numerum, ſiquidem alia, & non aliud ſunt. Habent quidem. Primum autem factum ut arbitror, prius factum eſt, alia uerò poſterius. Quæ verò poſterius facta ſunt, recentiora ſunt eo, quod factum eſt. Et ſic alia recentiora quàm unum fuerint. Vnum autem antiquius alijs: hæc ille: Ex his facile colligere ualemus vnũ in rebus productis antiquius. & prius numeris. Ita dicendum eſt de vno in producto reſpectu entis quodquidem productum eſt, ac compoſitũ, vt infrà declarabimus. Accipit deinde PLA. unum creatum, & comparat eſſentiæ, ut tandẽ probet unum eſſe multa dicens. Eſſentia diximus participare unum, eo quod eſt id quod eſt. Etiam. Et propterea ſane cum unum ſit, multa uiſum eſt. Ita. Quid uero ſi ipſum unum quod eſſentia participare diximus cogitatione ſolum per ſe ipſum acciperemus, abſque hoc quod participare ipſum diximus, num unum ſolum apparebit, autem multa idem hoc? Vnum, ut ego arbitror. Videamus itaque aliud quiddam. Aliud eſt neceſſe eſſentia ipſius eſſe, aliud ipſum: ſiquidem non eſſentia unum eſt, ſed ut unum eſſentia participat. Neceſſe eſt. Non ne ſi aliud eſt eſſentia, aliud unum, neque eo, quod unum eſt, unum ab eſſentia aliud eſt: neque eo, quod eſſentia eſt,

eſſentia

essentia ab vno aliud est, sed eo, quòd aliud sunt, ideo inter se alia sunt. Maximè. Quare aliud neque cum vno, neq; cum essentia idem est. Quo modo enim esset? Quid igitur si ex ipsis deligeremus siue essentiam uoles, & aliud, siue essentiam, & vnum, siue unum, & aliud, non ne in vna quaque electione quadam eligimus. quæ recte ambo vocari possunt? Quomodo? Hoc modo. Licet ne essentiam dicere? Licet. Et rursus dicere unum? etiam hoc. Nonne utrumque ipsorum dictum est? etiam. Quid verò cum dixero essentiam, & unum, nō ne ambo dico? Maxime. Non ne etiam si essentia, & aliud, aut aliud, & unum, & sic ubique in singulis ambo dico. hæc ille. Ex hoc loco uult declarare unum creatum cum sua essentia, duo esse, & unum, hæc ergo sunt unum, & multiplex vnum, quia essentia cum eo, cuius est essentia sunt idem secundum naturam, & ad inuicem loco & subiecto non distinguntur, sunt multa, ac distincta inter se ratione, quia id cuius est essentia, dicit illud idē, quod essentia, sed confuse ac indistinctè, sicut pueri nominare solent omnes uiros patres, ac fœminas, matres, at cum adoleuerint, distinguunt singula. Non secus essentia dicit illud idem discriminate. Ex hoc loco satis constat ex Pat. unū creatum essentiæ comparatum posterius ea esse. At comparatum uni in creato à quo accipit tam essentiam quam esse posterius & hoc unum est

primo phy. t. c. 5.

prius. Verum si à me petas quod est unum essentia participare, dicam quod PLA. in eodem opere dicere consueuerat. Essentia uerò non ne fieri dicitur? ego sane. Ab esse̅tia ergo discedere no̅ perire? Maximè. hæc ille. Vnum ergo participare essentia est fieri, ab essentia uero discedere, est corrumpi. & c. Quod uerò unum præcedit ipsum ens origine, ac natura, non modo PLA. declarauit, sed etiam Plotinus quem, iudicio meo, in academicorum scola negare piaculum est. Veru̅, vt melius verba eius capiamus prius breuibus eius verborum sententia̅ exponemus, posteà verborum seriem adducemus. Illud principio animaduertendum est, Deus, cui proprie unitas co̅gruit ad genus minus coarctari potest, cum natura infinitus i̅mensusq; sit, id vero quod primo entis nomen, ac rationem sortitur est (vt sæpenumero dictum est) verbum illud ideis plenu̅, vbi primus numerus inuenitur, à quo entia omnia emerserunt. Ob id sicut numerus præcedit entia, sic unitas præcedit ens. Nam nisi numerus entia præcessisset, temere, ac fortuitu entia emersissent. Vnde sicuti ea, quæ per aliud ad per se ens reducenda sunt, sic per aliud unum ad per se unum. Et sicuti per se unum præcedit per se ens, quia per se ens finitum quoddam, ac terminatum est, sic per se ens antecedit per aliud ens. Modo eius verba licet sub obscura, audiamus. Consistens igitur ens in multitudine numerus euadit,

Enne. 6 lib. 6. c. 10.

quan-

qũ tanquã multiplex excitatur, et surgit, et quasi præparatio quædam, & præfiguratio erat ad entia, ubi quodammodo unitates locum habere videntur, illis expositum quæ in eis fundanda sunt. At qui & nunc tantam dicit aliquis, volo equidem auri multitudinem, vel etiam reliquarum possessionum. Aurum sanè unum quiddam est; ille verò vult non numerum quidem aurum facere, sed aurum potius facere numerum, & ut pot e qui iam habet numerum, adhibere hunc auro studet, adeò, ut auro contingat fieri tantum. Sin autem entia quidem numerum antecederent, numerus autem deinde in eis inspiceretur dum eatenus natura numerans moueantur, quatenus numeranda multiplicantur, certe secũdum contingentiam quandam tot utique quot nunc sunt entia forent, neque ex ullo proposito tot numero quot existunt. Si igitur tot sunt non temere profecto numerus tanquam illa præcedens, ut tot proprie sint est causa, id est existente iam numero, quæ facta sunt huius ipsius, ut tot sint conditionis euadunt: tum vero quodlibet quidem vnius est particeps ut sit vnum. hæc ille. Postea vero quam entia posteriora numero demonstrauit, in calcè eiusdem cap. ens posterius uno declarat d. Communiter autem quicquid de alio prædicatur; ab alio venit in aliud, vel est actus illius. Et quando tale est, ut non alias quidem ad sit, alias verò non ad sit, sed cum illo sit semper, si illud es

ſentia eſt, eſſentia eſt, & ipſum, neque magis illud, q̃ ipſum eſſentia eſt. Siquis aũt eſſe eſſentiã nõ cõceſſerit, ſaltem in quodã entium ordine, & ens eſſe concedat. At qui & ſi res illa abſque actu ſuo poſſit intelligi, nihilominus cum illo ſimul exiſtit, quamuis apud nos cogitatione quadam illo poſterius videtur. Si autem nequeat ſine illo cogitari, velut homo abſque eo quod eſt vnum, profecto vel non poſterius ipſo eſt, ſed ſimul exiſtens, vel etiam prius, quàm ipſum, vt ipſum per illud exiſtat: nos autem unum prius eſſe fatemur, numeroq́; ſimiliter. hæc ille. Quod verò ſimplicius qui non modo peripateticæ, ſed academicæ diſciplinæ ſtudioſus fuit, eiuſdẽ opinionis fuit,
t.c.19. *primo phy. ſatis clarè demõſtrauit dicẽs. Quod autem non propter ſtudium contemptionis Parmenidi contradictum eſt. P L A. quoque oſtendit, qui in Parmenide quidem vnum eſſe quod eſt Parmenides admittit: & ex illo id quod eſt, illo ſuperius inuenit: quod ne vnum quidem vocandum cenſet. & qui illud ſequuntur, tradit vnius ordinis. In ſophiſta aũt ei aperte cõtradicit dicenti, unũ id quod eſt, & unum quidem ſeiungit ab eo quod eſt, vt ſit eo quod eſt ſuperius. Vnũ autem quod eſt, primum quidem oſtendit quod eſt vnum, per participatione vnius: deinceps autem id quod ſegregatur, & multiplicatur per diuerſitatẽ. Melius autem fortaſſe fuerit cauſa præparationis ad intelligendas P L A: ſententias*

tias, adſcribere quæ ab ipſo dicta ſunt in ſophiſta. Quid autem an non ij, qui vnum vniuerſum eſſe dicunt, ſunt pro viribus rogandi, quid nam dicunt unum quod eſt. Quid ni? Hoc ergo reſpondeant. Vnum vtique ſolum eſſe dicitis. Dicimus enim inquient, non ne? Certe. Quid autem, id quod eſt, vocatis ne aliquid? Maxime. Vtrum vnum quod eſt duobus ſimul vtentes nominibus, vel quomodo? Quid nam ergo poſt hæc ab eis, o, hoſpes reſpõdebit? Clarum eſt, o, Theætete, quod ei, qui hanc poſuerit poſitionem, ad id, quod nũc rogatum eſt, & ad quodcunq; aliud nõ eſt oĩum reſpondere facillime. Quomodo? Fateri duo eſſe nomina, qui nihil præter vnum poſuerit, eſt vtique ridiculum. Quidni? Et omnino admittere eum, qui dicat eſſe aliquid nomen quod rationẽ non habeat. Qua nam ratione? Qui nomen à re diuerſum, quædam utiq; duo dicit. Maxime. At qui ſi idem ipſi nomen impoſitum fuerit, nullius nomen cogetur dicere. Sin autem alicuius ipſum eſſe dixerit, eueniet, vt nomen ſit ſolum nomen nominis, nullius autem alterius. Ita eſt. Et vnum quidem vnius vnum eſſe ſolum, et hoc ipſum eſſe vnum. Neceſſe eſt; Quid vero totum: aliunde ne eſſe dicent ab eo, quod eſt vnum, an dicent idem eſſe, quod ipſum? Quid ni? Dicent, & dicunt. Quid ergo ſi totum eſt vt dicit Parmenides?

Vndiq; tornati moli eſt quod perſimile orbis,

A'me-

A'medioq; æquum est omnino, quo neque maius, Nec minus, ex ulla parte hoc existere possit, Hoc vel illo modo cum tale sit id, quod est habet medium & extrema. Hæc autem cum habeat, partes omnino habeat necesse est, vel quomodo est? Ita est. At qui quod diuisum quidem est, nihil vetat quo minus habet affectionem vnius in omnibus partibus. & hac ratione, & vniuersum quod est; & totum unum sit. Quid ni? Id autem, cui hæc euenerunt, nunquid fieri non potest, ut id sit ipsum unum? Quomodo? Omnium omnino partium expers dici oportet, quod verè vnum est, ex recta ratione. hæc PLA. referente simplicio. Ex his ac multis aliis PLA. verbis quæ omnia adducere nimis longum esset, cõcludit Simp. vnum esse prius ente. Et in eodem li. ex sententia PLA. & Phytagoricorum ac cuiusdã Moderati, ita inquit. Hanc autem de materia sententiam primi quidem ex græcis uidentur habuisse Phytagorici. Post illos autem PLA. vt refert Moderatus, is autem ex sententia Phytagoreorum primum quidem unum esse pronunciat super id, quod est esse, & supra quam vis substantiam. Secundum autem vnum, quod est id quod vere est, & percipitur intelligentia, formas seu ideas esse dicit. Tertium autẽ, quod est animal, esse particeps unius, & formarum. Postremam autem ab eo naturam, quæ est sensilium, ne esse quidem illarum participem, vel ornatum esse

primo phi. c. t.c. 70.

per

per illorum repræsentationem, cum quæ est in eis materia sit adumbratio illius, quod non est, quod est primum in quantitate, & quæ ab ea quoque magis infra descendit. hæc ille. Præterea id quod est, probat supra in eodem lib. differe ab vno ex definitione ipsius, quod est, & vnius & inquit. Si unum est id, quod est, non habet magnitudinem, quando non diuiditur. Si autem diuiditur, vt cernitur in deffinitione, non est vnum. hæc ille. Simplicius tum de mente Pythagoreorum, PLA. ac Moderati substinet vnum esse prius ente. Modo super est vt videamus quomodo hæc conuertantur, ac se se adinuicem consequantur. t.c.30.

QVOMODO ENS ET unum se adinuicem conuertantur.

PLA. *in Parm. ita inquit. Quid autē, num hæ partes unius entis scilicet vnum & ens, ita se inuicem deserunt, vt ipsi enti vnum, & ipsi vni ens desit? Non certe. Igitur vtraque pars, & vnum simul, & ens complectitur, adeo vt pars qualibet ex duabus saltim particulis constituatur: & secundum eandem rationē quacunque particula occurrit, vtraque semper in ea claudatur. Etenim vnum semper ens, & ens vnum mutuis nexibus amplectitur hæc ille. Sed si*

si diceret iunior, si ens & vnum se inuicem consequuntur, quomodo vnum prius ente? Cui facile respondemus: nam si ens, & vnum transcendenter contemplentur se adinuicem consequentur, at si ens & vnum spectentur, non pro intentione, sed pro re substracta intentioni, cui primo scilicet congruat nomen vnius, & nomen entis, non se adinuicem consequuntur, immo vnum prius est eo, quod est. Et sic hæc difficultas de medio tollitur.

ALTERA DIFFICVLTAS in Illustrissimum Dominum Ioan. Picum.

V*Olens Dominus Ioan. Picus in cap. 4. declarare quomodo vnū secundū PLA. præcedat ens, inquit. Nomina quædam sunt concreta, quædam verò abstracta, concreta ideo dicuntur, quæ licet solam qualitatem significant, vt abstracta, quia tamen connotant propria sua subiecta, ideo appellātur concreta, sicut calidum, frigidum, album, homo. Abstracta verò sunt caliditas, lux, albedo, humanitas: Hæc vero concreta ideo dicūtur, calidum, lucidū &c. quia ex se talia non sunt, sed caliditate participant, luce, albedine, humanitate. At abstracta, vtpote lucem non dicimus luminosam, aut albedinem albam, nec humanitatem humanam, cū*

hæc

hæc se ipsa talia sint. Cum ergo ens concreti nomen sit, eiusq; abstractū sit entitas, vnde à Deo ideo negamus ipsum entis nomen, non quod nihil sit, sed ne compositionem Deo, qui omnino simplicissi.est, attribuamus. Ob id Deum ens, esse nō dicimus, sed vnum, sicque unum præcedit ens. At ratio hæc pugnare contra auctorem suum (pace tanti viri dixerim) videtur. Nam sicuti abstractum entis, entitas est, sic abstractum vnius, vnitas est, vnde sicuti Deo ens attribui non potest, quia concreti nomen est, sic eidem dare eadem ratione nomen vnius non poterimus, sicq; vnum non præcederet, quod est contra Academicos, & contra id, quod nitebatur probare auctor.

QVARE PLA. VNVM ESse prius ente dixerit.

M*Odo ut videamus necesse est, quare PLA. vnū esse prius ente dixerit, q͞d facile eius mentē accipiemus, si quæ principio dixerit in Parmedine, diligenter animaduertamus. Cœpit enim disputare de mente Zenonis, ac Parme. eo, quod in poemitatibus suis dixerat, omne quod est, vnum esse. Hoc verò vnum non nisi Deum esse. Qui ideo ens præcedit, quia ens finitum quoddam est, principioq; minime caret. Nam sicuti numeri ab unitate nascuntur,*

non

t. c. 4. *non secus ens. Huius vero rei veritas etiam non latuit ARI. qui. 6. met. diuidens ens inquantũ ens in per accidens & per se, subdiuisit ens per se in decem genera, quod vero clauditur in aliquo decem generum, quoddam finitum est, quod à Dei infinitate distat. Prius ergo erit vnum, quam ens, id est, prius est Deus Opt. Max. quã ens quod decẽ generibus cõtinetur. Platonici etiã non modo unum prius ente opinati sunt, sed etiam bonum, & ideo duo hæc nomina Deo attribuebant, vt his diuinam naturam, quo ad fieri potest, insinuaret. Hoc etiam ipsum studuit face*

t. c. 52. *re ARI. 12. met. posteaquam de substantijs egit, quasi conuersus ad Dei proprietates declarandas, vt his in eum intelligendum attollemur, posteaquam eius naturam quidditatiue intueri nõ possumus cuius rei gratia dixerat: idem A R I. primo metaph. in proem. primam phylosophiam non esse per humanam possessionem, duplex bonum exercitus & Ducis, sicuti ergo unum supra ens statuit, ita bonum supra idem ens. Nam bonum exercitus, bonum est uniuersi, bonum vero Ducis, est bonum Dei. Quacunque ab eo sunt, or dinata sunt, non autem Dux propter ordinem, sed ordo propter Ducem, probansq; illum esse vnum uerbis Home. inquit. Entia verò nolunt male disponi, nec bonum multiplicitas principatuum, unus ergo princeps.*

Qua

QVA RATIONE VNVM, AC bonum prius sit ipso ente, simplicius, ac magis, ac quare sit adeo difficile cognitu, nec non affatu.

ET ne aliquando in his, quæ diximus aliquis error contingat, cum declarauimus vnum atque bonum priora, ac comuniora ipso ente non de comunitate prædicationis, sed causalitatis locuti fuimus. Ab eo enim & cœlũ & tota natura dependet. Plotinus autem dicit, Ab illo itaque mundo vero prorsus, & vno, mũdus hic dependet, iam non verè unus, multiplex ergo in multitudinemq; diuisus, in quo aliud ab alio distans, alienumq; prouenit. Neq; amplius hic viget amicitia solum, sed propter distantiã discordia nascitur, atque in ipso defectu alia iam necessario alijs aduersantur. Non enim par ulla sibi ipsi sufficit: sed dum salutem sibi quæritat, aliũde bellum illi infert, ex quo seruatur, hæc ille. Non est mirum si istius vnius natura tam difficilis intellectu, atque affatu sit, cum nihil aliud nobis demonstret, atque declaret, quàm Deum, qui humanæ mentis captum excedit, superetque. Nõ sua ipsius natura intelligi nequit, cum actus puriss sit, cui proprie ratio intelligendi congruat, sed imbecillitate intellectus nostri, qui ea, quæ sensibus subijciuntur, iam actu facta intelligibilia

primo. decç.& mun.t. c. 100.

ope, ac munere intellectus agentis capere consueuit. Quæ uerò à materia separata sunt, minimeque sub sensu cadunt, nisi secundum suos effectus, qui cum non illis adequentur, in eorum notitiam quidditatiuam humanum intellectum deducere non possunt. Merito dicit Ploti: Quid Enne.6 li.9.c.3. *nam igitur est ipsum vnū? quāve naturā habet? Sed profectò nihil mirum est non esse id facile dictu, quippe neque ens, neque species exprimi facile possit: nempe cognitio nostra speciebus innititur. Quando uerò ad informe aliquid fertur animus, cum comprehendere nequeat, propterea quod non determinetur, neque velut figuretur vario quopiam figurante, protinus inde prolabitur, metuens ne fortè nihil ibi reportet. hæc ille. Et paulò infra in eodem docens nos qua ratione ad unum, atque bonum deuenire possimus, ita inquit. Operæprecium est in primis eum qui circa vnum phylosophaturus sit, ita se comparare: nempe cum vnum sit id quod quærimus principiumque omnium, & ipsum bonum, atque primum, merito ab his, quæ sunt circa prima, oportet non esse remotum, nec ullo modo ad omnia extrema præcipitari: sed ascendentem ad prima, seipsum ad excelsa reducere ab his, quæ sentiuntur, postremaque sunt. Expedit rursus animum adhibere omni malignitate purgatum dum ad bonum affectat accedere: præterea in principiam sibi insitū se in primis attollere, unumque*

ex-

ex multis euadere, si modo principium atque unum sit inspecturus. Oportet igitur animũ fieri tunc intellectum, idque totam animam menti committere, & in ea penitus collocare, utque quæ intellectus ipse uidet, animus ex perrectus accipiat, ipsoque intellectũ contempletur & unum. Sic tamen, & ut sensum adhibeat nullũ, nec etiã aliquid à sensu proueniẽs: sed pura dutaxat mẽte, ipsoque mentis primò purissimum contempletur. hæc ille. Et paulò inferius. Quid ipse sentiat de natura unius quantum in se est explicans ita fatur. Quamobrem quod intellectu superius est non est intellectus, sed ante intellectum erat. Intellectus est. n. aliquid entium: illud uerò non aliquid, sed uno quoque superius. hæc ille. Et quia Deum magis intelligimus per negationem, quã per affirmationẽ, cum negatiuæ propositiones de Deo dictæ sint ueræ, affirmatiuæque (ut D. Dioni: placet) sint ĩcompactæ, à negatiuis cœpit eius naturam declarare dicens. Neque est ens: nam ens velut formã ipsam entis habet. sed illud est prorsus informe, ab intelligibili etiam forma secretum. Vnius namque natura cum sit genetrix omnium, merito nullum existit illorum: igitur neque quid existit, neque quale, neque quantum. Præterea non est intellectus, non anima, non mouetur, non quiescit, non est in loco, non est in tempore: sed ipsum secundum se uniforme, immo vero informe, super omnem existens formam, su-

per motum, super statum. Hæc enim circa ens uersantur, quæ quidem ipsum multa conficiunt. Verum cur non stat saltem, si nõ mouetur? Quoniam circa ens quidem horum alterum uel utrunque uersari necesse est. Præterea quod stat, ipso uidelicet statu, stans appellatur, neque idem est penitus atque status: ideoque accidit ipsi, neque simplex ulterius permanet. Proinde exactissima ratione de Deo loquentem neque illud, neque hoc dicere fas est: sed nos uelut extrinsecus uagantes affectiones, siue passiones ibi nostras utcumque possumus interpretari conamur. Et alias quidem propius ad hoc ipsum accedimus, alias autem incerti longius ambiguitate prolabimur. hæc ille. O'uirum eximium, ac omni laude dignum, qui tam dilucide nobis naturam unius aperuit, simulque rationem demonstrauit, qua in eius notitiam deuenire possimus, ac quantum unum distet ab ente. Ideo uolui uniuersa eius uerba ferè hoc loco adducere, ut facile quisquis cognoscere ualeat, quam sint à ueritate alieni, qui non uerentur asserere PLA. dixisse vnum non esse prius, ac cõmunius ente, quod facile me iam commonstrasse opinor, cum de mente PLA. de mente Plotini qui (iudicio meo) fuit unus de melioribus PLA. interpretibus. Non solum Plotinus unius notitiam nos, quomodo adipisci possimus edocuit, uerum & Iamblicus in libello de misterijs ægyptiorum ita dicens. Non enim possumus

sumus attingere unitatem ipsam, nisi unitissimo quodã, & unitæ mentis, quæ super animæ mẽtisque proprietatem extat. Vnitas ipsa Deorum vnit sibi aĩas ab æterno per unitates earum secundum contiguitatem, tam propriam & efficacẽ, vt esse continuitas uideatur. Intellectus Diuinus dat esse animæ, per intelligere suum essentiale. Ergo esse animæ est quoddam intelligere supra Deum vnde dependet, hæc ille. Verum quia verba hæc interpretation: egent, ideo ut ea expona-mus necesse est. Dicit ergo primo. Vnitatem Deorum unire sibi animas ab æterno &c. Per deorũ unitatem non nisi Deum Opt. Max. intellexit, qui summè unus est, unitque omnia, nec nõ Deorum, id est intelligentiarum qui Dij secundi à Platone in Tim. dicti sunt. Et mihi si liceret diuina profanis miscere, dicerem. Deus stetit in sinagoga Deorum, Deus in medio eorum discernet. Et paulo infra. Ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes. ut refert sereniss. Rex, & uates Dauit. Viri enim qui ingenio uigent, & in aliqua dignitate sunt constituti, cæterisque hominibus præsunt, Dij in sacris literis appellati sunt quanto magis intelligentiæ eodem nomine gaudere possunt, quæ natura homines longe excedunt? Et forte Iamblicus, qui Aegyptiorum mysteria in eo potiss. opere conscripsit, quæ à Moyse, cæterisque scripturæ sanctæ uatibus conscripta sunt, accepit, sicut PLA. etiam fecit Euse: Cæsar: referente.

[Margin: c. primo.]

[Margin: psal. 81.]

[Margin: de præpa. eu- l]

in psal. 118. ser. 18. de doct. 10 lib. 3. c. 28. *rente. Ob id in ægyptum profectus est, vt D. Amb. ac D. Aug. retulerunt. Dixit etiam unitatem hāc unire sibi animas per unitates earum &c. Vnum autem iam exposuimus, ideo dictum est, quod vnit sibi cuncta, vt placet. D. Boe. ista uero vnio, non est per accidens, ergo per se, vel erit per contactum, vel per contiguationem &c. dicit auctor per contiguationē. Sed dices contigua sunt illa, quorum vltima sunt simul, vt placet ARI. 5. phy. at anima, & Deus vltima carent, non ergo inuicem poterunt contiguari. Mystica hac est Theologia, mysticè ergo verba ista interpretanda sunt. Quæ vero contigua sunt, se ad inuicem contingere necesse est, contactus autem multiplex est, quantitatiuus sicuti linea contingit lineam, aut corpus corpus, quidam essentialis, vt forma cōtingit materiam, quidam virtualis, ut cœlum ista inferiora lumine, quidam intellectualis, sicut intellectus intelligibili, sic animus unitur Deo, & ex his fit unum, uerū magis fit vnum per affectum, quàm per intellectum quia amor unit magis, cum trammutet magis amante in amatum, quàm intellectum in ipsum intelligibile. Sic animus unitur Deo. Intellectus Diuinus dat esse animæ per intelligere suum essentiale &c. Verba hæc dupliciter interpretari possumus: primò quidem, quia Deus intelligendo producit, & creat animas humanas, terminusq́; creationis est esse, ideo dicit Intellectum diuinum*

t. c. 22. (margin, beside "cet ARI. 5. phy.")

dat

dat esse animæ &c. quia intelligendo creat, & producit omnia. Vel intellectus diui. &c. non quidem esse natura, sed gratia. Verum quia non decet diuina profanis miscere, ideo missa isthæc faciamus. Qui vero unũ scit, oĩa scit, ut ĩquit Pla. ĩ Euthydemo. O nos felices, si huius unius notitiã nacti fuerimus. Hoc est illud vnum increatum, quod statuit. D. Boe. quod reticere non debuit Illustriss. Ioan. Picus. Quamuis vero ab hoc uno remoueamus illud entis nomen, quod creatam quandam naturam demonstrat, non tamen ab eo tollimus illud entis nomen, quod de Deo, ac rebus creatis dicitur equiuoca denominatione. Nã corruptibile, & incorruptibile plusquam genere differunt. ut. 10. met. ARI. inquit. Quod uero de Deo ens dicatur, non erit difficile demonstrare, cum secundum ARI. mentem, tum PLA. Verũ quia ARI. mens satis quidem perspicua est, ideo eam omittamus. & PLA. animum aperiamus qui. 10. de legum latione grauiter insectatur eos, qui dicunt Deo non esse, nec non illos, qui nostra minime curare opinantur, ac etiam eos, qui sacrificijs eos placare, precibusq́ flectere posse arbitrantur. Hæc dum prosequitur, ita inquit. Necesse est grauiter ferre, & odio habere illos, qui horũ sermonum auctores nobis fuerũt, & sunt, nunc sane fidem non habentes narrationibus, quas à teneris pueris dum adhuc lacte alerentur, ex nutricibus, ac matribus audiuerunt, dum uel ut in

fo. 424 cor.

t.c. 26.

cantationes, & cum luxu, & serio ab illis referrentur: ita ut etiam cum sacrificijs, ac precationibus illas audirent, & uisiones ad illas sequentes uiderent, quas pueri iucundissime peragi, & uident, & audiunt, dum idem parentes summo studio pro seipsis, & illis sacrificarent, & ipsos Deos, uelut qui maxime sint precibus ac supplicationibus alloquerentur: & tum oriente sole, & luna, tum ad occasum ijsdem uergentibus, prouolutiones, simulque adorationes, & audirent & uiderent Græcorum, & Barbarorum omnium, & in uarijs calamitatibus, & in prospero rerum successu constitutorum, qui non uelut non sint, sed uelut, qui maxime sint Dijs hoc tribuerunt, & nullam penitus suspitionem de se præbuerunt, quod Dij non sint. hæc ille. Si ergo Deus maxime est, de Deo itaque potissimum ens dicetur. Præterea secundo de Resp*u* quo ab homi-
fo. 583 ne fieri potest Dei naturam declarās ita inquit.
corn. *Est ergo Deus simplex, & uerus & in opere, & in sermone, & neque ipse transmutatur, neque alios decipit; neque per spectra, neque per sermones, neque per signorum pompas, neque per somnium. hæc ille.* Si itaque Deus nulla ratione mutatur, maxime ergo est ens, siquidem de eo potissimum prædicabitur. Insuper in Phædone, siue de anima loquens de Deo inquit. *Deus autem*
fol. 57. *arbitror, inquit socrates, & ipsa uitæ species, &*
corn. *siquid aliud immortale est apud omnes in confesso*

fesso est, quod nunquam pereat. hæc ille. si ergo Deus omnium consensu immortalis est, potissimum de eo ens prædicabitur. Ex his ergo facile colligere ualemus, quomodo unum sit prius ente scilicet creato, & eo communius, non quidẽ in ratione prædicandi, sed in ratione causandi, & quid sit illud ens, quod de Deo dicatur. Modo superest, ut difficultates, quæ huic ueritati aduersari videntur, dissoluamus, pariterq; conciliemus ARI. cum PLA.

COLLIGIT BREVIBVS DISsidii concordiam.

V*Olentes itaque hanc controuersiam de medio tollere, illud quod sæpenumero dictum est, repetere non grauabor, intentionem nostram nunquam fuisse hos, etiam in uerbis nos uelle conciliare, sed in re tantum. Vnde cum ARI. dixerit ens & vnum æqualis esse ambitus, accepit utrumque transcendenter, & hoc PLA. nõ negauit, vt ex eius uerbis in Par. demonstrauimus. Cum uero PLA. dicit: unũ esse prius ente, per unum intellexit Deum, qui v. niciss. est, & ob suam infinitatem in nullo prædicamento clauditur, & per ens intellexit verbũ, quod est primum ab eo productum, ideis plenũ, unde considerando ens, & unum sub hac ratio-*

ne non negaret ARI. unum esse prius ente.

ADDVCIT DIFFICVLTA-tes ac dissoluit.

VEnientes itaque ad difficultates, prima hac esse potest. Illud cuius omnino suum esse est sua substantia, minime fieri potest, ut entis nomine, ac prædicatione careat. Sed Dei esse est omnino sua substãtia, seu essentia, ergo nec entis nomine, nec eius prædicatione carebit. Min. est ARI. 12. met. t. c. 51. & Mai. satis de se claret.

Ad hanc diffi. d. maiorem esse falsam, sed intelligitur de illo ente, quod finitum est, ac terminatum, at Deus infinitus est, nulloq; genere clauditur, ob id illi nõ ens, sed aliquid ente nobilius attribuendum est, utpote si dicamus. Deus est super ens. Vel si uolumus concedere hãc prædicationem de Deo, dicemus illud ens quod de Deo & creaturis dicitur, æquiuocè prædicatur.

Præterea, si Ideæ uere dicuntur entia, cum illæ in Deo sint, nec ab illo distinguantur, Deus etiam ens, immo longe magis dicendus est, perperam ergo dicunt Academici, Deũ non esse ens. Antecedens concedunt omnes Acade. Quod uerò in Deo sint Ideæ, in tractatu nostro de Ideis commostrauimus, ergo &c.

Huic difficultati iam satisfactum est in tra-

ſtatu de Ideis. ubi diximus ideas triplex eſſe habere, virtuale, formale, & participatum; virtuale, ſicut caliditas in cœlo, quod lumine & motu cauſat calorem in his inferioribus, non tamẽ formaliter ſed virtualiter, & ſic Ideæ non ſortiuntur nomen entis; aliud formale, ſicut caliditas in igne, ſic Ideæ in verbo; & ſic ſortiuntur nomen entis, & non ſecus quando habent eſſe participatum, ſicut in alijs intelligentijs, in anima humana & in materia prima. ſicut caliditas in ligno, in aqua & in ferro, & his duobus modis ideæ ſunt extra Deum & ſortiuntur nomen ac naturam entis.

Præterea in vniuerſo opere meta. ARI. egit de ente in eo quod ens eſt, de eius partibus, paſſionibus, ac proprietatibus, ſed principaliſſima entis pars, Deus eſt, de quo agit in. 12. primæ phyloſophiæ, maxime ergo Deus potietur nomine, ac ratione entis. &c. Tertia

Reſpondeo quam breuiſſime ARI. agere de ente in eo quod ens eſt; quod quidẽ diuiſit in 6. illius operis, in ſubſtantiam, & accidens, & in hac diuiſione nõ comprehenſus eſt Deus, qui nullo genere continetur, nulloq; prædicamento clauditur, verum ſi ſub ente continetur, illud erit valde analogum, tollens omnino rationem generis, cum de ſubſtantia quod eſt in genere, & de cauſa ſubſtantiæ, cæterorumq; entium prædicetur, nõ ergo proprio entis nomen ſortitur. Reſpõ.

Am-

Quar. *Amplius. Deus vel est ens vel non ens, mini me nõ ens dicendum est, ergo ens, potiss. cum suũ esse sit sua substantia. Ensque cum diuidatur, ut supra habitum est, in secundum se, & secundũ accidens, sed Deus non ens secundum accidens, ergo erit ens secundum se.*

Respõ. *Cui respondemus. Illud ens, quod hac diuisione diuiditur, est ens finitum, & Deus sub hac diuisione nõ continetur, sed bene cõtinetur sub ente, qđ æquiuocè dicitur de ente creato & increato. Vnde rectius Deus dicitur super ens, quã ens.*

Insuper: ens non est nomen dicens defectum, sed excellentiam, cum ergo non sonet imperfectionem, Deo congruè attribui poterit; Antecedens
t. c. 51. *probatur. 12. per ARI. qui ibidem probat suũ intelligere esse non minus suam substantiam, quã suum esse: consequentia uerò ex his satis claret. Quia attributa, quæ Deo damus, est perfectio simpliciter de dicta Deo, & creaturis, que melior est in aliquo esse, quã non esse, cuiusmodi ens est, ergo Deus est ens.*

Respõ. *Respondeo. Ens multipliciter dicitur, tum secundum PLA. tum secundum ARI. ut supra iam satis superque declaratum est. Nam si ens capiatur, ut dicit quandam essentiam, cui esse uniri solet, adeo qui ex his unum fiat constans ex esse, & essentia, sic quoddam finitum est, & hoc est, quod diuisit ARI. 6 met. in per se, & per accidens, ac ens per se in decem genera, at quia*

Deus

Deus in genere non est, in hac entis diuisione non continetur. Ob id PLA. dicit: vnũ esse prius ente: sed si Deus entis nomine gaudere debeat, potius illum dicemus super ens, quã ens, vel ens, quia est causa entis &c.

Praeterea: de Deo uerũ erit dicere, quod sit ens, uel non ens, nam de quolibet dicitur esse, uel non esse, hoc enim inter axioma maximum ac notiss. est. nec quisquam nisi Protagoras, qui ea oĩa vera esse, q̃ quis uera esse opinaretur, asserere non dubitauit, ob id hãc notissimam propositionem, ac dignitatẽ negare non est ueritus, ut testatur ARI. 4 met. at de Deo non est dicendum, quod non sit, ergo quod sit: uere ergo Deus erit & de eo ens praedicabitur. Sexta. t. c. 19.

Dicimus sicuti milies iã dictum est, Deũ sub illa entis diuisione non contineri, cum non claudatur in genere, & ideo nec ens, nec non ens est, sed super ens: quod si interpretari uoluerimus dicere poterimus; illud est super ens, quod omni & quocunque ente perfectius est.

Verum contra responsum quis ambigere posset dicens, Deus uel est aliquid, uel nihil, non est dicendum nihil, ergo aliquid, uel ens uel nõ ens, non potest dici non ens, ergo ens, & si dicas, est super ens: daretur ergo medium inter contradictoria. Resp. contradictoria semper respicere aliquod genus, & in eodem genere respicere aliquid medium, seu dari aliquid medium inter Impugnatio. Respõ.

huius-

huiusmodi incommodum est, verum quod detur mediũ, quod in nullo genere cõtinetur, vt Deus, non est inconueniens.

7 *Verum quia incidimus in alteram difficultatem. An. s. Deus sit in genere, quia si quis posset probare Deum esse in genere, uere de eo ens diceretur. Ideo non erit ab re hanc difficultatem examinare, & prima erit. ARI. 10. met. unumquodque mẽsuratur minimo sui generis, sed Deus est minimum in genere substantiæ. ut inquit Auer. ibidem, ergo.*

Respõ. *Dico genus dupliciter accipi posse. proprie, & improprie. Proprie genus dicit naturam communem, vniuocam, finitam, ac terminatam de multis prædicabilem, quæ descendit in suas species, per differentias formales. Genus vero improprie dicit terminum communem analogum, & hoc aliquando excludit rationem generis, aliquando uero non: excludit uerò quando est analogia causæ, et causati, sicut in proposito dicimus. Et ideo proprie capiens genus. 10. met. vlt. dicit, Corruptibile, et in corruptibile differũt, plusquã genere, Vtitur ergo in proposito generis vocabulo valde improprie.*

8 *Præterea, si Deus non esset in genere, hoc potissimum esset ob sui simplicitatẽ, quia excludit omnem compositionem, sed hoc non obstat, quia albedo est in genere, & tamen simplex forma est, caretque materia, ergo propter simplicitatẽ* Greg. Ari. 1. d. 3. ar. 1.

non

non est dicendum: Deum non esse in genere.

Dicimus, licet albedo careat materia, ex qua non tamen in qua, & licet albedo excludat omnem compositionem ex his, non tamen excludit compositionem huic, cum accidens sit, ac de se & per se existere nequeat natura, licet diuina virtute possit &c. Respō.

Amplius. Boe. in lib. de trin. duo prædicamenta in diuinis esse affirmat substantiæ, & relationis; at Deus cum sit quid absolutum, in prædicamento erit substantiæ, & non relationis &c. 9

Dico: Boe. posuisse duo prædicamenta in Diuinis secundum similitudinem eorum, quæ in corruptibilibus reperiuntur: nam sicuti in istis, ea quæ per se sunt in genere, cōstituuntur in esse, per suum genus ac suam differentiam, tam in generibus absolutis, quàm respectiuis, sic Deus componeretur, quod diuinæ simplicitati repugnat ergo &c. Respō.

Insuper Dama. in lib. de duabus naturis in decimo dicit substantiam, quæ continet increatam Deitatem, & omnem creaturam genus est generalissimum. 10

Dico. Dam. satis impropriè fuisse locutum, qui satis ex suis uerbis claret. Inquit enim substātia quæ continet super substantialiter increatā Deitatem, cognoscibiliter autem & contentiue omnem creaturam generalissimum genus est. Accepit ergo & intellexit per genus generaliss. Respō.

quodcunque

quodcunque commune.

11. *Amplius. Quorum est unus conceptus uniuocus, eorum idem est genus, sed substantiarum generabiliũ, & corruptibiliũ, & Dei, est idẽ conceptus uniuocus ergo etc. maior patet, minor probatur, quia plus dictat albedo, et Deus, quam lapis et Deus, sed cũ albedinis & Dei possit esse conceptus analogus, vt pote entis, ergo Dei & lapidis poterit esse conceptus uniuocus, vt putà substantiæ &c.*

Respõ. *Dico minorẽ esse falsam, non sequitur Dei scilicet & lapidis esse conceptum uniuocum, sed analogum, cum inter analogata sub aliquo detur magna latitudo. Cum ergo tam albedo, quã lapis, ac Deus, analogentur sub ente, quanto magis ad naturam entis accedet, tanto magis participabit illius naturam &c.*

12. *Praeterea. Quorum est vna, & eadem scientia, eorum est unum, & idem genus, cum sciẽtia sit unius generis subiecti partes & passiones cõsiderans. Sed Dei, & creaturæ est vna scientia. 1. met. ut satis claret, ergo habet unum genus, ergo Deus in genere.*

Respõ. *Cui sic sasisfit. Scientia non arguit unitatem uniuocam generis, sed analogam, vt apparet in met. cuius subiectum est ens, in eo quod ens, quod non est uniuocum sed analogũ. Postea fit æquiuocatio de genere p̃dicabile ad genus scibile &c.*

13. *Cui cõuenit ratio generis, id in genere esse non repu-*

repugnat, ſed Deo conuenit ratio generis, ergo erit in genere. Ratio generis eſt quòd ſit ens per ſe, quod maxime Deo conuenit &c.

Dico mi. eſſe falſam: nō enim ſolū requiritur per ſe eſſe, ſed habere eſſe finitum, ac limitatum, uerum eſſe finitam Deo repugnat &c. Reſpō.

Inſuper, ſi Deus *differt à rebus creatis differentia eſſentiali, eſt in genere illius cuius eſt differentia, ſed Deus tali differentia differt, ergo in eo genere erit, cuius eſt talis differentia.* 14.

Huic difficultati ſatisfacit ARI. 10. met. principia prima propter eorum ſimplicitatem, ſi ab alijs differunt, hoc non eſt ratione differentiæ, ſed ſe ipſis, ſicuti homo differt ab aſino rationalitate, rationalitas uerò à quocunque non eſt ipſa, ſe ipſa differt. Reſpō.

Hæc mihi occurrunt in hac difficultate dicenda de ente ſ. & uno, quòd ſi rei ueritatem aſſecutus ſum, Deo Opt. ac Immor. gratiæ agendæ, ſi minus meæ inſcitiæ ac ignauiæ aſcribatur &c.

Libri Secundi Finis.

DE ANIMI NATVRA AC definitione ipsius.

LIBER TERTIVS.



Vm homo à natura potissimum institutus sit ueritatis amator, ac diligens inquisitor, tantò maiori studio ab eo rerum notitia perquiretur, quanto res ipsa præstantior, ac homine digna censebitur. Quod & si multa scita dignissima sint, nihil tamen ad hominis notitiã adeo spectat, sicuti animæ cognitio, ex qua & rerum diuinarum quæ supra eam sunt, & rerum humanarum quæ infra eam resident, peritia nobis emergit.

In hoc enim medio à natura sita locataq́ anima, ac utriusque naturæ particeps effecta, qui eam ritè cognouerit, & diuinarum, humanarũ que rerum notitiam assequetur. Ob id ab oracu culo dictum puto. Nosce te ipsum, quia in nobis à natura omnium rerum, ac notitiarum semina posita sunt. Qui ergo breui tempore doctus euadere studet, se ipsum ingrediatur, ac animæ notitiã assequi contendat. Non est adeo perdifficilis rerum omnium scientia, ut multi opinantur, posteaq́ in unius rei cognitione, à natura posita est.

est.studeamus itaque nos ipsos cognoscere, & potissimū eam hominis partem, quæ precipua est, utpote anima, cum ex ea quasi ex quodam fonte rerum omnium scientiæ profluant & emergant. Vnde si in alijs controuersiis sedandis, ac difficultatibus declarandis, impēsissimam operam dedimus, quāto magis in hac, quæ rerum omnium notitiam præstat, laborare debemus? Erit itaq; controuersia de animæ natura, ac eius definitione: nam ARI. dicit animā esse actum corporis phisicis organici, potentia uitam habentis. hancque communem animæ definitionem opinatur. Secūdo
PLA. uerò Animam esse numerum se ipsum de aïa
mouentem affirmauit, quam de medio tollere pri t.c. 7.
mo de anima uidetur ARI. Quanquam luci- 10. de
dißimus Themi. hanc nō fuisse sententiā PLA. leg.
sed Xenocratis, affirmauit, uniuersosq; ARI. co 1. de
natus potius contra Xenocratē, quàm PLA. di anima
riguntur, cuius sententiam si sequi uoluerimus c. 26.
hanc controuersiam facilè sedare possemus, negantes ARI. non impugnare PLA. de animæ definitione, sed Xeno. Verum quia nullam aliā assignauit PLA. licet fuerit à Xenocrate tradita, eam accepit, ac suam fuisse, ut in hoc nostro tractatu dicemus, sed si hanc ueritatem cognoscere desideramus qua ratione hac methodo in inuestiganda animæ definitione usus sit, perscrutemur, dicit enim in Phædro, siue de Pulcho. fo. 318.
Quod uerò aliud mouet, & ab alio mouetur,

quietem motus habens, quietem uitæ habet. Solum itaque id quod se ipsum mouet, utpote quod se ipsum non relinquit nunquam moueri cessat; sed etiam alijs quæ mouentur, hoc fons & principium motus est. Principium autem factum non est. ex principio enim necesse est quicquid sit fieri. Ipsum uerò ex nullo. Si enim ex aliquo fieret principium non utique ex principio fieret. Quandoquidem uerò factum non est, etiam non corrumpi ipsum necesse est.

Si enim principium perierit, neque ipsum unquam ex aliquo, neque aliud ex illo fiet, siquidē ex principio omnia fieri oportet. Sic itaque motus quidem principium est, id quod se ipsum mouet.

Hoc autem neque perire, neque fieri possibile est: aut totū cœlum, omnemq; terram collapsam stare, & nunquam rursus habere unde commota fiant, necesse est. Quum autem immortale appareat, id à se ipso mouetur, siquis hoc ipsum animæ essentiā, & rationem dicat, non pudefiet. hæc ille. Ex his quæ PLA. dixit, luce meridiana clarius elucet, rationem indagandæ animæ definitionis, quam per hoc quòd sit numerus se ipsum mouens. Sed ut euidentius id ipsum appareat, subijcienda sunt uerba PLA. subsequentia. Inquit enim. Omne enim corpus cui contingit ut extrinsecus moueatur, inanimatum est; cui ut intrinsecus ipsum ex se ipso, animatum: uelut hæc

sit

sit animæ natura. Si uerò hoc ita se habet, non esse aliud quid quod ipsum se ipsum moueat. hæc ille. Hanc uero PLA. sententiam qua ratione se ipsam moueat studiosissimo pariterque doctissimo Simp. 8. de phi. auditu declarat, dicẽs PLA. cum Phædro id quod est per se mobile ostendisset esse animam, dicit & se ipsam mouere, & alijs quæ mouentur id esse fontem & principium motus &c. Sed qua ratione se ipsam moueat, supra fusius declarauit, quòd ut ea quæ ipse declaratu rus est facilius intelligamus animaduertenda sunt quædam scita dignissima de Principio motus: alter uerus alter metaphoricus, uerus in triplici genere statuitur ab ARI. 5. phi. alteratiõis quantitatis & ubi: metaphoricus ac similitudinarius est motus intellectionis & apetitionis, hi sunt corruptiui, cũ nõ fiãt sine abiectione cõtrarij hi uero sunt motus pfectiui, ideo sunt ut ARI. testatur, suorum subiectorum salus & perfectio. PLA. itaque non distinguens inter hos motus dicit animam se ipsam moueri motu metaphorico qui est gaudere, tristari, letari, metuere, odisse, timere, consideratq; animam à corpore separatã, quæ si ea ratione contempletur, parum aut nihil à cæteris intelligentijs distabit. Et quia in illis idem est intelligens & intellectum, & intelligere uel intelligi dicit motum illum metaphoricũ, erit ergo anima sic considerata numerus se ipsum mouens, i. seipsum intelligens. Audiamus

t.c. 77. fo. 233 col. 2.

princ. motus dup.

8.phy. t.c. 44. *modo quid dicat simplicius.*

Et quod proprie quidem uelit animam esse per se mobilem, ostendit hanc esse eius definitionem, & in Phedro & adhuc apertius in libro D ia.10 *de legibus cum dicit: cui autem nomen est anima, cuius natura sit eius ratio, habemus ne aliã præter eam, quæ nunc dicta est, substantiam; uidelicet, quæ potest ipsa se ipsam mouere, cui est nomen quod quidem omnes appellamus animam? Quod aũt propterea ꝙ anima sit per se mobilis, uult etiam animal esse per se mobile, hoc quoq; significauit dicens in Phædro. Quod uis enim corpus cui usu uenit quidem ut extrinsecus moueatur, est inanimatum: cui autem intrinsecus ipsi ex se ipso, est animatum. Vt pote quod hæc sit natura animæ, quæ scilicet seipsam moueat, & facit id quod est particeps uideri per se mobile. Quamobrem argumentum animæ per se mobilitatis sumpsit animalis per se mobilitatem. illam autem huius esse causam statuit. Fuit ergo differentia, quoniam PLA. quidem omnem qualemcunque mutationem fatetur motum & agentem & passibilem. Et in Timeo quidem dicit. Anima quæ per se tota mouetur. In decimo autem de* 10. de leg. motus animæ *legibus. Ducit quidem anima quæcunque sunt in cœlo, terra, & mari, suis motibus quibus sunt nomina: uelle, curam gerere, considerare, consultare: recte opinari & falso: gaudens: affecta tristitia, confidens: metuens: odio habens: diligens:*

&

& qui sunt his affines motus primarij. ARI. autem cum naturales solas mutationes censet motus esse uocandas, existimat animam agere seu operari, non moueri. hæc ille. Collige ex his eos motus quos ARI. in 5. de phy. auditu, vtpote auctionem, diminutionem, alterationem & secundum locum mutationem anumerauit tam ipse quam PLA. anima remouissent, sed eos motus quos PLA. in animam statuit ab ea ARI. non remoueret. Quandoquidem secundo ethi. li. cum tria esse quæ in anima fiant, affectum, potẽtiã, & habitum, hos motus in animam statuat. Inquit enim affectus quidem uoco, cupiditatem, iram, metum, audaciam, lætitiam, amorem, odium, desiderium, æmulationem, materiam, & uniuersaliter illa quæ uoluptas aut molestia sequitur: hæc ille. Tota ergo hæc disputatio inter hos egregios Phylosophos uerbalis erit, in re autem hos conuenire uidemus. Et sicuti à nobis sepenumero dictum est, non intendimus, in uerbis conciliare eos, sed in re tantum: in uerbis enim eos conuenire impossibile est. Huius etiã sentẽtia fuisse Doctiss. Simp. in eodem loco satis constat. Inquit enim. Quare non de re nunc, sed de nomine est Philosophis inter se dissensio, sicut etiã in multis alijs. Sæpenumero autem, ut arbitror, causa est quod ARI quidem uelit seruare receptum usum nominum, & argumentarij ex his quæ sunt euidentia sensui: PLA. autem ea qui- c. 5.

dem sæpe negligebat, ad contemplationis autem quæ in intelligantiam cadunt, facile excurrat & extollatur hæc ille. Sed perurgebis adhuc, quo
Dub. *modo possunt hi adinuicem conuenire in re, nam ARI. 3. de phy. auditu motus est, inquit: actus*
t.c. 6. *entis in potentia secundum quod in potentia, & hanc esse motus naturam dixit: nihil ergo poterit se ipsum mouere, nisi in duas partes diuidi, secariq́; poterit, at cum animæ natura insectilis sit, duasq́; istas partes, quarum altera per se mouens sit, atque altera per se mota, inuenire non possumus; quomodo uel metaphorice eā se ipsam*
Respō. *mouere statuere poterimus? Huic difficultati sic respondendum puto. Dicimus animam substantiam quidem simplicem, non tamen ut Deus est, & ut intelligentiæ, constat enim ex intellectu agente & possibili. In omni enim natura vt dicit*
Tertio de aïa t.c. 17. *ARI. est unum quod est omnia fieri; est unum quod est omnia facere. An uerò hæ duæ animæ partes sunt substātiæ, ut opinatur Auer. uel duæ potentiæ, ut cōmunis schola latinorū statuit, uel eadē simplex anima, quatenus in corpus uergit ut possibilis uocitetur, uel quatenus ad se reuertitur, et sic agēs dicatur, ut inquit Simp. ob tp̄is angustiam, & ne in īmensum sermo iste protrahetur, non audeo desinire, sat mihi erit ARI. dixisse in rebus abstractis idem esse intelligens & intellectum, quòd idem est dicere, idem est mouens & motum, loquendo de motu metaphorico. Cum*

uerè

uerò A R I. definiat motum, loquitur de motu uero. Sed ut res hæc omnino perspicua & clara reddatur, animaduertendum est, cum nos dicimus animam se ipsam mouere, non diuidimus, neque in duas partes eam secamus, sicuti facere consueuimus, cum de corpore animato loquimur Sed dicimus, animam seipsam moueri, sicuti ignem seipso calere, niuem se ipsa frigescere, & mel seipso dulce. Nam si cætera calida esse dicātur, aut frigida, aut dulcia, participatione talia sunt. De igne enim dicit A R I. 2. met. Vnum quodque uerò maximè ipsum aliorum dicitur, t.c. 4. *secundum quod etiam alijs inest uniuocatio, puta ignis calidiss. hæc ille. Et quod ipse dixit de igne, & ligno supercalefacto, hoc ipsū de frigiditate respectu niuis ac manus. & de dulcedine respectu melis et mulsi. Satis autem, ut opinor, perspicue declarauimus animam se ipsam mouere Aristotelēq; P L A. in re non discrepare, licet forte in uerbis disideāt. Reliquū modo est, ut quo modo numerus sit, declaremus. Sed illud in ratione philosophādi P L A summopere considerādum est, naturæ secreta uel semper, uel frequenter rebus mathematicis occultare consueuit, ne plebeis ac vulgaribus cōmitterentur ac ludibrio fierent, sed seruata rerū maiestate ac dignitate, studiosis solum inotescerent, & is potissime qui in rebus mathematicis egregiè essent initiati. Ob in Timeo ubi præcipue rerum physicarum naturas*

rima-

rimatur Timeum in Pithagoricis disciplinis uirum eruditissimum loquẽtem inducit, qui & numeris & figuris geometricis fere omnes naturas declarat. Verum ne quid dicimus nostrum esse cõmẽtũ quis opinetur, prodeat in mediũ doctiss. Simp. & hanc ueritatem nobis aperiat. Primo de anima ita fatur. Cum ex mathematicis obscu
Par. 45 *re consueuerint Pitagorei, quæ ad excelsa illa, atque ad animam, & ad naturalia pertinent considerare, & PLA. quoque Pythagoreum hominem Timeum agens, ut simplicibus corporibus quinque ascribit solidas recte lineas figuras, ita in substantia animæ uniuersi ex rectis atque in circulum deflexis lineis indicat. hæc ille. Ex his ergo colligere ualemus, quæ PLA. dixit in definitione animæ, tam aliarum rerũ naturaliũ numeris ac figuris mathematicis eum cuncta inuoluisse; cum ut hi qui in his disciplinis erant uersati, naturas rerum physicarum melius possent memoria commendare, tum ut ignari qui temere & absque rerum delectu naturæ secreta uolunt rimari, intelligere nequirent.*

Iccirco factum est, ut PLA. noster, agens personam Timei, animæ definitionẽ aggressus pytagoricè numeris, ac figuris, eam apperuit. Idq; non temere ac fortuitu, nam præter eas quas supra assignauimus causas, hanc etiam adijcere decreuimus. Nempe mathematicæ disciplinæ partim sunt abstractæ, partim uerò materiæ immersæ,

ſa, unde qui à phyſicarum rerum contemplatione ad diuinã conſcendere deſiderat, rebus mathematicis quaſi quibuſdam gradibus uti debet. Quod uerò de rebus mathematicis diximus hoc ipſum de anima humana aſſerere poſſumus, cum etiam illa partim abſtracta, partim imerſa ſit: ob id ſcientiam de anima lucidiſſ. Themiſtius ac Doctiſſ. ſimplicius mediam eſſe affirmarunt, ac à diſciplinis mathematicis ſimilitudine accepta eam ſcientiam mathematicam dixerunt. At forte per urgebis, cum rerum definitiones per eſſentialia & propria aſſignari debeāt, ac non per extranea, ut res mathematicæ ſunt, quæ omnino à rebus naturalibus ſunt alienæ. Per extranea enim definire ac quibuſdam ſimilitudinibus potius ad Rethorem ſpectat, quàm ad phyſicum. Huic difficultati ita ſatisfaciendum eſt. Nam ſi PLA. noſter in hoc culpandus eſt, non minus id ipſum Ariſtoteli uitio uertendum eſt, nam dum naturam intellectus poſſibilis declarare niteretur, à præceptoris ſui PLA. inſtituto minime diſcedens 3. de anima dicit: & bene iam dicentes ſunt animam eſſe locum ſpecierum: uerum non tota, ſed intellectiua, neque actu ſed potentia ſpecies. Vnde Auer. animaduertens hanc definitionem eſſe non ex proprijs, contra præcepta ipſius, ut ARI. à calumnijs tueretur, dixit. Et fecit hoc, ne aliquis intelligat ex hac deſcriptione, quod genus acceptum in ea ſit genus

Dub.

Reſpō.

t.c.6.

*nus uerum, non rethoricum: sed cogitur homo ta-
libus rebus, quæ non intelliguntur nisi per consi-
militudinem, ut notificet ea per talia genera rhe
torica. hæc ille. Si ergo in rebus difficillimis li-
cet definire per genera rethorica, quid difficilius
intellectu inueniri potest, quam animæ natura.*

Impu. *Sed forte dicet quis. ARI. non est culpandus,
quia rem physicam definiens, exemplo physico
usus est, sed PLA. ad res mathematicas se con-
uertit, quæ à rebus naturalibus longè distant.
Verum quod isti dicunt locum haberet, nisi*

Respõ. *ARI. imitatus Platonem præceptorem suum in
eundem errorem (si tamen error dicendus
est, quod summo studio ac industria fit) incidis-
set. Qui ita obloquuntur in PLA. dicant mihi*

8. de anima t. c. 10. *obsecro, si ARI. declaraturus actionem intelle-
ctus possibilis, quæ essentiam & quiditatem rei
physicæ intelligit, eam non ne lineæ rectę assimi-
lauit? & actionem, quà esse illius cognoscimus nō
ne lineæ circunflexæ? similem esse dixit linea re
cta & circunflexa, non ne sunt entia mathema
ticalia? Sed si uolumus rem hanc clariorem red
dere, legamus eundem, qui tandem ueritate coa*

t. c. 47. *ctus in sententiam præceptoris sui uenit. Nam 1.
de anima, posteaquam animam non esse magni-
tudinem uel circularem uel triangularem com
probauit, intellectum non esse continuum, sed si
qua ratione eum dicimus esse continuum, erit
non secus ac intellectus, cum intelligibili copulan
tur*

tur ac ferruminantur declarauit, at ista non cõtinua, sed consequenter se habentia sunt, intellectus itaque (inquit) non continua magnitudo erit, sed sicuti numerus. Ecce (Clemētiss. Princ.) quam dilucide etiam ARI. animam esse numerum statuit. Præterea animam esse formam potius quam materiam, ambo definierunt, & quid de formis dicit ARI. 8. met.? Formæ sunt sicuti numeri, anima humana forma est, ut ambo decreuerunt; anima ergo erit numerus. Satis itaq; ut opinor, utrãque animæ definitionis particulã à PLA. positam, quòd scilicet numerus & quòd se ipsum moueat dilucidauimus. Modo super ẽ, ut quis sit iste numerus aperiamus. At hic non est omittenda ea distinctio ARI. 4. de phy. auditu. Numerus enim (inquit) est, aut quo numeratur: aut numerabile. Numerus quo numeramus duo, tria, quatuor, quinque, & hoc in infinitum, quia his numeramus duos homines, duos equos, duo ligna, &c. & tres homines, tres equos, & tria ligna, & ita dicendum est de alijs numeris. Numerus numeratus sunt res ipsæ numeratæ, ve pote tres homines, tres equi & huiusmodi. t.c. 10. t.c: 131

Verum bipartitæ huic diuisioni uiri eruditiss. alium numerum super addiderunt, quem numerum numerantem appellarunt. Quorum sententia Peripateticis, nec nõ Achademicis assertionibus minime aduersatur. ARI. 4. de phy. auditu eodẽ in loco ubi quærit, an tempus sit in anima t.c. 131.

an extra animam, dicit pro suo materiali extra animam esse, uerum pro suo formali in anima. In motu enim primi mobilis, quod est materiale temporis, animus hoc moueri prius distinguit ab hoc moueri posterius & ut sic facit numerum in continuo obiectiuè, & in animo subiectiuè, uel quando hoc mutatum esse prius concipit distinctum ab hoc mutato esse posterius, idem facit, ideo anima numerus numerans nuncupatur. Sed rogabis, quomodo anima humana dici potest numerus? Deum vnum cogita, qui etiam unitas dici potest, cum omni prorsus compositione ac multiplicitate careat, ideo fons unitatis Deus, fons multitudinis Angelus, fons motionis anima. Deus per se ipsum unitas. Angelus Dei munere, unus ex se uero multiplex. Anima diuina quidem ope una, quia sub Dei umbra multiplex, hoc est dictu esse sub illa diuina membra, quia anima unà cum intelligentijs ab illa Dei unitate cadunt, postremo se ipsa mobilis est. Dicimus itaque animam numerum, ut ad rem tandem ueniamus, quia in ea multa inueniuntur partes, ut iam dictum est. Cõstat enim ex agente & possibili, uel tãquam partes essentiales, uel tã quam partes potestatiuè, uel tanquam partes habitudinales (cogor enim communioribus phylosophorum sermonibus, ac distinctionibus uti. ut facilius animum meum exponam.) Verum quia PLA. animam n[illegible] quemcunque numerum statuit,

tuit, sed armonicum, ob id uidendũ est, quid per huiusmodi numerũ intelligat. statuit etiam eam componi ex figuris quibusdam rectilineis, ac circularibus: ideo laborandum est, quod sibi uelit per has figuras. Sed ne in grauem aliquem errorem incidamus, diligenter considerandum est, animam non constare ex his tamquam ex substantialibus partibus; nam ipsa ad genus substantiæ spectat, numeri uerò ad genus quantitatis discretæ, figuræ illæ ad quartam speciem quãtitatis, cum sint qualitates in quantitate, sed ut sepenumero à nobis iam dictum est, PLAT. pythagorei hominis personam iam agẽs, naturã animæ, ut studiosi facilius possent memoriæ commendare, his armonicis numeris ac figuris quasi pennicillo depinxit, & ut ignaros tanquam rerum physicarum indignos animæ naturã his numeris ac figuris occultauit, ut eos ab academia sua tanquam ignarum fucus omnino arceret. Ob id cum in PLA. nostro animam legimus ex numeris constare ac figuris, intelligamus hoc secundum misticam illam academicorum philosophiam esse auspicandnm.


Sed antequam rem hanc per difficilem aggrediamur, adagium illud memoriæ commendandum censeo. Cum enim de re ardua ueteres loquerentur, dicere consueuerunt. Hoc numeris Platonicis difficilius est. Et ne quispiam me nouas ac comentitias in numeris Platonicis interpratationes Adagiũ de numeris Platonicis.

*p̃tationes allaturũ putet. nõ enim ſum tãti ut ui
ris eruditiſſ. qui in utraq; phyloſophia ſunt exer
citatiſſ. me ipſum ualeam comparare, ideo alio
rum ſolum ſententias recitabo, poſtremo ponam
ſententiam meam ex puriſſ. PLA. uerbis ſele
ctam, poſtea rogabo omnes utriuſque philoſophiæ
ſtudioſos, ut odio & amore depoſito, dijudicent
quis noſtrum ueritatem ſit aſſecutus.*

*Sed ut ad rem ipſam aliquando accedamus
altius ordiendum eſt. PLA. de natura in Tim.
diſputans, deque rerum naturalium generatio-
ne poſteaquam de ſpherarum productione ſer-
monem clauſit, de anima mundi ſermonem ag-
greſſus eſt, ac omnia quæ de anima mundi dixit
PLA. tam Platonici quam peripatetici, de ani*
fo.578 *ma humana eum dixiſſe opinantur. Sed iam lo
quentem PLAT. audiamus. Cum hæc igitur
Deus ille qui ſemper eſt, de aliquando futuro
Deo cogitaret leuem eum effecit, equalemq;, &
à medio ad ſummum undiq; parem, corpusq; ex
corporibus totis & perfectis, totum atque perfe-
ctum. Animam autem in eius medio collocauit
perque totum tetendit, atque ea corpus ipſum
etiam extrinſecus circum texit, mundumq; hũc
unum & ſolum, ſolitariumq; & circularem uo
lui in circulum ſtatuit. hæc ille. Ad huc ad rem
quam deſideramus non peruenimus. Sed hæc
pauca uolui recenſere, ut de anima mundi Pla-
tonem locutum fuiſſe cognoſceretis. Paulò uerò
infra*

infra accedens ad substantiam animæ declarandam, ita inquit. Ex ea substantia quæ indiuidua & semper eadem similisq; est, & ex ea rursus quæ circa corpora diuidua fit, tertiam substantiæ speciem commiscuit, mediam quæ sursum esset natura ipsius eiusdem, & naturæ ipsius alterius particeps, eaq; per hæc mediam constituit inter indiuiduam substantiam, & eam quæ circa corpus diuiditur. Hæc ille. Duo cōcurrere ad animæ structuræ institutionem statuit PLA. indiuiduam, atque diuiduam substantiam. Ex indiuidua quidem substantia animam constare dicimus si humanæ animæ substantiam ac naturam contemplemur, quæ in se indiuisibilis, si uerò pro ut uergit in corpus ac cæteris uitis communicat, materiam quandam contrahere, ac diuisibilitatis rationem uidetur. Vel est indiuidua quo ad suam substantiam, uel est diuidua quò ad suas uires & potentias, est indiuidua respectu formarum è gremio materiæ eductarum, sed erit diuidua respectu Dei & intelligentiarum. Ex his satis, ut opinor, constat quomodo anima indiuidua ac diuidua nuncupatur, ac qua ratione in se numerum contineat. Verum quomodo numeris ac proportionibus musicalibus constat hic laborandum est, quod minime capere poterimus, nisi ex PLA. quō ex diuidua atque indiuidua substantia aīa constat, intelligamus. Fuit autem talis una partitio. Vnum principio fol.578

accepit ex uniuerso portionem. Secundam autẽ primæ partis duplam. Deinde tertiam, quæ secũdæ sesquialtera esset primæ tripla. Postea quartam, secundæ duplam. Quintam deinceps, tertiæ triplam. Sextã primæ, octuplam. Postremo septimam, quæ partibus sex & uiginti primam excederet. Post hæc dupla, & tripla interualla repleuit, partes rursus ex toto desecans; quas interuallis ita locauit, ut bina essent in singulis media, siue ut ita dixerim medietates, quarum una eadem parte excedit alterum extremorum eadem ab altero superatur. Altera medietas pari numero extremum unum superat, pari superatur ab altero. Cum uero sesquialtera interualla, sexquitertia, & sexquioctaua sumpsisset, ex his nexibus in primis spatijs, sexquioctauo interuallo, sexquitertia omnia explebat, particula singulorum relicta. Huius autem particulæ interuallo assumpto ea inde habebatur numeri ãd numerum in terminis comparatio, quæ est inter ducentos quinquaginta sex, & ducentos quadraginta tres. Iam uero commixtum illud unde ista se cernebat totum huiusmodi partium sectione consumptum erat. Tunc seriem hãc uniuersam in longum secuit, & ex una duas fecit, mediãq; mediæ in speciem. X. Grecæ literæ accõmodauit hæc ille. Verum ut hos armonicos numeros melius intelligamus his figuris describemus.




Doctiss. Ficinus qui nobis Platonem latinũ fecit, præter Plotinum D. Dionisium Ariopagitam Athenarum Antistitem ac gloriosiss. martyrem, Mercurium trismegistum, Proclum ac alios quos numerare longum esset, cui cum propter hæc tam propter innumera alia eius egregia opera latini plurimum debent, in commentario super Timeum, omisso quod ipse dixit de inuentione musicalium numerorum, & quomodo Pythagoras & malleorum ictibus, hos numeros adinuenit, accedens in sequenti cap: ad primam harum figurarum interpretationem accedens ĩquit. Deus aĩam mũdi procreaturus, eã ex indiuidua atque diuidua conflauit essentia. Prima hæc apud Platonem diuisio in essentiam scilicet & indiuisibilem proprietatem, atque diuisibilem, est communissima. Nam quod indiuiduũ Exempla figurarũ c.31. c.32.

 dicit,

dicit, continet in se quod neque secundum locum secatur in partē extra partem, neque secundum tempus à priori diffluit in posterius. Per primū quidem appellatur idem per secundum status & stabile. Similiter quod diuiduum nuncupatur, in se ipso complectitur, & quod loco diffunditur, & quod tempore labitur. Per primum quidē appellatur alterū, per secundū motus & mobile: motus inquā in naturalibus. Quapp illa subdiuisione qua dicebat aīam ex essentia īdiuidua & diuidua glomerari, quiq; rerum genera quodammodo continentur, essentia idem, alterum, status, motus. Plato uerò breuitatis causa non replicat quinque sed tria. Repetit enim essentiam, idem, alterum, quasi sufficiāt. Nam ad idem quidem sequitur status, ad alterum uerò motus. Atque uicissim ad statum sequitur idem ad motum similiter alterum. Inquit autem Deū ex essentia, & idem; & altero unam conflauisse naturam, tam exacta commixtione, ut in essentia eius ubiq; idem inesset & alterum, atque uicissim in ipso eius eodem inesset, & alterum, et essentia, rursus in ipso eius altero & essentia lateret & idem. Nam essentia per idem habet, ut & secum ipsa aliisq; congruat: per alterum, & quodammodo in se distinguitur, & multo magis à cæteris. Idem uero & alterum ambo ut existant ab essentia sortiuntur. Sed idem à se ipso conuenientiam possidet ab altero differentiam.

Ipsum

Ipsum uero alterum à se quidem differentiam, sed ab eodem congruitatem simul & ordinem. Horum uero congeriem generum PLA. conducere putat animam ad res omnes, tum in dicandas tum et peragendas. Nempe, quoniam ex essentia cōstat quod sit unumquodque diffinit: quia ex eodem cognoscit quid sit simplex, & si compositum qua unione coniunctum, & quomodo se cum ipso alijsq; consentiat: quia ex altero, quid sit diuersitatis in quolibet, & qua conditione uel in se digeratur, uel secernatur à cæteris, quoniā ex statu quale & quo pacto, quod uis in se ipso permaneat: quia ex motu constat, à quali res quæque, & quali ratione dependeat, item qualia & quomodo faciat. Præterea dat esse rebus: per idem, res sibi coniungit & alijs: per alterum uero, seiungit: per statum in natura propria confirmat, & ordine: per motū mouet, & efficit ut moueantur, & agant. Quamobrem nō immerito Plato in anima fabricanda, rerum omnium genera certa quadam ratione commiscet. hæc ille. Verum anteaquam ad interpretationem musicalium numerorum accedamus, figuram hanc describendam utilem censeo.



Et si hac doct. Ficini de numeris platonicis i terpratatio eruditissima sit, uerum peripatetica disciplina aduersatur. Et quia in conciliando hos duos phylosophos laborem hūc assumpsimus, non possumus huius uiri expositionem tueri, potissimum ex ea parte qua dixit hos numeros animæ deseruire in rerum cognitione, nam per essentiā dixit animam cognoscere unumquodque, & cognoscit quid simplex, & ita dicendum de singulis quoque numeris &c. & conludens animam commixtam ex his omnibus ut omnia cognoscat. Hæc uero ARI. sententiæ adeo aduersantur ut omnino tueri non possint. Non enim differunt ab Emp. doctrina. Dixerat enim animam ex omnibus constare, ut omnia oognoscere t, cuius opinionem ARI. 3. de anima confutauit, dicens. Intus existens prohibet extraneum & obstruet. t. c. 4. *Quam uerò efficax hæc ratio sitnon ostendo, quia cum uiris eruditiss. & exercitatiss.*

res

res mecum est. Super est ut medo uideamus quã interpretationem his numeris musicalibus dederit. Sed eas proportiones memoria repetendas, & duplas & triplas & huiusmodi censeo, ut facijus earum intelligentiam capiamus. Dicit itaque. Prima itaque portio quam accepit Deus ex ipso genere, ut ita loquar, fermento ad animam effingendam est unitas. Secũda binarius, primæ duplus. Tertia uero ternarius, cuius ratio tripla est primæ, hoc est unitatis, sexquialtera uero secũdæ. i. binarij. Quarta portio, quaternarius duplus secundæ. i. binarij. Quinta nouenarius cuius tripla ratio tertiæ, i. ternarij. Sexta octenarius cuius octupla ad primam. i. unitatem proportio. Septima uiginti septem, ratio quidem ad nouenarium tripla, unitatem uerò excedens atque uiginti. In his utique numeris rationes omnes comprahendit harmonicas, hæc ille. Hucusq; nihil aliud uir iste doctiss. nobis declarauit, nisi proportionem horum numerorum s. quomodo inter hos numeros sit proportio dupla, uel sexquialtera uel sexquioctaua. Verum quod hæ proportiones mistice in anima demonstrent iam ab eo audiamus. In his itaque numeris rationes omnes comprahendit harmonicas. Nam in sexquioctaua intra nouem & octo proportione, progenuit tonum Musis nouem obtemperantem. In sesquialtera inter tria & duo Diapente, gratiam uocis quintæ Veneream. In sequentia inter qua-

tuor & tria Diatessaron Mercurialem uocis quartæ naturam, se se consonantijs accommodantem. In dupla inter duo & unum, item inter quatuor & duo; rursus inter octo & quatuor, Diapason, id est, uniuersam & absolutam uocis melodiam Apollini dedicatam. In tripla inter tria & vnum, item nouem inter tria, rursus viginti septem atque nouem. Diapason Diapente, id est octauæ simul & quintæ Iouialem composuit Simphoniam. In quadrupla inter quatuor & vnum, & octo atque duo simphoniam contexuit. Diapason, iterum per sonos quindecim Apollini concinentem. Venustatem vero, tũ vocis tertiæ principijs inseruit: Diatesseron, tum uocis sextæ, finibus subnexuit Diapente: vt delicatori vocis vtriusq; mollitiæ, hinc quidem secũdæ vocis, inde vero septimæ asperitas leniretur. Ita enim tertia vox & sexta sunt mollitiæ similes, sicut secunda cadens à prima, item septima degenerans ab octaua, sunt asperitate persimiles. Principio vbi Deum ait accepisse portiones septem misterium tetigit, tum in musica, tum etiam in natura. In musica quidem, quoniam ad septimum usque gradum omnis vocum progreditur discrepantia: post quem fit ad eadem reuolutio. In natura vero, tum quia muta per septennarium in naturalibus transiguntur, qua de re cæteri Platonici satis multa dixerunt: tum quia septenarius unitatem habet vt copula

geminæ

geminæ trinitatis: atque ex his geminis, & se ipsa rursus explicat trinitatem. hæc ille. Multa quidem alia de his numeris armonicis quæ per singula recensere breuitatis causa non audeo. Plotinus uero optimus Platonis interpres longe aliter sensit. Inquit enim. Quod igitur in Timæo dicitur, animam essentia quadam indiuidua, & quadam circa corpora diuisibili esse cõpositam, idem est ac si diceretur, animam essentia quadam constare, partim quidem apud superos permanẽte, partim uerò ad inferiora vergente, quæ quidem simul & inde pendeat, & se interim ad hæc vsque propaget, non aliter quam ex centro linea protendatur. Ad hæc vero profecta hac insuper parte, euidenter totius seruat naturam: nam & hic non solum partibilis est, sed etiam impartibilis. Siquidem quod in ipsa diuisum in partes dicitur, modo quodam indiuiso est diuisum. Per totum enim se corpus fundens, nec diuisa quidem ex eo quod tota est per totum, interim ex eo quod in toto est dicitur esse diuisa. hæc ille. Animaduertendum summa cum diligentia est, quod supra diximus, animam partim ex impartibili essentia constare, quatenus apud superos manet impartibilis, quatenus vero vergit in corpus partibilis est. Idem sentit Simpl. ferè. Nam de anima humana dicit, si eam in se ipsam contemplemus impartibilis est & intellectus agens appellatur, si uero vt Enne. 4 lib. 1.

vergit

in corpus, posibilis efficitur, ac quandam diuisibilitatem sortitur. Est & illud exemplum memoria dignum, anima enim centro in sphera cōparatur: nam punctus fluens causat lineam, ac quanto magis uersus circunferentiam mouetur, tanto magis partibilis redditur, ac protenditur magis. Res enim quæ difficiles intellectu sunt, secundum utrāque phylosophiam, non est incommodum si his similitudinibus declarent, ut supra ostendimus. Ioannes Gra. etiam hos armonicos numeros declarauit. Et ne sepenumero eadem repetamus, verba PLA. omitto. Occidit miseros crambra repetita magistros, prætereo nec non quæ ipse de Phytagoræ disciplina recensuit, & mirifice PLA. eam prosecutus. Sed illud reticere non possum ARI. PLA. nostrum semper in verbis tātum fuisse insectatum. Quæ igitur Timæus dicit, hæc esse ait, & his contradscere se ARI. parat, id scilicet faciens, ac si quispiam poeticis fabulis contradicat, tanquam rerum naturæ minime cōueniant. Nanque vt ait PLA. his qui fabulas poeticas ut apparent accipiunt, nihil quidem magis ridiculum videatur, quemadmodum etiam nihil insanum his, qui mentem in illis occultam minime quærunt, verum quemadmodum semper ARI. consueuit, hic quoque quod extrinsecus apparet, arguit, ne quispiam cumque per ænigmata demonstrantur, cognoscere non possit, in

1. de anima f. 20. & 21.

in eo quod apparens est, acquiescat. Quod enim per simbola quædam, & allegorias doctrinam suam Pythagorei ferret, id patet, sepiusque à nobis dictum est, unde quoque illorum præcepta moralia sunt istiusmodi. super mensuram ne ascendas. In via ne seces ligna. Ignem gladio ne fodias. stateram ne transileas. Cum ad templum te confers, de via ne flectas. Quod illis hoc idem significat, quod oportere eos, qui ducuntur ad sacra, quæ illic fiunt curare. Hoc autem stateram ne transileas, quod iustitiam præterire non oportet. Hoc autem ignem gladio ne fodias, hoc est, ac si diceremus, iracundum verbis ne irrites: Illud vero in via ne seces ligna, hoc significat. Quod in uia uirtutis vitam separabilem studiose curans, non hoc animæ & corporis uinculum naturale vinculum corrupto animali dissoluas. Hoc tandem supra mensuram ne ascendas, dictum est pro eo, quod est, ne uela, neque occulta propter superbiam, quod iustum est. hac ille. Volui autem longam huius viri verborum serecensere, quam inique multi in P L A. insurgunt cum non capiant neque intelligant profundissima suorum verborum sensa. Mystica enim ferè omnia quæ ab eo dicta sunt, ac secretā quandam intelligentiam retinent, quæ pene cuncta ex Pythagoræ simbolis sunt relicta, et quēadmodū

Simbola Pythagorica. Interpre.

ipse

ipse dixerat. Supra mensuram ne ascendas, hoc est secreta phylosophiæ non omnibus fore uulganda, sed solum studiosis & præcipue his qui suæ disciplinæ commiserunt, & ideo iuuenibus quinquenio tacendum esse præcipiebat, non secus PLA.eũ imitatus abscondenda esse phylosophiæ misteria iudicauit, ob id aĩam ex finito et ĩfinito statuit. Ideo Io. Grã hos numeros exponẽs inquit. Numeri qui locati sunt in dextera triãguli parte sunt pares qui cum suapte natura diuisibiles sint, & ex his cõstet anima, diuisibilem quandã rationem sortietur. Hi uerò qui in sinistra sunt, omnes impares cum existant, minime diuidi poterunt, & cum non minus his etiam constituitur anima ex hac parte insectilis erit. Quæ sint uero proportiones illæ musicales, ac quoniam sensum contineant non declarauit. Egi. Romanus inter latinos non aspernãdus, exponens hos pultonicos numeros, ex quibus tanquam ex quibusdam elementis constat anima mundi, nec non anima humana quatenus illam inquantum potest emulatur, nihil aliud egit, nisi quod declarat, quomodo ex diuersa illorum numerorum complicatione diuersæ consonantiæ oriuntur. Verum quid significent non demonstrat. Doctiss. ac illustrissimus Cardinalis Bessarion. in eo opere quod edidit aduersus detractorem PLA. apertiss. ARI. aliosq; Platonis aduersarios nõ nisi eum in uerbis reprahendisse affirmat. Hunc (inquit)

1.de anima.t.c.45. du.1. & secũdo.

li.2.c.7

(inquit) uideamus ſiquis reprahendat, quæ numeris, proportionibus, medietatibus, circulis, rectis lineis, Plato animæ attribuit, & ſiue materialem, ſiue mathematicam ſumpſerit lineam, improbet, atque etiam magnitudinem animæ, propter circulum ſtatuere eum exiſtimet. Quæ ſ. ab ARI. diſputant aduerſus PLA. quod ſiquis talis eſt, uelim animaduertat, nō ita ARI. reliquis Platonis auditoribus ingenio tardiorē fuiſſe, ut quæ tam multi intellexerunt, tenuerūt que, & tutati ſunt, ea ſolus uel non intellexerit, uel parum probauerit. At certe uir doctus dumtaxat uerba, quorum profundiorem ſententiam ad uſum communem, uulgaremq́ referens, reprahendit, ne quod ſignificare primo aſpectu uidebantur, id ita eſſe putaret. hæc ille. Ecce quomodo etiam uir iſte Doctiſſ. idem ſentiat cum Io.Gram. At uidendum eſt, ſi etiam ARI. aliquando res naturales ex numeris tanquam ex elementis conſtare dixerit. Dubio procul. Nam 7. phy. poſtquam ARI. egerit de comparatione motuum circa uelocitatem & tarditatem, in latione, & alteratione, prætermiſſo augumento, & diminutione, ad generationem tranſit. Et quærit, an generatio una altera ſit uelocior, idē etiam quærit de corruptione. & breuiter in textu ita inquit. Et ſi eſt ſubſtantia numerus maior uel minor, numerus eſt eiuſdem ſpeciei &c. Simp. animaduertens hoc dictum, inquit. Numerum

merum autem dixit substantiam uel sequens pythagoricos, qui dicunt numeros esse rerum principia.

(O numere insignis diuorum, hominumq; creator.

Audi.) porrò autem sunt omnia numero similia: uel quod aliquibus numeris definitis, elementorum & partium omnium generationes perficiunt & constitutiones. Quamobrem neque ex humanus artibus, quæ totum imitantur artificiũ potest ulla absque numero consistere. hac ille. Ex his quid considerare debemus quod si ARI. Platonem præceptorum suum reprehensione dignũ iudicare uoluerit, quia in definitione animæ pytagoricis numeris usus fuerit, non minus ipse culpandus esset, cum eosdem numeros in declandas generationes, atq; eosdem iteritus ab æquali uel inæquali tpe fiãt, adduxerit. Recitatis et ueterũ ac modernorũ sententijs, quid sibi uelint numeri isti armonici, tempus iam est ut opinor, ut sententiam nostram deponamus. Sed illud memoria repetendum duximus, cum in alicuius auctoris lectionem incidimus quæ difficultate nõ careat, prius ab eo eius dissolutionem petere debemus quam commentitiam aliquam ex ingenio interpratationem afferre, & quia PLA. se ipsum declarauit, quid per numeros armonicos intellexerit, ideo nouas, ac peregrinas interpratationes non requiramus, sed ab eodem quid sibi

bi uelint hi armonici numeri petamus. Inquit enim Qua propter anima, siquidem neque magis neque minus alia quam alia secundum animæ naturã aĩa est, consequenter neq; magis neq; minus est tẽperata, est ut dicis. Cum uero sic affecta sit, nihilo magis cõsonãtia est, vel dissonãtiæ particeps. Nihilo magis. Præterea cũ ita cõparata sit, nũ plus aliqd prauitatis uel uirtutis alia quam alia possidet? siquidem prauitas quidem dissonantia est, uirtus uero consonantia: hæc ille. Concludamus ergo & dicamus animam ex numeris armonicis constare ob illam congenitam propensionem ad uirtutes, quam ueluti uirtutum quadã semina ĩ aĩo summus rerũ omnium opifex posuit. Dissonantia uero nihil aliud quã deuius ille uersus ad uitia ductore sẽsu, qui semper humanæ rõni et uirtuti aduersatur. Satis, ut opinor, & plusquã æquũ est de hac 1. figura locuti sumus modo supest ut ad aliã trãscamus. Doctiss. Ficinus explicat illorũ numerorũ proportionẽ, & quænã sit inter eos proportio, q sexquialtera & quæ sexquioctaua, & ita de singulis, at quid mistice in aĩa denotent ac Platonicis non satis delaratum est. Idem dixerunt alij quos ego legerim. Postquam uidimus quid sibi uoluerit P L A. cum animam ex armonicis numeris compositam esse dixerit; ac postquam declarauimus duas illas figuras recti lineis numeris utrinque plenas uideamus,

In Phędo. uel anima. fol. 412. mar.

necesse

necesse est quo PLA. animam flexit in circulũ dicens. Deindè in orbem tot sit, quo ad ita coirẽt inter se capita, ut lineæ ipsæ & secum & inter se inuicem è regione interfectionis ipsius coniungerentur, atque eo mota qui in eodem & similiter semper reuoluitur, undiq; est eas cõplexus, et circulorum alterum exteriorem, interiorem alterum fecit. Exteriorem quidem lationem eiusdem naturæ, interiorẽ uerò alterius nominauit. Atque illam quæ erat ipsius eiusdem naturæ cognata, in latus ad dexterã partẽ, eam uerò quæ alterius, per diametrum ad leuam flexit. Sed principatum dedit eiusdem ipsius similisq; agitationi. Eam namque solam indiuisam reliquit. Interiorem vero cum sexies diuisissent, septemque orbes inæquales dupli & tripli interuallis effecisset, singula cum tria sint utriusque contrarijs inter se cursibus orbes peragere iussit, & ex septem interioribus tres quidem pari celeritate, quatuor vero, & ad se, & ad reliquos tres, celeritate quidem impari, debita tamen ratione conuerti. Postquam igitur secundum creatoris illius mentem tota aĩa constitutio absoluta fuit, mox omne corporeum inter ipsam effinxit, medium què mediæ accommodans apto modulamine cõpleuit. hæc ille. Iam PLAT. uniuersam animæ structuram ac institutionem accepimus ac duarum figuram rectilinearum interpr ætationẽ. Modo uideamus hanc figuram orbicularem &

quid

quid ipsius animæ nobis declaret.



Cum multos Platonicos legerim in interpretatione huius figuræ ac quisque in suo sensu abūdet, siqua mihi auspicandi authoritas tradita est, dicam quid in re hac sentio. Posteaquam PLA. ex quibus numeris animam constaret tā quam ex quibusdam elementis declarauit, sicquè eius naturam aperuit, operepretium erat, ut eius functiones ac operationes etiam declararet,

ret, quod optime fecit in hac figura in cuius medio sunt due lieneæ se adinuicem in meditulio sphere intersecantes ad instat literæ X. quæ positæ inter octo spheras sunt, duos asses, alter mundi, alter zodiaci, ac harum duarum linearum quatuor poli erunt duo mundi circa quos octaua sphera, cuius motus est ab oriente in occidēs circūuoluitur, duo uerò Zodiaci circa quos septē planete quæ ab occidente in orientem mouentur deuoluuntur. Ob id apposuimus nomina omniū orbium ex una, ex altera uerò parte nomina potentiarum animæ, ut ex his lineis tum rectis tū orbicularibus earum operationum naturas intelligeremus. Spheris enim cœlestibus animam per similem reddere studuit PLA. quia sicut omnium orbium congeries cuncta complectitur non secus anima omnia continet. Merito dixerat ARI. 3. de anima. Dicamus quòd omnia ea
t.c. 37. *quæ sunt quodammodo est anima. Dixit autem quodammodo ut intelligeremus: cum enim omnia quæ sunt uel sensibilia uel intelligibilia sunt, sicut per sensum sunt omnia sensibilia, sic per intellectum sunt omnia intelligibilia. Ob id subdit ibidem ARI. est autem scientia quidem scibilia quodammodo: sensus autem sensibilia. Verum quia aliquæ animæ uires seu potentiæ sunt organis affixæ, ut sunt tam exteriores quam interiores sensus quia materiæ complicatæ sunt, per lineam rectam intuentur, neque possunt circulū*

efficere, neque super se reflecti. At anima intellectiua utroq; modo mouetur in intelligendo. Nã rerum naturalium quiditates recto aspectu intuetur, nec nõ quiditates rerum abstractarum. Verum quandiu anima corpori est alligata ob id quòd à sensibus in intelligendo dependet, prius rerum naturalium substantias cognoscit his demum anima excitata ac prædisposita ad substantias abstractas intelligendas intuendasquè erigitur. Sensus etiam omnes tum interni tum externi in suis fanctionibus per lineam rectam proficiscuntur, eo quòd non sint supra se reflexiui. Anima uerò intellectiua magnitudini coniũcta, cum se ipsam cognoscere contendit cognoscit primo alia & ex aliorum notia in sui ipsius notitiam peruenit, & ex sui cognitione cum reuertitur ad alia cognoscenda facit circulum. Cum uero anima à corpore separata fuerit, aliquando à cognitione sui conscendit in Dei Optimi Maximi contemplationem & ex illa in sui ipsius, sicque circulo fertur. Iam satis ut opinor locuti fuimus de figuris ac numeris Platonicis, qui uerò harum figurarum exactiorem notitiam habere desiderat, legant Ficinum in Tim c.3.6. legant Io. Gram. in 1. de anima, legant Simp 1. de anima, & de modernioribus. Sebast. Morzi: Hispa. in PLA. Tim. Verum iudicio meo utriusque phylosophiæ magis conformem interpratationem nemo inueniet.

fo. 21.
t.c. 45.
fo. 138. 139. 14 & 141.

niet. Postremo aducendæ ARI. rationes aduersus PLAT. et declarare quomodo hos sensus nõ impugnant, sed uerba. &c.

Principio itaque, Omnia autem quæ sunt, aut cuncta mouentur, aut omnia quiescunt, uel omnia nunc quidem mouentur, aut omnia nunc quidem quiescunt, aut aliqua semper mouentur aliqua uerò semper quiescunt, aut aliqua aliquã do quidem mouentur, uel aliquando quidem quiescunt. Omnia uerò semper moueri, aut omnia semper quiescere falsum est, cum sensu contrarium cernamus. Neque nunc quidem omnia mouentur, aut nunc quidem omnia quiescant, sed hæc uere sunt aliqua, quæ aliquando mouentur & aliquando quiescunt. Sequitur ergo ex hac diuisione, si est aliquid quod semper moueatur, ut etiam sit aliquid quod semper quiescat, quæ uerò semper mouẽtur corpora cœlestia sunt, ergo anima eius uel animæ ipsorum semper quiescunt, ergo non erit numerus se ipsum mouens. Sed fortè dices, quid mihi cum anima cæli uel cum anima mundi, cum tota disceptatio nostra sit de anima humana? Cui satisfacimus & dicimus omnes rationes quas PLA. adducit ad cõprobandam animam mundi esse numerum se ipsum mouentem, illas easdem humanæ animæ attribuit, ergo semper quiescet & non erit numerus se ipsum mouens.

Arg.ex Macro. de son. scipio.

primũ.

Dub.

Respõ.

secũdũ

Præterea omne qđ mouetur, aut mouetur per se,

se, aut per accidens, aut per partem, per sufficiẽtem & exactam diuisionem, uerum anima nullo istorum modorum mouetur: ergo anima non est numerus seipsum mouens. Maior est ARI. 5. phy. minor probatur; quia omne quod per se mouetur, est corpus & partim est in termino à quo, & partim in termino ad quem, anima uerò non est corpus, nec secundum substantiam habet partes, quia insectilis est: ergo per se non mouetur nec per accidens, quia quod per accidens mouetur, ab alio quod mouetur per se, mouet: sicuti albedo quæ est in manu ad motum manus mouetur, & ita perperam diceremus animam esse numerum se ipsum mouentem, si ab alio moueatur. Nec mouetur per partem ut per quiescente corpore, moueri potest; quia si pars illa à toto præcidatur, ac separetur, poterit per se moueri at anima si à corpore separetur, nõ potest per se moueri, cũ non sit corpus, ergo non erit numerus seipsum mouens scilicet per partem. 3.

Amplius: oẽ qđ mouetur, ab alio mouetur, sed aĩa mouetur p te, ergo ab alio, ratio est ARI. 7. phy. nã si idẽ se ipsum moueret, esset idẽ & secundũ idẽ in actu & in potẽtia quo nil absurdius, et deduco. idem prout mouet est in actu. nam agere præsupponit esse, quatenus autẽ mouetur est in potentia quia motus est actus entis existentis in potentia in eo quòd in potentia, ut inquit ARI. 3. phy. ergo anima non mouet se. t.c.1. t.c.3.

N 3 *Præterea.*

Præterea. Quod est principium motus nõ mouetur, anima est principium motus, ergo nõ mouetur, minor est per se clara secũdũ utriusq; phylosophiæ principia maior ꝓbatur ĩdictione, nã qđ est principiũ lineæ, non est linea, quia punctus fluens causat lineam, qui tamen linea non est, & linea fluens causat superficiem, cum tamen ipsa superficies non sit & superficies fluens causat corpus, cum tamen ipsa corpus non sit, & unitas causat numerum, cum tamen unitas numerus non sit & anima & corpus causant hominem & tamen neutrum dici potest homo, ergo cum anima sit causa motus non erit ipsa motus nec etiam subiectum motus.

Insuper. Contraria in eodem simul esse non possunt, ut testatur A R I. in prædicamento substantiæ; sed mouere & moueri cõtraria sunt, ergo ambo simul animæ inesse non poterunt.

6 *Præterea. Si in essentia animæ motus esset, sequeretur animam semper moueri, & nunquam quiescere, & quia animæ motus causat motum in corpus & quia nõ uidemus còrpus semper moueri; ergo nec anima semꝑ mouebitur, ergo hæc definitio non erit uera, semper anima est numerus seipsum mouens. Verum si quispiam hoc neget facile id comprobare possumus. Nam quod ex sui natura vnum contrariorum sibi vendicat, aliud omnino recipere nequit, ut apparet in igne, qui primo calidus est, ob id frigiditatem su-*

ſcipere nõ poteſt, nõ ſecus ſi animæ natura uendicet ſibi motũ, quieſcere minime poterit, at oppoſitum videmus, quia ex corporis quietæ arguimus animæ etiam quietem, ergo non erit numerus ſe ipſum mouens.

Amplius: quod alicui per ſe cauſa cuiuſpiam eſt, ſibi per ſe cauſa eſſe non poteſt, hoc ſatis conſtat, quia medicus ſanitatis cauſa eſt in altero, ut pote in egroto per ſe, in ſe ipſo vero ſanitatis cauſa eſt per accidens; at anima per ſe cauſa motus corporis eſt, ergo per accidens erit cauſa ſui motus. 7

Inſuper, omnis cauſa motus eget aliquo inſtrumento, vt in actum egrediatur, ſed anima ut ſe moueat, caret tali inſtrumento: ergo caret motu. maior inductione claret: nam Deus ſi iſta ſublunaria alterat, hoc facit mediante inſtrumento. ſ. cœlo, motu, ac lumine, ergo magis anima. 8

Præterea. Si moueretur anima, cum prior omnium motuum ſit localis, ſequeretur quod loco moueretur, & modo ingrederetur corpus & modo egrederetur, & ita daretur reſurrectio mortuorum quæ per naturam impoſsibilis eſt. Licet fide eam teneamus &c. 9

Inſuper ſi anima mouet ſe, aliqua motus ſpecie neceſſe eſt ut moueatur, ſcilicet vel generatione, aut corruptione (ſi tamen generatio & corruptio ſit motus) vel augumento, aut diminutione aut alteratione, aut motu locali, & hic aut erit 10

rectus, aut circularis, aut motu mouebitur methaforico scilicet intellectionis, sed nulla specie motus harum mouetur, ergo nullo pacto mouebitur. primo non motu generationis, quia nihil generat se ipsum, bene se ipsum fouet & conseruat, nec ad auctionem seu decrementum, quia se ipsa aliquando esset maior & aliquando minor, quod est absurdum: nec motu alterationis, quia ea sepenumero facta abijcit à substantia, & ita non esset mortalis quod vtrique phylosophiæ aduersatur, neque motu locali recto, quia vel essent à medio, & ita esset leuis, vel essent ad medium, & sic esset grauis, vel moueretur circa medium, & sic neque grauis neque leuis, sed esset quinta essentia & si moueretur circulo, necesse esset, vt circa aliquid centrum: hoc vero, vel esset intra animam, vel extra, si intra animam, ergo non tota anima mouebitur, nempe centrum quod quiescit, non extra quia esset de natura orbiũ, & quinta essentia, vt iã diximus, vniuersa aũt ista incommoda sunt, ergo
t.c.64 *&c. nec motu methaforico mouetur, ut de primo de anima inquit ARI. nã si dixerimus animam intelligere. Esset ac si diceremus eã texere aut ædificare. Ecce quomodo nulla specie motus mouetur quomodo ergo anima erit numerus se ipsum mouens?*

Et quia supra demonstrauimus. PLA. non modo animam exarmonicis numeris, quasi ex

quibus-

quibusdam elementis institutam esse, verum ex quibusdam geometricis spheris, & quia primo de anima eas impugnat, ideo eius rationes in medium adducam ac eas postremo dissoluam.

Principio inquit. Si anima esset magnitudo circularis omni animæ conueniret, at non omni conuenit cum non vegetatiuæ, nec sensitiuæ, nec desideratiuæ, ergo communiter ac simpliciter anima non est circulus: minor probatur, quia si vegetatiua sensitiua, ac desideratiua essent circulus circulo mouerentur, at circulo non mouentur, sed potius recte cum ex vegetatiua liceat sursum & deorsum accipere, ex sensitiua dextrorsum ac sinistrorsum &c. Inquit in. 2. de cœlo & Mund. plantis inest sursum & deorsum, sed non dextrum & sinistrum &c. 1. t.c. 46. t. c. 12.

Præterea. Si anima est vna, potius dici debet vna, vt numerus quam ut magnitudo continua. PLA. enim animam nostram ad instar animæ mūdi à summo rerum omniū opifice factā esse cōtendit, verum anima mūdi vna est potius ut numerus quàm vt magnitudo continua, ergo & anima humana. Cum enim intelligens ad intelligibile referatur, hæc enim continua nō sunt, ergo si vnum dicenda sunt, erunt vt numerus. 2. t.c. 47.

Insuper. Si anima humana sit circulus & intelligat aliquam magnitudinem, oportet vt magnitudini applicetur, & se contingant, vel ergo intelligit illā magnitudinē contingendo aliquā 3. ibidem

partem

partem magnitudinis quantam, & sic non erit necesse circulo fieri cum idem multotiens intelligeret, vel partem intelligibilem contingendo, eo modo quo indiuisibile, pars continui est, sed ista sunt infinita, ergo nunquam pertransibit, & nũquam continui notitiam accipiet, si simul intelliget omnes partes, cum dum intelligit circulo feratur, vel infinita intelliget, cum infinitæ sint partes, vel multa simul intelliget, quæ omnia incommoda sunt.

4. t. c. 48. *Præterea si intellectus est magnitudo circularis & intelligit applicando se rebus intelligibilibus, vel ergo habet partes partibiles, uel impartibiles, si partibiles quomodo impartibilia intelliget? si impartibiles, quomodo partibilia cognoscet? sed vtrumque cognoscit, ergo &c.*

5. ibi. *Amplius: si ĩtellectus esset circulus, circulatio esset eius operatio & ita intellectio nunquã cessaret, sicuti in cœlo apparet: Quia etiam circulus caret principio & fine, sed practici & speculatiui intellectus actio terminatur, ergo non erit circularis.*

6. ibi. *Insuper: intelligere potius asimilatur quieti, quam motui, ergo male difiniuit per motum. Antecedens probatur, quia dum sumus adolescentuli, ob humorum tumultus, & dũ laboramus aliqua egritudine vel angimur curis, non possumus recte phylosophari, ideo dixit A R I. 7. phy. sedendo & quiescendo fit animus prudens.*

t. c. 20.

Præterea

Præterea. Motus est animæ præter naturã, ergo anima in intelligendo non mouetur. Antecedens satis claret, quia motus inest corpori, quod ex se, ac suapte natura sectile est 6. physi. cum omne quod mouetur necesse sit, vt partim sit in termino à quo, & partim in termino ad quẽ, at anima caret his partibus, ergo non mouetur & etiam hoc motu non poterit beatificari, quia beatitudini potius quies astipulatur, quã motus. 7. t. c. 49.

Amplius argumẽtatur ARI. contra animæ vnionem. si anima prius ex elementis constat quam corpori vniatur, & illi comparetur vt ars suo instrumento, cum ars sit propter instrumentum, & non è contra, ergo est propter corpus, & non corpus propter animam, ergo laboriosum nimis valde erit animam vniri corpori, eritq; hæc vnio non naturalis, sed violenta; hoc vero magnum incommodum est. 8. ibi.

Insuper ARI. hoc in loco redarguit PLA. de motu circulari, tum orbium tum etiam animæ mundi. Et petit cur est quod orbes in girum moueantur, & etiam animæ? causa vero nõ erit cœlum de se, quia potius recipit, quã efficiat motũ, sed anima potius videtur, cum habeat rationem formæ, & semper intelligitur aliqua species mouens. 2. phy. verum nec ipsa fuisse videtur causa huius motus. Quia PLA. in Tim. principio animam recta latione fuisse motã asseruit, ergo iste primus motus fuit ei naturalis. Postea inquit flexisse 9. t. c. 50.

xisse in girum & in hoc assignauit causam, diminutus ergo fuit.

Postea ARI.demolitur particulas in definitione positas à PLA.& primo destruit particulam illam, se ipsum mouens. Secundo illi particulæ aduersatur. Numerus.

1. *Et sic via diuisiua negotiũ aggreditur. si enim anima se ipsã moueat, aut est, quia vna vnitas, ex qua anima quæ numerus est, moueat, &*
t.c.6 *altera moueatur, aut vnaqueq; vnitas se ipsam moueat & moueatur, aut quia numerus totus se ipsum moueat & moueatur, ista vero non coherent, anima ego se ipsam non mouebit. primum quidem non; nam si anima secundum vnam vnitatem moueat, & secundum alterã moueatur, cũ vnitas mouens nõ moueatur, anima ergo tota nõ erit se ipsam mouens. Si vero qualibet unitas moueat & moueatur, idem esset in actu, & in potentia secundum idem, quod est incommodũ. Et etiã sequeretur, quod anima diuisibilis esset in duas partes, quarum altera esset per se mouens, & altera per se mota, & illa quæ per se mouẽs esset, in mobilis remaneret, & ita non tota anima esset numerus seipsum mouens; si vero totus numerus secundum se totum moueatur, diuidetur in duas partes quarum altera erit per se mouens, & altera per se mota; verũ anima insectilis est, & etiam ea pars quæ est per se mouens immobilis esset, ut supra diximus.*

Prætere.a

Præterea. probat aĩam non esse numerũ; &c. quia numerus ex unitatibus cõstat mobilibus, sed vnitas mobilis est pũctus, quia punctus fluẽs causat lineã, sicut linea fluẽs superficiẽ, & punctus est substantia posita, ergo ei positio debetur. at aĩa cũ ex his unitatibus cõponatur, sequitur aĩæ positionem conuenire quod est absurdum. anima ergo non erit numerus se ipsum mouens. 3.

Insup probat aĩam perperã dici numerũ. Nã hæc est numerorũ natura, quod si vel unitas vel aliqua eiusdẽ numeri particula ab eo auferatur, nõ remanet amplius idẽ numerus specie. Nã si à ternario vnitas auferatur, nõ remanet ternarius sed binarius, & si à denario numerus quaternarius auferatur, nõ remanebit denarius sed senarius, verũ si ab aĩa aliqua particula auferatur, remanebit eadem aĩa, non modo specie, sed numero, ut apparet ĩ plãtis, à qua si ramus præscindatur, particula aĩæ tollitur, remanet vero eadẽ aĩa numero vegetatiua quæ diffusa ac disseminata erat per vniuersum corpus patet in lacerta, in anguilla & in alijs, vtpote in sectis. ibi.

Amplius. Idẽ est dicere aliquid cõstare ex vnitatibus indiuisibilibus, sicuti dicimus constare ex corporibus indiuisibilibus, ut Democritus ponebat. Verũ ille aliud ponebat mouens & aliud motũ, vnde siquid istorũ aĩa magis dici debeat, potius aĩa dici dẽt mouere, quã moueri; cũ formæ sit potius agere, materiæ vero pati, & cũ idem 4.

per

per se primo non possit esse mouens & motum.

5. *Praeterea. Si anima ẽ numerus seipsum mouẽs, ergo ipsa constabit ex unitatibus mobilibus, & huiusmodi debent distingui ab unitatibus inmobilibus, & discrimen istarum unitatum non nisi positio est, quia punctus cum sit unitas, mobilis est substantia posita, ut inquit eucl. 1. elemẽtorũ: ergo aĩa positio congruet, cum ex his cõstituatur.* t.c.70.

6. *Insuper. Si anima constat ex unitatibus mobilibus, quae puncta sunt, aut illa puncta differũt à corporeis punctis idest à punctis quae sunt in corpore, aut non, si differunt duo diuersa puncta erunt simul, quòd est absurdum. Nam duo diuersa puncta in diuersis magnitudinibus, si contiguentur adinuicem poterunt esse simul, sed in uno & eodem continuo non poterunt esse simul, & ob id dicimus ꝙ inter duo puncta respectu eiusdẽ magnitudinis semper cadit linea media, sed si possunt esse simul duo, ergo infinita corpora. Si uerò non differunt, ergo ubicũque erunt puncta corporum, quae per te animam constituunt, ibi erit anima, & ita omnia corpora erunt animata, cum in singulo quoque corpore sint eadem principia.*

7. *Amplius: si anima ex punctis constaret, quae à corporeis punctis non different, sicut puncta à corpore non possunt absolui, eo quod corpus superficiebus clauditur, & superficies lineis, & linea punctis, ergo à primo ad ultimũ, corpus nũ-* t.c. 72.

quam

quam à punctis absolui poterit, & sic anima nũquam absoluetur à corpore, neque ab eodem separabitur quod est absurdum, & ita anima esset mortalis.

Præterea. Si animæ definitio esset uera omnia 8.
inconuenientia quæ Democrito contingunt duo
scilicet corpora esse simul & etiam infinita, hæc 73.
eadẽ PLA. euenirent. quia daretur penetratio corporum, ut supra deduximus. Et etiam accideret, ut unum punctum esset multa puncta, & anima corpora animata esset, ut supra declarauimus. Præterea & sicut Democrito accidit sphæris paruis motis, quæ erant illa attomalia corpora, sic PLA. eueniet, unitatibus magnis motis ex quibus anima constat, ipsam animã moueri. Vtriq; opinioni hæc accidunt, quia dicunt idem in eo quod mouet, moueri.

Vltimo ex omni bona definitione quatuor ista 9.
colligi debent, ut etiam dicit idem ARI. 4 phy.
t.c.31. primum quod quid est ipsius rei cuius est 74.
definitio optimè appareat. Secundò ut omnes difficultates quæ rei definitæ contingere possunt de medio tollantur. Tertio ut proprietates quæ rei definitæ insunt, inherere declarentur. Quarto ut appareant difficultates rei definitæ contingentes. At ex hac definitione, natura aĩæ potius obscuratur quam declaretur, nã anima substantia est, ut omnes profitentur, eamque definiuit per numerum qui in genere qualitatis celebratur.

Neque difficultates è medio tolluntur, uerum potius augentur ut ex iam inductis satis apparet, neque passiones animæ quæ sunt nutrire, uegetare, generare similia, sentire, loco moueri, intelligere & huiusmodi animæ inherere non apparent. Neque apparent difficultates &c. ergo perperam animam definiuit PLA. Hæ sunt rationes quas ARI. aduersus PLA. uerba potius, quàm contra sensum adduxit, ut in responsionibus declarabimus. Sed anteaquam ad rem hanc accedamus quædam pro dissolutione animaduertēda sunt. Id uerò unum & præcipuum erit s. PLA. in Timeo animam ex harmonicis numeris esse compositam affirmasse, in Phædone uerò non posse constare ex armonicis numeris quinque rationibus demonstrauit, ex quibus ARI. (referente Io. Gram.) in Dia. suo, quæ Eudemū appellauit, duas accepit; quibus animam non esse armoniam probare nitebatur. Prima itaque PLA. ratio hæc est. Harmonia fidibus recte aptatis aduenit, hisq́; posterior est, anima uerò non posterior ipso corpore, in quo quasi in quadam recte instructa domo recipitur, anima itaque non erit harmonia. Animam uerò priorem esse corpore comprobat dicens: disciplinam esse reminiscentia, præfuit itaque anima ipso corpore. Verum hæc prima ratio solum se ad intellectiuam animam extendit, reliquæ autem ad omnes animas ueniunt. Harmoniadaoptatis haud repugnat,

anima

anima uero corpori repugnat, illiq́ dominatur anima itaque non erit harmonia. Non enim potest adaptatis harmonia aduersari, cum enim in illis existat, anima uero conatibus corporis aduersatur, ipsumq́ corrumpi desiderat, ut aliquando ab eius molestia liberetur. Ecce quomodo anima harmonia non erit. Tertio, harmonia suscipit magis & minus: una enim magis uel minus cōcinna ac suauis est, anima uerò non suscipit magis & minus quia substantia; non erit ergo anima harmonia. Quartò, anima uirtutē & uitiositatem suscipit: quarum uirtus ipsa est harmonia potentiarum, nanque anima ipsa consonantia est, uitiositas uerò dissonantia, quæ potētiarum animæ ipsius pugnæ, atque seditio est, unde anima ipsa harmoniam & inconcinnitatem suscipit: hæc enim uirtus & uitiositas est. Harmonia autem harmoniam & inconcinnitatem non suscipit, ridiculum nanque est dicere, quòd harmonia inconcinnitatem uel econuerso, quòd inconcinnitas harmoniam suscipiat: non est igitur harmonia ipsa anima. Quintò, si anima ipsa est harmonia, inconcinnitatem, ut iam uidimus cum ei omnino aduersaretur, inconcinnitas autem animæ uitiositas est, omnes ergo animæ æquæ studiosæ erunt, consequens falsum, non enim omnes studiosæ ut sensu ac ratione conijcimus; anima ergo non erit harmonia. Quinque ergo hæ rōnes colliguntur ex PLA: in Phædone, ut 1. de

anima colligit Io.Gram.Verũ qua ratione PLA. impugnauit animam non esse harmoniam, cum in Timeo tanta contentione eam harmoniam esse defenderit? Omissæ cum Academicorum.tum Peripateticorum interpretationes, si qua mihi interpretandi ac conciliandi auctoritas tradita est, dicam in re hac quod sentio. Principio quæ à nobis supra dicta sunt repetenda duximus, ac memoriæ commendemus. PLA. in hac disputatione Timei pythagorei uiri eruditissimi personam agere, qui uerò in hac disciplina egregie erant initiati, secreta huius phylosophiæ numeris ac figuris geometricis abscondebant, ut qui peritiones erant ac in rebus mathematicis exercitati, hæc facilius possent memoriæ commendare, qui uerò rudes ac ignari, his figuris ac numeris perterriti cõfusi potius quàm edocti abirent. Verba itaque PLA. in Timeo non ut sonant accipienda sunt, sed ut simbola illa pythagorica quæ supra recitauimus. Cum uerò in Phædone, ubi PLA. de animæ immortalitate loquitur, introducit Soc. prope morientem locuturum, quem non decebat ueritatem enigmatibus, ac uelaminibus proponere, sed prespicuam ac nudam absque fuco aperire, ob id eo in loco impugnauit animam ex harmonicis numeris cõstare, at in Timeo cum agat pythagorici hominis personam, non est mirum, si more eorum loquitur. Hæc mihi uidentur dicenda, ut PLA. nostrum à contra

dictio

dictione vendicemus. Secundo notatu dignum est, ARI. etiam animam esse numerum affirmasse. Nam 1. de anima, postquam probauit animam non esse magnitudinem uel circularem uel triangularem, & concludit animam nõ esse continuam, sed si qua ratione dicenda est continua, eo modo erit, sicut intelligens cum intelligibili continuum erit, at hac non sunt continua, sed contigua, & concludens dicit intellectus non est continuus, sed sicut numerus. Ecce quàm expresse, ut Simp. inquit, ARI. cum praeceptore suo PLA. concordat. Et si quispiam PLA. nostrũ damnare uellet, eo quòd in re physica mathematicis usus sit, cur non reprahendunt ARI. qui in eadem animae declaratione, confutata sententia quod non esset continua quantitas, praeceptoris sui PLA. sententiam approbans, confessus est animam esse numerum? Cur non damnant eundem, qui 8. met. de formis omnibus loquens dixit. Formae sunt sicuti numeri? Hac hi dicere possunt pro salute ARI. animam non esse formam, quia eam ipse definiens dixit esse actum corporis physici &c. Et si multa alia in hac controuersia dici possent, breuitatis gratia omitto, & statim ad argumenta dissoluenda me conferam.

t.c.47. t.c.10.

Ad primum cum dicitur. Non omnia semp mouentur, nec omnia semper quiescunt, sed semper quaedam mouentur, vtpotè orbes, & quaedam semper quiescunt, sed hac non sunt anima, sed

mundi centrum ac poli, quia animæ nõn possunt quiescere, quiete apposita motui cœli. Altera fallacia est, quia equiuocant & transeunt à motu uero ad motum metaphoricum. Cum enim dicimus animam esse numerum ipsum mouentem se, non loquimur de motu uero de quo ARI. 3. phy. & 5. sed de motu per similitudinem, sicut est intelligere, uelle, amare &c. ut supra dictum est secundum PLA.

Ad secundum dicimus diuisionem ARI. ueram esse de motu uero & reali, at cum dicimus animam esse numerum se ipsum mouentem, nõ loquimur de motu uerò & reali, sed de motu metaphorico, pro vt est intelligere, uelle, amare, gaudere, tristari &c. ut testatur PLA. 10. de legibus.

Ad tertium iam satis claret quid dicendum ex his quæ supra declarauimus: cum enim dicimus animam se ipsam mouere, intelligimus de anima in se pro ut omnino p̃scinditur à corpore & quatenus ab eo nec dependet subiectiue, nec ob obiectiue, nam sic considerata anima non differt uel parum ab intelligentia, & sicut uerum est dicere de intelligentia, quod se ipsam intelligat, sic uerum est dicere de anima: & se ipsum intelligere apud PLA. idem est ac si diceret se ipsum mouere. Quod uerò dixit ARI. omne quod mouetur ab alio mouetur, loquitur de motu uero PL. uerò de motu similitudinario, ut dicere

cere consueuimus ἑαυτὸν τιμωρούμενος *idest se ipsum puniens, non alter qui puniat, & alter qui punitur. Et cum se perdere, se inuolare, se liberare dicitur, non alter qui liberat, & alter qui liberatur.*

Ad 4. quod est principium &c. Multiplex hic deceptio est. prima est, quod est principium motus non est sicuti quod est principium lineæ non secus dicimus nos, de anima quæ est principium motus non tamen dicimus eam esse motum, sed numerum motus secundum prius & posterius. Sed debebat sic dicere, quod est principiū nō se mouet, & hoc verè dici potest eadē specie motus, sed de alia specie motus non tenet. Nam intelligentia nonne mouet orbem motu vero, & hoc per intellectum? nō tollitur propter hoc quin se ipsam moueat motu intellectionis.

Ad 5. in hac diffinitione duo contraria in anima minime ponimus sicuti in responsione ad tertium iam diximus se ipsum cruciare, se ipsum liberare, cū.n. sic loquimur non intelligimus alium esse qui cruciat, & alium qui cruciatur, sed idem prorsus, sicut in abstractis à materia, idem est intelligens & intellectum, vt iam sæpe numero dictum est.

Ad 6. si motus esset de essentia animæ, anima semper &c. dicimus aĩam semper mouere corpus secundum aliquam sui potentiam, licet semꝑ nō moueat corpus localiter, nutritiua autē q-

diu homo viuit, ſemper nutrit, motus ille nonne eſt ab anima? Cor nonne ſemper mouetur & pulmo? à quo factus eſt ille motus? prorſus ab anima. Si vero de intellectiua loquamur, & in ſe contempletur ſemper ſe ipſam intelliget, ſicuti de intelligentijs loquimur. Vnde cum animæ natura vendicet ſibi motum, quies ei omnino repugnat, non tamen ea quæ aduerſatur motui locali, ſed quæ opponitur motui metaphorico. Singula enim ſingulis referenda ſunt.

Ad 7. quod alicui per ſe. &c. dicimus veram eſſe maiorem propoſitionem, quia eum motũ verũ ac realẽ, quẽ cauſat anima in corpus nõ cauſat in ſe, ſed bene alium motum vtpote intellectionis, quod vero poſtea ſub infert, ergo non erit motus in anima, non valet; quia ab vno particulari ad ſuam vniuerſalem non valet. Nam motus localis quem cauſat in orbe, non eſt in anima, ergo non eſt motus intellectionis in anima? non tenet arg. &c. Notanda eſt enim quod ſicut calor in igne cauſa eſt caloris in ligno, quem licet in ſe non cauſet, magis tamen in eo reperitur cum in eo congenitus ſit.

Ad 8. Omne quod mouetur &c. vera eſt illa maior de motu vero & reali, quem ſi quis vult exercere, aliquo inſtrumento eget, cum ſit actio tranſiens in exteriorem materiam, ut dicebamus, primum rerum omnium opificem alterare hæc omnia mediante cœlo, verum ſi qua in

telligentia

telligentia se intelligat uel anima separata, quia sic à P L A. contemplatur, actus ille cum sit elicitus & immanens, non eget instrumento &c.

Ad 9. Maior illa tenet de motu uero & reali & non de motu metaphorico & intentionali, & anima mouetur intelligendo & appetendo, ideo non ualet. Et si anima mouetur loco, dum est in corpore, hoc erit per accidens: quomodo autem loco moueatur, dum est separata, adhuc nõ est satis perspicuum ac definitum apud ARI. neque etiam si remanet separata. Dicit nume. 12. met. Si autem aliquid manet posterius perscrutãdum est, in quibusdam enim nihil prohibet, ut si anima talem, non omnis, sed intellectus. Omne namq; impossibile forsan. Ecce quomodo etiam de anima intellectiua sub dubio ponit. Verũ quod remaneat anima a corpore separata quod moueatur, secundum P L A. non est ambigendum, & ut ex multis at pene infinitis referam, quod ipse dicit in Phedo. de animabus prauorum. Fertur circa monumenta, sepulchraque reuoluitur, circa quæ iam non nulla apparuerunt animarum vmbrosa phantasmata, qualia preferunt simulachra, tales animæ quæ non pure decesserunt à corpore, sed uisibile aliquid trahentes, quo fit ut videri possint. hæc ille. Quomodo autẽ moueatur non declarauit, verum à Theol. nostris petenda sunt. t.c. 17.

Ad 10. breuiter dicimus: animam se ipsam

moueri motu methaphorico, & cum dicis intelligere esse actum totius coniuncti & non animæ solius, dicimus animam duplicitur considerari posse, vel ante vnionem corporis, & sic non est actio coniuncti, & sic eam considerauit: vel post vnionem, & ita est actio totius coniuncti, & eam hoc pacto considerauit ARI. modo ad secundam argumentorum seriem accedamus.

Ad primũ. Cum PLA. de anima loquitur, aut de anima mundi & orbium, aut de anima humana loquitur, plantarum vero animas aut brutorum, non animas, sed vitas appellabat. De omni vero anima intelligit, cum de anima loquitur PLA. exclusis illis vitis quæ uerè animæ dici non possunt, & quia intra ambitũ animæ non includuntur vitæ istæ, ideo ratio nulla. Anima autem mundi, vel anima humana, non est magnitudo continua formaliter, sed quia aliquãdo rectè mouentur, vtpote, quando rerum materialium, quiditates intuentur, & sic lineæ rectæ assimilatur, & aliquando ab earum notitia reflectũtur in suarum cognitionum, vel in notitiam fantasmatum, quando super fantasiam reflectitur, & sic circulo assimilantur. Sic animam intelligimus per illas figuras geometricas.

Ad 2. diuinè admodum dixit simp. ARI. Præceptoris sui PLA. sententiæ fauet dicendo animam magis esse quantitatem discretam, vt pote numerum, quàm quantitatem continuam, vt iam

vt iam supra declaratum est.

Ad 3. dicimus rationem sequi ex falso intellectu: immaginatur enim ARI. PLA. animam magnitudinem continuam formaliter posuisse, & non secundum quandam similitudinem. Ad rem ergo accedentes dicimus. Quinque modis dicitur contactus mathematicus, naturalis, virtualis, essentialis, & intellectualis. Nam cum intellectus magnitudinẽ intelligit contingit illã, at ille contactus non est mathematicus, quia est substantia carens quantitate, nec est contactus naturalis, cum contingens & contactam non communicant in qualitate tangibili, nec virtualis, contingit cœlum ista inferiora motu & lumine, motu. s. vero, at intellectus si intelligibile contingit hoc erit motu metaphorico, nec contactu essentiali secundum quod forma contingit materiam mediante quantitate, & loquor de formis eductis de potentia materiæ secundum esse & dispositiones, & hoc propter animam intellectiuam secundum latinos, quæ solum educitur dispositiuę, sed iste de quo loquimur appellatur contactus intellectualis, qui est maior quolibet, essentiali, naturali, mathematico, vel virtuali, nã intellectus unitus intelligibili mediãte specie telligibili quæ abstracta est & à materia & à conditionibus materiæ, ob id inquit ARI. lapis non est in anima, sed species lapidis, & quia species indiuisibilis est, ideo indiuisibiliter vnitur

tur dicit enim Auer. 3. de anima c. 5. magis fit vnum ex intellectu & intelligibili, quàm ex materia & forma, quia cum forma educta, ut supra diximus vnitur materia mediante quantitate totum educitur de toto & pars de parte, at intellectus cum non sit forma educta, erit totus in toto & totus in qualibet parte, & cum ei vnitur intelligibile & non per quantitatem, sed per speciem intelligibilem, quæ indiuisibilis est, ob id grauiter decipitur, vt quisque facile videre potest.

Ad 4. dicimus etiam id ipsum sequi ex falsa immaginatione s. animam esse magnitudinem essentialiter, & in se continere partes sectiles, & puncta quæ diuidi non possunt, verum nos ut principio diximus, non hæc admittimus.

Ad 5. nõ est absurdum animam nunquam à sua intellectione cadere posse, ut dicunt qui vnũ intellectum in tota sphera humana ponunt, qui est semper felix non in hoc vel in illo, sed in se, sed si in aliquo particulari hoc est in postremo vitæ sicut dicit Auer. 3. de anima. Vel dicendum est, rationem tenere de intelligentijs vel de anima mundi, sed de anima humana minime, quia aliquando fertur recte, aliquando circulariter &c.

Ad 6. dicimus intellectionem assimilari quieti & motui: quieti quoniam qui intelligit & recte vult phylosophari, non opus est ut curis

ris ac ſolicitudinibus familiaribus ſit ſimplicitus: aſsimilatur motui; quia intelligere conſiſtit in quodam pati, & iudicare in quodam agere, & vtrumque metaphorice & non vere vt ſæpenumero à nobis dictum eſt.

Ad 7. Maior uera eſt de motu vero, ſed de motu metha. & ſimilitudinario non eſt inconueniens animam, quæ impartibilis eſt, moueri poſſe motu intellectionis.

Ad 8. dicimus P L A. dixiſſe animam corpore vti ut inſtrumento, utique uerum eſt; quia corpus animæ inſtrumentum eſt, verum duo genera inſtrumentorum ſunt; unum coniunctum, & unum diſiunctum, coniunctum ut brachium, manus. Nam A R I. ſecundo de anima dicit: Animam eſſe actum corporis phyſici, organici &c. quod eſt dictu organici? idem quod inſtrumentale. Quod uero dicit animam eſſe propter corpus quòd eſt abſurdum, dicimus ſi propter dicit cauſam finalem, finis eſt duplex quo, & cuius gratia, primo modo non eſt inconueniens animam eſſe propter corpus, verum ſecundo modo non eſt, immo econtra. Quod vero dicit laborioſum eſſet animam corpori uniri. Dicimus uerum eſſet hoc, ſi corpus eſſet inſtrumentum diſiunctum. P L A. enim ob id dixit humanum oorpus eſſe inſtrumentum animæ, vt oſtenderet animam habere aliam actionem longe ea præſtantiorem quæ cum

corpore

corpore communicat, nonne dicit ARI. secundo de anima, eam vniri corpori sicuti nauta naui? Dicimus enim in via Auer. animam habere duplicem operationem, alteram quæ est per intellectum speculatiuum quam communicat cum corpore, & alteram quæ est per intellectum adeptum, quæ, ut inquit Auer. non currit cursu naturalis phylosophiæ, eo quod non pendeat à corpore, neque subiectiue, neque obiectiue. Vnde non valet, anima habet alteram actionem longe nobiliorem ea quæ uergit in corpus, ergo difficiliori modo unitur corpori per speculatiuum intellectum, quàm per intellectum adeptum.

t. c. 11.

Ad 9. dicimus animam cœli esse causam motus cœli circulo, quia sic congruit illi corpori habenti talem figuram. Motus vero & circularis & rectus, qui animæ attribuitur, non est motus uerus quem ipsa tribuit cœlo, sed metaphoricus, ut iam milies dictum est. & cæt.

Ad vltimam classem argumentorum accedentes, priusquam rationes contrarium dissoluamus, repetamus quæ de numeris disseruimus. Tria enim diximus esse numerorũ genera: primum est numerus numerans, secundum numerus quo numeramus 3. numerus numeratus, hæc tria genera, quia prius declarata sunt, non repeto. Dicimus itaque animam esse

nume-

numerum numerantem, ſicuti iam diximus in tractatu de tempore: nam anima in motu primi nobilis facit numerum, quando hoc moueri prius concipit diſtinctum ab hoc moueri poſterius. Iſte uero numerus ex unitatibus non conſtat, cum ſit ſubſtantia ſimplex, uerum quia nō eſt adeo ſimplex, ut Deus, (qui ſumme unus eſt, cadens itaq; ab hac unitate facit numerum, quia omnis natura à primo dependes quoquomodo compoſita eſt uel ex poſtiuo & priuatiuo, ut de ſecundis intelligentijs inquiunt Auerro. iſtæ, uel ex eſſe & eſſentia, ut de eiſdem dicunt latini, uel ex materia & forma, ut generabilia & corruptibilia ut dicunt omnes. Sed anima quō compoſita? ſecundū Auer: ex partibus eſſentialibus, ſecundū latinos ex partibus poteſtatiuis. Sed ſecundum Simpli. idem eſt intellectus agens, & poſſibilis ſecundum diuerſas habitudines, animam tamen dicimus eſſe compoſitam, & ſi non ex his, tum erit compoſita huic. Ad rem ergo accedentes dicamus animā eſſe numerum numerantem, qui non conſtat ex unitatibus, & mouere ſe ipſam, quia ſe ipſam intelligit, ſicut dicimus ignem per ſe primo calidum, quia non nāciſcitur caliditatem ab alio.

Ad ſecundum dicimus ex mala intelligentia proficiſci: imaginatur enim animam eſſe numerum ex unitatibus mobilibus compoſitum, uerum nos diximus eſſe numerum monodicum &

non

non numerum quo numeramus neque numerus numeratus.

Ad tertium dicimus PLA. cum loquitur, uel loquitur de anima mundi aut de aīa humana, uegetatiua uerò & sensitiua potius uitæ quā animæ merentur appellari, instantia ergo quæ fit de his animabus non valet, cum dicunt substracta unitate ab his non remanet idem numerus qui animæ non sunt, sed uitæ, unitates uerò ab anima humana auferri non possunt cum ex his non constat &c.

Ad quartum: opinionem PLA. non conuenire cum opinione Demo. quia Demo. dixit animam constare ex corporibus illis attomalibus, PLA. uerò non dixit: animam componi ex unitatibus mobilibus, sed esse numerum numerantē qui est numerus monodicus &c.

Ad quintum dicimus argumentum laborare in equiuoco, quia anima non constat ex his vnitatibus, sed est numerus numerans, in genere substantiæ celebratus, & nō in genere quantitatis. Et ita fit satis sexto, septimo, & octauo &c.

Ad nonum: minor est falsa, quia diligenter diffinitione illa considerata in ea, omnes illæ conditiones ab ARI. & Auer. positæ inueniuntur, per illam enim declaratur substantia animæ tolluntur omnes difficultates de medio & declaratur inhærentia passionum de subiecto. Dixit
fo.149. *enim PLA in sophi. siquidem cognoscere agere*

aliquid

aliquid est, cognosci uero pati, quo cognoscitur pateretur. Et idcirco essentia hac ratione pati ex ipsa cognitione contingeret dum cognoscitur & quatenus cognoscitur eatenus, & quatenus patitur eatenus moueri. Quo circa rem stabilē fieri non posse dicimus hac ille. Ex quo cum anima seipsam intelligat, ipsa se ipsam mouet & mouetur. Hæc sunt quæ in hac ardua controuersia digna dicenda esse iudicaui &c.

Libri Tertii Finis.

DE REMINISCENTIA

LIBER QVARTVS.



Onsideranti mihi qua ratione in nobis disciplinæ ac scientiæ inascantur (Opt. Princ.) an scilicet de nouo in animo imprimantur, sicuti in cera sigillũ, an, quibusdam animo seminibus disciplinarum insidentibus, nihil ab extra recipiat animus, sed uel sui uel præceptoris industria quasi à somno euigilans, aliquid meditari incipiat quod iam corporis impedimento obliuioni tradiderat, illud Maximi Tyrij uiri eruditiss. ac Platonicæ disciplinæ studiosiss. in mentẽ uenit. Quod cum adeo lepidum sit, ac per pulchrum, non grauabor huic meæ disputationi inserere. Inquit enim. Cretensis quidam Athenas olim uenit Epimedines nomine, cum eiusmodi narratione, quæ multum uideretur à fide aborrere: se uidelicet interdiu in antro dicto Iouis quiescentem, altissimo correptum somno per multis continuis annis abdormisse, sopitumq; in somnis congressum habuisse cum dijs, cum diuinis eloquijs, cum iustitia præterea & ueritate. Fabulã hanc horsum spectare crediderim: ut intelligere liceret, terrenam hanc uitam ab animis, somno

cuidam

cuidam longo, multosq; in annos traducto, per similem putari. Sed tamen fabulam maiorem auctoritatem habituram, siquidem Epimedines cum ipsa uersus illos, quos Homerus de somnijs cecinit, iunxisset. Eorum est sensus: duas esse portas tenuium somniorum, eburneam alterã, alteram corneã, fieriq; propterea, ut ea somnia, quæ è cornea porta egrediãtur & ueritatẽ secũ afferant & fidem: quæ uerò ex eburnea illa emittuntur uanissima sint penitus & mendacissima, nihil ad animum referant, quod uigiliam sapiat. Horsum spectabat? Epimedinis sermo siue ille commetitius fuit, siue narratio seria. Quid enim aliud est hominum uita præter quã somniũ manifestum, per quam animus demersus in corpus per nimia (ut ita dixerim) satietate ac crapula uix rerum somniat substantias? Et si satis ab usu docemur, maximam animorum partem ab eburnea porta somnia accipere. Siquis tamen ex his purus sobriusve sit, aut saltem minimũ à satietate & crapula tactus, credibile nimirũ est, huic ab altera porta manifesta, distincta, ueroq; proxima somnia euenire. Cuius modi fuit illud Epimenidis. Pythagoras samius Græcorum primus ausus est dicere, corpus quidem suũ quãdoq; morti cessurum: animum uerò quasi & ipsius corporis funere euolaturum, à morte pariter ac senectute immunem. Qui etiam antequã corpus induisset habuerit uitam. Is hæc dicens,

explanatio formæ.

P fidem

fidem meruit apud cæteros græcos:creditumquè eſt illum,aliud iam olim in terra corpus habuiſſe,quod tum Tricus fuit Euphorbus. Credulitas autem illa hinc robur accepit. Ingreſſus Palladis templum,in quo erant multæ ac uariæ dedicatorum munerum ſpecies, in his clipeum figura Phrigium uetuſtate iam conſumptum. hũc cum Pythagoras uidiſſet, clypeum agnoſco meũ quem mihi interfector meus abſtulit in Ilienſi pugna. Cuius cum admiratione ſermonis capti incolæ eſſent, ſuſpenſum detrahunt clipeum, in eoque hoc epigramma ſcriptum inueniunt. PALLADI MENELAVS AB EVPHORBO. Vis ne narrationem aliam afferam? Ita opinor. Proconenſi hominis corpus iacere olim ſepius eſt uiſum,exiguum uſque adeo ſpiritum retinens,ut minime diſtaret à morte: cũ interea aĩus è corpore egreſſus,alitis ĩſtar uni que uagaretur in aere ſubiectã aſpiciẽs terram, mare oẽs urbes,gẽtes, uariaſq́; hoĩm affectiones ac naturas. Is cũ rurſus reuerteretur ĩ corpus excitans ipſum, quæcunq; in ea peregrinatione audiſſet ac uidiſſet eadem ordine omnia ex corpore uelut ex organo quodam loquebatur. Dices quid tandem Epimedines,Pythagoras, & Ariſteas ſignificare uoluerint? quid nam aliud quam optimo animam uiri,ubi ſe à uoluptatibus atque effectionibus corporis(cum quibus conſuetudinẽ prius habuiſſet) exoluens earum perturbationẽ

effugerit

effugerit, ad mentem de integro conuersum, rerum relictis simulacris ueritatem affingere? Ea res aptissime potest cõparari cum pulcherrimo quodam somno clarimorum pleno somniorũ: ipsumq; animum altissime sublatũ intellige, haud ipsorum montium uerticibus, perq; aerem nubilum & conutatum incedere, sed sublimius uectu per aeterem, inconcussum tranquillitate quieteq; comitibus, sine molestia prouehi ad ueritatis aspectum. Eius autem perfectionis uiam cuiusmodi esse dixerimus, quove eam nomine aptissime dicemus? An magis, unam rem duplici nomine, disciplinam simul & reminiscentiã appellare uelimus? Sanè hoc quod assequi dicimus animo, potest cum accidentiis oculi conferri. Is cũ insitam habeat cernendi uim calamitatem interdum eiusmodi patitur, ut ob id quod cernendi instrumentum circunsidetur à nebula, spectabilium rerum congressione priuetur: cui si interueniens ars restituerit uisum eã nequaquam intellige uidẽdi infundere uirtutẽ, sed potius impedimentũ aufferẽtẽ liberũ reddere luminibus excursum. Eodem animũ modo existimes uelim: uim esse natura prospicientem, atque intelligentem substantias rerum huic communi corporum calamitate accidere, ut offusa caligo aspectũ eripiat, aciem obtundat, propriumq; ignem extinguat, demum rationis artem accedere quae uelu ti medicus quidam non animo scientiam (quam

nequaquã prius habuerit) cõferat, ſed quæ integra olim exiſtẽs, poſt impedita, tenuis torpẽsquè fuit iã clariſſime excitet. hæc ille. Volui autẽ hãc longam ex Maximo Tyrio uerborum ſeriẽ ante oculos ponere, ut intelligeremus qua ratione in nobis ſcientia, ac rerum peritia generetur, non quod ea omnia quæ retulimus & quod opti. iſte uir recenſuit, & Pythagoræ, & Epimenidinis ac Euphorbij uera ſint, ſed huius noſtræ diſputationis exornandi amplificandiq́ gratia adduximus. Res enim de qua ſermo habendus eſt, adeo perdificilis eſt, ut non facile ad eã perueni re poſſemus niſi exemplis ac rerum ſenſilium cõparatione deduceremus. Verum quia Maximus iſte uir, cui præcipuè nomen hoc congruit rẽ hanc adeo illuſtrauit exemplis, ornauit ſermonibus, phyloſophorum auctoritatibus confirmauit ut nihil à uiris eruditis amplius deſiderari poſſet, placuit principio huius noſtræ diſputationis uerba eius ponere. Audi obſecro te (Inuictiſſ. Dux) quanta faciliter ſciẽtiarum partum in nobis aperiat. Dixerat mentem iam fætam ac refertam formarum, ac idearum ſimulacris, at corporis caligine tenebatur, quominus partum in lucem ederet, effunderetq́, qua uel præceptoris induſtria uel literaria exercitatione fugata mens iam libera ac ab his impedimentis ſoluta, parit quod animo retinebat. Dicit enim. In quo idem ferè obſequium interuenit, quod obſtetrices paren-

obſtetricis officium.

parentibus præstant. Hæ nanque eruditus adhibent manus, suscipiunt fœtum, dolores mulcent, maturum partum in lucem educunt puerpera excutiant periculum. Similiter ratio prægnantem animum doloribusquè plenum obstetricatur. In quibus plurimi uel obstetricis imperitia, uel dolorum uehementia, uel etiam ignauia seminis, abortum emittunt, pauci admodum rariq; animi absolute pariunt: ex quibus si suscipitur proles, ea nimirum legitima integraq; est, & patrem apertissime testatur. Proinde animi conceptio dicitur mens, dolores sensus, partus reminiscentia: animosq; omnes intellige natura cõcipere, sensu sustinere dolores, parere ratione.

Quẽadmodũ natura non recipit quicquam nisi ex semine oriri, sed potius quodcũnque procreatur, similitudinem suam seminis deferre, ut hominẽ hominis, bouem bouis, oleam oleæ, uitem uitis, sic etiam animus si ueritatem intelligit necesse plane hunc esse, uerarũ seminibus rerum imbutum esse: quas quidem & esse, & semper esse, & sempiternas substantias esse, & immortales esse dicendũ est. Propterea florem quempiã, maturumq; fœtum ex animi semine esse. Sic igitur animus quẽadmodum & corpus, mortale est corruptioni, dissolutioni, putrediniq; patens, nihil sane de eo aliqua cum dignitate loqui possum. Neque .n. de corpore licet quãdoquidẽ caducus aĩus sit maxime labilis, uagus, infidus obscurus ac furiosus.

riosus. Cuiusmodi naturā si animus habeat, quod natura is, uel scire, uel reminisci, uel discere ualeatur, hæc ille. Animaduerte (Opt. Princ.) quā pulchre, quam elegāter, quam ve exacte mentis partū nobis quasi penicillo depīxerit, statueritq; in animo ea uirtutum ac scientiarum semina, quæ, neque academicorum seu peripateticorū disciplinæ erūt aliena, ut in progressu huius nostræ disputationis ostendemus. Animus .n. humanus sui ipsius doctor ac præceptor est, adiutus tum à Dijs immortalibus, ut Pythagoræ ac PLA. oracula testantur. Quin etiam Home. ante hos, cui animi apud inferos loquūtur, & interdū diuinatorij sunt, in quibus citharedus quidam celeberrimus hæc ait.

Ipse mihi doctor, tribuerunt nomina uocem.

Verissime profecto loquitur. Ipse.n. sui doctor est animus, sine artificio quopiam, eiq; ex deorū munere suppletur, ut naturalem scientiam habeat. Huius rei non ignarus interpres quidam ARI. dicit intrinsecus enim doctor est qui mentē illuminat ac ueritatē ostēdit. Præceptoris uerò munus ac in suos docēdo discipulos labor, est ad instar cotis, nā sicut in acuendo gladium partes illas crassiores remouet, acutiē uero minime tribuit, uimq; illam incidendi dura q̃ à natura accepit, sic animus humanus præceptoris industria quadā disciplinarum impedimēta deponit, ut libere ac expedite phylosophari possit. Alter uerò

Linc 1. post.

huius uiri argumentũ ad hoc ipſum comprobandum adducere nõ grauabimur. Inquit enim. An uerò animãtia cætera haud aliũde, quã à ſe ipſis proprias actiones ediſcãt, neque aliquẽ cognoſcere licet, qui uel leones ad uires cõparandas, uel cerui ad fugam, uel ad currendũ equi præceptor exiſtat. Ipſe & aues ſcientiam à ſe auriant, quæ ſcilicet in uerticibus arborum, propria arte conſeruant nidos, & araneæ ex tenuiſſimo filo ſibi indito, retia nectant, quibus in aere uenentur, nullosquè præceptores in ex cauandis latibulis, uel piſces in barathris habeant, ac reliquæ dein de animalium artes, quibus ſalutem propriam tuentur, ſingulis ſint inſitæ generibus, homini autem cunctorum animalium (quantum ad intelligentiam attinet) facile principi, aliunde quam à ſeipſo ſcire ſuum obueniet ? Minime gentium id erit. hæc ille. Pulchra quidem ratiocinatio eſt, & tanto uiro digna, quam etiam confirmat argumento diuiſiuo & inquit. Omnis peritia ſeu ſcientia aut in adiſcendo aut in inueniendo eſt, à præceptore diſcendo minime id fieri poteſt. Nam quærendum eſſet à quo eam ipſe acceperit uel ab alio præceptore, uel quomodo id factũm eſt, & quia in immenſum proficiſci non poſſumus dicendum eſt primum auctorem à ſe ex ipſis uirtutum ac ſcientiarum ſeminibus inueniſſe. Audiamus obſecro illum loquẽtem. Neceſſe namq;

eſt eum aut inueniendo aut diſcendo ſcire quorum ad alterum propter imbecillitatem ſuam aſpirare non poteſt, ſi ita eſt ut animorum ſubſtantiæ ſcientiam inuiderit natura. Nam ſiquid inuenerit quomodo uteretur inuento, cum eius uſum ignoret? Si enim mediterraneus uir (ut ex Homeri loquar ſentẽtia) temoni occurrat, dicet moleſtum ſe onus humeris geſtare. Hinc & diſcendi ſtudioſus, ſi ignaro præceptori operam det, nullam ex petitæ diſciplinæ ſcientiã acquiret. Si peritiam ſectetur & diſcendi compos euadat, ex eius quæram doctore, quemadmodum ipſe ſcientiam, quam docet acceperit? Aut enim inueniſſe, aut didiciſſe ſe dicet. At ſi quidem inuenerit, qui nam utatur inuento, nihil ipſum intelligens? Sin ex præceptore quopiam auſerit, ad præceptorem conuerſus libenter iucundequè idẽ percunctabor. At ubi percunctandi finem faciemus? quove loco conſiſtit diſcendi ab aliis modus? Incurrere enim omnino ratiocinationem in eum, qui id quod acquirimus nequaquam ab alio acceperit, ſed ſuopte inuenerit ingenio, cui eadem illa dicenda erunt, quo quidem cognito, ſtatim appareat ratio, quæ nobis quæſtionem exoluat. Quare animi inuentio in digna in ipſo exiſtens, eiusq; ex ſemine orta, uel potius animo inſita, quid nam aliud, quàm ueram opinionem excitatio ſit? quarũ excitatio atq; ordo ſciẽtiæ nomẽ accepit. hæc ille. Et ſi multa alia de reminiſcentia

scentia loquatur, quæ etiam scitu forte dignæ essent, verum quia non satis firma ac rationibus roborata, atque cum ea facilitate qua ab eo recitata sunt possent ab aduersarijs confutari, ob id ea obmittenda censui. Sed duplicem illam animi vitam non reticendam duxi, altera enim est pura ac clarissima, & à nullis calamitatibus tentata: altera turbulenta, concitata, ac diuersis fortunæ casibus simplicita: ex vltima hac animus ambiguitatis tenebris perfunditur: perindeque eius mens, vt temulentorum est morbus, in torporem inducitur. His videlicet morbis impeditissima (ut ita dixerim) in gurgitatione ægrotat animus, proximeque ad insaniam accedit. Qui, si se ipsum reuocare aliquantulum cæperit, neque ad summũ decipitur, neque omnino syncera vtitur ratione: sed medius veluti ignorantiæ rationisq; confinio, sedet. Sin penitus ex hac fece tanquam ex Cymeriorum regione in clarissimã æteris lucem ĩmigrarit, liber à cupitatibus, liber à morbo, liber ab erumnis penitus fit, tuncque veritatem perspicit, & cum ratione perpendit. Tunc cum dijs & cum deorum filijs miscetur. Tunc etiam extremum cœli fornicem transcendens cum melioribus versatur dijs, & ad eorum militiam ascribitur, atque vni imperatori, ducique Ioui operam nauans, veritatis vere recordatur. Nunc autem diuinarum reminiscitur rerum. Itemq; tunc fiducia est plenus, Vita animi duplex

nunc

nunc autem fallitur. Robuſtus vero animus probum dæmonem ſortitus, etiam hic affectionum tumultui reſiſtit, ſeque quo ad proprie ſe ferunt vires a conſuetudine corporis abducit, veterum illorum ſpectaculorum memoriam excitat. Propterea coniiciunt poetæ memoriam matrem eſſe muſarum, & appellant ſcientias muſas diuiniſſimum nimirum chorum, Iouisque opus, memoria genitas, compoſitasque. Muſis igitur & memoriæ danda eſt opera, hæc ille. Omnia vero hæc quæ Maximus Tyrius tam longo ſermone enarrauit ideo cõplexi ſumus, quia ea à P L A. acceperat, clariora ac illuſtrioraq́; fecerat, & ratione dicendi ac rerum exemplis, ob id vt magis animum tuum (Opt. Prin.) ad capeſſendam altiſſimam hanc veritatem diſponeremus, in medium adducere decreuimus. Modo ſupereſt vt P L A. loca adducamus in quibus hæc omnia ipſe ſelegit. Principio quod ipſe hominis uitam altiſſimo ſomno per ſimilem retulit, atque ſomni duas fores ſtatuit alteram corneam è qua vera
fo. 384 in cal. *ra ſomnia emergebant, altera vero eburnea, è qua inania ac mendoſa ex Charmide ſeu de tẽperantia accepit. Quod vero animarum migra-*
fo. 702 & 703 *tionem Phytagoræ doctrinam ſecutus retulit, ab eodem P L A. deſumpſit, decimo de Repub. in calce vbi ĩ varias ac diuerſas auiũ ac ferarum formas animas fuiſſe mutatas refert. Quod ſi harum rerum veram intelligentiam ab optimis plato-*

platonicis requiramus, non quidem ſecundum naturam mutationem hanc intelligemus, ſed potius ſecundum mores, ac ſecundum diuerſa vitæ inſtituta. Quod vero animus ſit ante corpus & ſcire ſit quoddã reminiſci accepit in Phædone. Inquit enim P L. A. Eſt enim vt inquit ille, ò Cebes velut mihi videtur maxime omnium, ita vt diximus, & nos eadem hæc, ut qui non decipiamur, confitemur & contingit reuera reuiuiſcere, & ex mortuis uiuentes fieri, & mortuorũ animas eſſe melius & bonis eſſe; malis autem deterius. Sed & ſecundum illorum ſermonem, inquit Cebes, ſi uerus eſt ò, Socrates, quem tu frequenter referre ſoles, quod diſcere nihil aliud ſit nobis, quam reuelari, & ſecundum hunc inquã, neceſſe eſt nos in priore quodam tempore didiciſſe ea, quæ nunc recordamur. Hoc autem fieri nõ poſſet, ſi non fuiſſet alicubi anima noſtra; priuſquam in hanc humanam ſpeciem deueniret. Quare & hac ratione immortale quid Anima eſſe videtur. At o Cebes, inquit Simmias, quales ſunt harum rerum demonſtrationes mihi in memoriam reuoca. Non enim in præſentia valde memini. Vna ratio eſt inquit Cebes, eaque optima, quod homines dum interrogantur, ſiquis recte interroget, ipſi omnia dicunt, quemadmodum omnia ſe habent: & quidem ſi non ſcientia in ipſis ineſſet; & ratio recta, hoc ſane facere non poſſent. Deinde ſiquis ad geo- fo. 40.

geometricas figuras ac tabulas, aut aliud huiuſmodi ducat, hic clariſſ. deprahendet hoc ita ſe habere. Si uero huic rationi ò Simmia fidem nō habes, inquit Socrates, conſidera an hoc modo tibi rea expendenti conſentire nobis videatur. Suſpectum enim hoc habes quomodo diſciplina, vt vocant, ſit recordatio. Non equidem ſuſpectum habe, inquit Simmias, ſed hoc ipſum vt diſcā opus habeo recordari nimirum, de quo ſermo eſt, & fere ex his quæ Cebes dicere aggreſſus eſt, iā memini & credo: Et tamen nihilominus libenter audiuerim nunc quomodo tu dicere inſtituiſti. Hoc modo inquit ille. Confitemur equidem, ſiquis aliquid recordetur, oportere ipsū hoc prius aliquando ſciuiſſe. Maxime inquit. Nunc igitur, & hoc confitemur quū ſciētia tali modo acceſſerit, recordationem eſſe. Quē autem dico modum? hunc. Siquis aliud quid aut viderit, aut audiuerit, aut aliquo ſenſu perceperit, & non ſolum illud cognouerit, ſed etiam de alio cogitarit, cuius non eadem eſt ſcientia ſed alia, non ne iuſte dicimus, quod hoc recordatus ſit, de quo ipſi cogitatio incidit? Quomodo dicis? velut verbi gratia. Alia eſt ſcientia hominis alia liræ. Quid ni? Noſti ne ergo hoc amatoribus accidere, ubi liram, aut veſtem, aut aliud quid viderint, ex his quibus hi quos amant, vti ſolent, qđ videlicet & liram agnoſcunt & formam pueri cuius lira eſt cogitatione verſantur? Hoc autem

De cognitione diſtictio.

tem

tem est recordatio. hæc ille. Et in eodem opere paulo infra inquit. Necesse est ergo vt appareat anteaquam nasceremur ipsam nos adeptos esse. Apparet. Non ne si accepta ipsa antea quam nasceremur habentes ipsam nati sumus, nouimus etiam prius quam nasceremur, & statim vt nati fuimus non solum æquale & maius ac minus, sed etiam omnia huius? Non enim de æquali nunc nobis magis sermo est, quam etiam de ipso pulchro, & bono, & iusto & sancto, & de omnibus quæ inter interrogandum ac respondẽdum hoc velut sigillo quod est, obsignamus, vt necessarium sit, nos horum omnium scientiam ante natiuitatem adeptos esse. Est ita. Et siquidem has adepti non subinde obliuisceremur, ignaros semper esse, & semper per vita scire. Hoc enim est scire, acceptam alicuius scientiam habere, & non amittere. Aut non hoc obliuionem dicimus scientiæ scilicet amissionem? Prorsus inquit ò, Socrates. Si vero ante natiuitatem has adepti, nati iam ipsas amisimus, postea vero sensibus vti, circa ipsas, illas scientias recuperauimus quas aliquando prius habuimus, non ne id quod discere uocamus, propriam scientiam recuperare fuerit? Hoc autem si recordari dixerimus recte sane dixerimus? Maxime. hæc ille. Hanc eandem sententiam in Menone seu de virtute Scire quid

retulit.

retulit. Repetere autem ipſum (inquit Socrates) in ſe ipſo ſcientiam nonne recordari eſt? Men. Maxime. Nunquid igitur ſcientiam quam nũo hic habet, aut accepit aliquando, aut ſemper habuit? Men. Etiam. Nonne ſiquidem ſemper habuit, ſemper etiam ſciens fuit? Si vero aliquando accepit non ſane in hac vita accipere potuit? At docuit quis hunc geometricam? Hic enim faciet eadem hæc de tota geometria, & de omnibus alijs diſciplinis &c. Et ſupra, hoc in eo-

fo. 503 *dem opere propoſito puerulo figura mathematica demonſtrat ſcientiam nihil aliud eſſe, quam reminiſcentia & inquit. Men. Ades huc puer. Soc. Græcus eſt & græce loquitur? Men. Admodum valde, domi natus. Soc. Animum itaque aduerte vtrum tibi videatur in memoriam reuocare, aut à me diſcere. Men. Imo aduertam. Soc. Dic itaque mihi o puer, cognoſcis quadrangulum, ſpatium tale eſſe? Pu. Ego ſane. Soc. Eſt igitur quadrangulum ſpatium, quod has omnes quatuor lineas æquales habet? Pu. Maxime. Soc. Nonne etiam has quæ per medium tendunt æquales habet. Pu. Etiam? Soc. Nonne eſſe poterit hmõi ſpatium & maius & minus? Pu. Maxime. Soc. Si igitur eſſet latus hoc duorũ pedũ, & hoc duorum, quot pedum eſſet totum? Sic autem conſidera. Si in hoc latere duorum pedum eſſet, in illo vero vnius ſolum pedis, aliud quid, quam ſemel duorũ pedũ eſſet ſpatiũ? Pu. etiã Soc.*

quõ noſtrũ ſcire ſit reminiſci, probatur.

poſt-

postq̃ uerò duorũ pedũ et in illo latere est, aliud quidquam bis duorum pedum spatium fit? Pu. Fit. Soc. Duorum ergo pedum bis fit? Pu. etiam. Soc. Quid igitur sunt bis duo pedes? Supputatione facta dicito. Pu. Quatuor ò, socrates. Soc. Nonne fieri possit aliud huius spatij duplum eiusmodi quod omnes lineas æquales habeat quẽ admodum hoc? Pu. Etiam. Quot igitur erit pedum? Pu. Octo. Soc.

Age itaque conare mihi dicere, quanta erit una quaque illius linea, Huius enim linea duorum pedum est? Quanta uero illa illius dupli? Pu. Manifestum est ò, Socrates quod dupla. Vides o, Menonne nihil horum docere, sed omnia interrogare? Et nunc hic putat se scire quanta sit linea, à qua spatium hoc pedum efficiet. Aut non tibi videtur? Men. Mihi sane. Soc. Nouit igitur? Men. Non ita. Soc. Putat autem à dupla? Men. Etiam. Soc. Vide itaque ipsum deinceps recordantem velut recordari oportet. Tu vero mihi dicito à dupla linea duplex spatium fieri dicis, tale dico, non quod hoc latere lõgum sit, illo breue, sed æquale undique sit, velut hoc, at duplum huius octo pedum. Verum vide an adhuc à dupla fore videatur? hæc ille. Ex his & alijs quam plurimis PLA. demonstrare contendit, nostrum scire recordationem esse, volui tamen hanc ratiocinationem afferre, quia Max. Tyrius noster hoc genere demõstrationis

ad

ad hoc ipſum declarandum vſus eſt. Poſtea vero quàm iam ſatis declarauimus PLA. mentem, ſupereſt, vt ARI. ſententiam videamus. Verum quia memoria à recordatione ſeu reminiſcentia longe diſtat, prius inquibus differãt vidẽdum erit, & quid vtrumq́; ſit, & quomodo fere omnia quæ ARI. in libello de me: & remi. ſcripſit acceperit à PLA. oſtendemus.

Memoria & reminiſcentia non idem ſunt apud Ari.

ARI. in eo præſertim opere, vt iam diximus de memoria ac remi. non idem memoriam eſſe ac reminiſcentiam ſtatuit. Non enim qui memores ſunt, hi ad reminiſcentiam apti. Sed magna ex parte qui ingenio tardi memores ſunt, reminiſcẽtia vero pollent qui celeres, ac dociles exiſtunt. Sicuti qui in marmore vel in ære inſculpere contendunt, & ſi maiorem conatum adhibere debent, quàm in luto & in cera, immaginem tamen quam finxerunt diutius permanere conſpicius quàm in cera vel in aqua, ſic qui tardo ĩgenio ſunt tenacius ſuſceptam immaginem retinent, quã qui ingenio pollent. Sed ſicut ARI. ſecũdo de anima ex obiectis in potentiarum actus cognitionem deuenit, et ex actibus potentias ac vires declarat, non ſecus de ſen. et ſenſili, prius aperuit quod ſit memoriæ obiectum, quã actum, & prius actũ quam potẽtiam. Futura ergo; inquit, ac præſentia memorari non contingant, futura enim vel opinione, vel ſpe percipiunt, eſt enim ſcientia quadã ſpes. Sperat enim angur quippiã euen-

euenturum signis quibusdam edoctus. Quod vero præsens est illius quempiam non meminisse dicet, sed cernere ac percipere. Memoria ergo præsentis rei non erit, sed sensus, futuri spes, præteriti vero memoria. Quamobrem cum tempore omnis est memoria, ob id quæcunque tempus sentiũt animalia hæc sola recordantur. Verum homines non solum nudum solitariumq́; percipiunt tempus, sed sciunt etiam & cognoscunt quando viderunt quippiam, aut quando audierunt, temporisque differentias norunt præteritum à futuro distinguentes. Ratione vero carentia & bruta animalia præsens solumodo sentiunt tempus præteritumq; non plenè & determinate, ceu asellus qui cecidit videlicet nunc sentit, vel quòd prius in illam cecidit scrobem confuso modò dum illam cernit & contuetur. Futuram autem nullam habet comprehensionem. Se etiam in commentarijs de anima testatur ARI. declarasse nos non posse intelligere sine fantasia. Ideo ibidem dixerat nostrum intelligere aut fantasiam esse, aut nõ sine fantasia. Vnde quẽadmodũ sine sensationibus externis nulla est fantasia, hoc est dictu, nullus est actus fantasiæ, sic sine fantasmatibus, quæ à fantasia concipiuntur, & à memoria conseruantur intelligere nequimus. Fãtasmata.n. in memoria seruata supplẽt præsentiã rerũ vel quæ nõ sunt actu, fuerunt tamen aliquãdo sub sensu vel corrupta sunt. Cõcludit postremo & inquit. Intelligi

Bruta solum tẽpus præsẽs sentiũt.

 bilium

bilium vero rerum memoria non ſine fantaſmate eſt: propterea contẽplabilis quidẽ rei per accidens ſane erit, per ſe autẽ primi ſenſitiui. Quapropter & alijs quibuſdam ineſt animantibus, non ſolum hominibus, & opinione aut prudentia præditis: quod ſi intellectiuæ eſſet partis, non multum ſane aliorum ineſſet animaliũ, forteq; mortalium nulli, quando neque nunc omnibus, quoniam non omnia temporis ſenſum habent, ſemper enim quando memoria operatur (vt retro diximus) quod uidit hoc, aut audiuit, aut didicit, ſimul ſentit quod ante: Ante autem, aut poſt, ſunt in tẽpore. Cuius igitur partium animæ eſt memoria palam eſt, quod illius uidelicet cuius eſt fantaſia. Et memorabilia per ſe quidem ſunt quecumque imaginabilia exiſtunt: per accidens autem eorum quæcunque non ſine fantaſia, hæc ARI. Quæ ideo adduxi ut intelligeremus cuius partis animæ ſit memoria, ſcilicet ſenſitiuæ ſicuti etiam fantaſia. Ex his facile colligere ualemus memoriam non eſſe habitũ ſeu paſsionem intellectus, ſed potẽtiam ſenſitiuæ animæ quæ rerũ immagines conſeruat, obliteratas ac fere cõtaminatas inſtaurat. Sed iam neceſſario in eã difficultatẽ incidimus, an ſcilicet detur memoria intellectiua, nã ARI. memoriã ſolũ uerſari circa fantaſiabilia, ac ea quæ tẽpori ſubdũtur affirmauit. Si uero circa intelligibilia operatur; hoc eſt ꝑ accidens, ideo examinanda eſt hæc difficultas. Nõ

Memoria qd.

defuerunt

desuerunt qui forte his peripateticis rationibus commoti dixerint in ea animæ parte quæ intellectiua nuncupatur, memoriã non esse, potissimũ: si ideo ponimus memoriã ut rerum species, quæ actu non intelliguntur, conseruet. Ob id Auicen. solum in parte sensitiua statuit memoriam; cũ in ea sola species conseruetur, & non in intellectu possibili, quandoquidem non retineat species intelligibiles, nisi tandiu, quàm diu est in actuali earum apprehensione. At si intellectus possibilis vult de nouo exire in actum intelligendi, opus est, vt se iterum conuertat ad intellectum agentem, quem ipse ponit substantiam separatã: vt ab illo effluant species intelligibiles in intellectum possibilem. Et ex exercitio, & vsu conuertendi se ad intellectum agentem, reliquitur secundum ipsum in eodem intellectũ quidam scientiæ habitus. Secundum igitur huius uiri sententiam, nihil in parte intellectiua conseruatur quod non actu intelligatur. Verum hæc opinio iudicio meo repugnat, & Ari. & rationi. Ari. quidem qui. 3. de anima inquit, Cum aũt sic singula fiant vt sciens dicatur, qui secundum actũ, & quòd hoc accidit cum possit operari per se ipsum: est quidem igitur & tunc quodam modo, non tamen simpliciter, vt ante adiscere, aut inuenire. Dicitur ante intellectus possibilis fieri singula secundum cõem mentẽ exponentium, secundum quod recipit species singulorum. Ex

D. Th. 1. parte. q. 79 art. 6.

t. c. 8.

hoc ergo, quod recipit ſpecies intelligibilium habet, quòd poſsit operari cum voluerit, non autem quòd ſemper operetur: quia & tunc eſt quodammodo in potentia, ſed aliter quàm ante intelligere, eo, ſcilicet modo, quo ſciens in habitu eſt in potentia ad conſiderandum in actu. Nos uero contextum illum verborum ARI. longe aliter interpretari conſueuimus. iuxta diuinã Simplicij interpretationẽ, quæ vt magis perſpicua reddatur, prælntelligendum eſt, animam humanam nihil de nouo recipere ſpecierum, ſed illas ab ideis diuinis contigiſſe. Vnde à ſe ipſa progreſſa quandiu corporeis ſenſibus communicat, rerum quiditates minime percipere poteſt, at ſi qua earum notia in animo ſubit, ea eſt adeo accidentibus inuoluta, ut minime cognoſcere queat, ſed inter phyloſophandum à ſenſibus recedit, atque in ſe reuertitur fitq́; ſui ipſius compos. ſicq́; ſingula fit, non tamen per nouarum ſpecierum receptionem, ſed per nouam in hoc uel in illo homine receptionem intellectionum. Verum quia infra magis exacte de re hac dicturi ſumus, ideo rem hanc uſque ad eum locum differamus. Repugnat etiam, ut diximus rationi. Quod enim recipitur in aliquo, recipitur in eo, ſecundum modum recipientis. Intellectus autem eſt magis ſtabilis natura, & immobilis, quàm materia corporalis. Si ergo materia corporalis formas quas recipit non ſolum tenet dũ

per eas agit in actu, sed etiam postquàm agere cessauerit: multo fortius intellectus immobiliter, & inamissibiliter, ut ita loquar, recipit species intelligibiles, siue à sensibili acceptas, ut cõmunis phylosophantium scola opinatur, siue etiã ab aliquo superiori intellectu, seu ab ideis diuinis, ut PL. ac ARI. eius interpres senserunt effluxas. Sic igitur si memoria accipiatur solum pro ui conseruatiua specierum, oportet dicere memoriam esse in intellectiua parte. Si uerò de ratione memoriæ sit, quòd eius obiectum sit præteritum vt præteritum, memoria in parte intellectiua non erit, sed in sensitiua tantum, quæ est apprehensiua particularium. Præteritum enim, ut præteritum, cum significet esse sub determinato tempore, ad conditionẽ particularis pertinet. Verũ si hæc quæ iam diximus diligenter propendamus, facile cauillum quod nobis obijcere consueuerunt multi de medio tollemus. Dicebant enim. Memoria & brutis & hominibus communis est, at intellectus brutis non est communis, ergo nec memoria. Iam ergo patet quid huic difficultati dicendum est, scilicet eam memoriam, quæ in parte intellectiua resi det non esse nobis, & brutis communẽ, sed eam quæ in parte sensitiua uiget. Memoria uero, quam nos in intellectum ponimus, non est potentia ab intellectu distincta, sed propter munera ac functiones diuersas, uires duas animæ statui

cauill.

Sol.

Q 3 *mus.*

mus. Munus .n. intellectiuæ memoriæ eſt retinere ac conſeruare ſpecies, & ea animæ pars eſt,
t.c. 6. *de qua locutus eſt ARI. d. 3. de anima. Et bene dicentes ſunt animam eſſe locum ſpecierum, uerum non tota, ſed intellectiua, neque actu ſed potentia ſpecies. Laudat in hoc PLAT. præceptoris ſui ſententia, qui poſuit partem illam intellectiuam, quam nos intellectum posſibilem nominamus locum ſpecierum: nam ſicuti locus recipit, & conſeruat corpus in eo locatum non*
Dub. *ſecus pars hæc animæ. Verum ea uerba quæ ſequuntur, neque actu, ſed potentia ſpecies, aduerſari uidentur his quæ ſupra diximus. Nam licet non ponamus in anima ſpecies à rebus de nouo acceptas, non tamen negamus eas ab ideis diuinis infuſas ac deriuatas, ſi uerò ita res habet,*
t.c. 14. *bet, quomodo non erit actu ſed potentia ſpecies? Quod etiam auget difficultatem eſt id quod infra dicit ARI. Quoniam potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus. Sed actu nihil antequàm intelligat. Oportet autem ſic, ſicut in tabula nihil eſt actu ſcriptum: quod quidem accidit in intellectu. Prius dicit intellectu nihil eſſe rerum intelligibilium ante ipſum intelligere. Et poſtmodum inquit. Oportet autem ſic, ſicut in tabula nihil eſt actu ſcriptum. Quomodo ergo dicere poſſumus, animam refertam eſſe ſpecierum ac idearum, ſi nihil eſt ante ipſum intelligere, & ſi ſicuti tabula in qua nihil eſt depictum?*

ctum? Fiet satis huic difficultati si considerabimus animam à se progressam, ac quatenus ipsa uergit in corpus communicatq; cum alijs uitis, tunc enim nihil est actu eorum quæ intelligit, quo ad actum secundum, quòd est considerare, non tamen quo ad actum primum, quòd est ueluti scientia. Qui enim habitum possident, & usum illius non tenet, est perinde ac si habitum non haberent. Illud uero dictum intellectum, scilicet nostrum esse ad instar tabulæ in qua nihil est depictum ARI. à præceptore suo accepit PLAT. Inquit enim in Phile. uel de summo bono. So. Quid ergo? idem ne tu hic, quod ego sentis? Pro. Quid istud? So. videtur mihi tum hominis anima libello cuidam prosimilis. Pro. Qua ratione? Soc. Memoria in idem cum sensibus incidens, & ille, quæ circa ista passiones sunt, verba quædam in anima quodammodo inscribere mihi uidentur: cumq; uera scribũtur, passionem huiusmodi ueram opinionẽ dicimus, & orationes in nobis uere, ab hoc ipso proficiscuntur. At cum scriba hic noster falsa scribit contraria ueris eueniunt, &c. Perpende illud PLAT. verbum, scilicet Verba quædam in animo quodammodo inscribere mihi uidentur, non simpliciter dixit inscribere in animo, sed quodammodo, ut nobis indicaret animam iam accepisse species ab illis ideis diuinis, sed sensibus inuolutas, ac materiæ immersas non posse

fol. 73. in cal. Mar.

in actum ſecundū exire, ac in opus emergere, niſi ſint per actum phyloſophandi excitatæ, & ſic nouæ intellectiones reſpectu huius, uel illius hominis in animo depinguntur. Idem etiam dixit ARI. ſi recte animaduertamus verba eius, dicit enim. Quoniam potentia quodammodo eſt intelligibilia intellectus. Perpende illud uerbum quodammodo, non dixit intellectum eſſe ſimpliciter in potentia, quia habet illas ſpeties iam receptas, uerum in actum ſecundum egredi non poteſt, niſi fuerit à fantaſmatibus excitatus, ac prouocatus. Eſt enim, ut dicebat Tyrius noſter, uita humana inſtar ſomnij, anima ſiquidem in corpore ob ſenſuum ac materiæ multiplicem tumultum, iacet quaſi ſomno uinoq́ſ ſepulta. Rem uero hanc doctiſs. uir non proprio marte, ac ſuopte ingenio ſibi finxit, ſed ab
t.c.20. *ARI. libenter accepit. 7. de phy. aud. vbi probare contendit, neque ſcientiarum ac diſciplinarum uſum ac exercitiū non eſſe motum alterationemq́ʒ. Omnis namque alteratio, omnisq́ʒ motus in tempore fit, uſus autem ſcientiæ non fit in tempore, uſus ergo ſcientiæ alteratio non erit, unde cum habens ſcientiæ habitum, ac minime conſideret, nec contempletur, ſi in contemplationis actum proficiſcatur, non alteratur. Non ſecus doctiſs. Simpli. deducit. Probat poſtea in eodem contextu, ſuſceptio ſcientiæ ab initio non eſſe motum ac generationem dicens.*

Quæ est autem scientiæ susceptio, non est quidem generatio neque alteratio. Eo enim quòd quieuerit & steterit cogitatio, scire & prudentes esse dicimur. Ad quiescendum enim non est quidem generatio, in summa enim nullius est mutationis, sicut prius dictum est, hæc ille. Ratio horum uerborum hæc est. Alteratio seu generatio dicunt motum, at scientiarum susceptio non dicit motum, sed potius quietem, quæ motui aduersatur, sedando animi passiones ac motus. Et hoc ipsum probat in eodem contextu dicens, Præterea autem quãdo ex eo quod est esse ebriũ, uel dormire, uel egrotare traductus fuerit quis ad contraria, non dicimus eum rursus pactum esse scientem. & si non possit prius uti scientia. Ita nec quando habitum suscipit à principio. Eo enim quod sedata ac tranquillata sit anima à uirtute morali, dicit aliquid prudens & sciẽs quare nec pueri quoque possunt discere, nec sensibus similiter iudicare, atque ij qui sunt ætate prouectiores. Est enim multa conturbatio et motus. Ecce unde Tyrius noster accepit humanã hanc uitã instar somni esse accepit scireq; nostrum in sedando animi passiones consistere. Id ipsum animaduertere licet & consideratione dignum est, cur pueri non possunt discere nec sensibus iudicare, & etiam qui sunt senio confecti. Pueri quidem propter superabundantiam humorum, & perturbationem factam in sensibus, sicuti enim

Pueri, cur discere & senes iudicare non possint.

nim aqua quæ perpetuo fluit & ſi ſigillum in ea maneat propter continuam aquæ ſucceſſionem non retinet ſigilli imaginem, & eius impreſſionem, non ſecus in animo iuuenum, conſideratio minus fit rerum intelligibilium propter ſuperabundantem humorum defluxum, quo ſenſus in corpore reſidentes ac intellectui deſeruientes, impediuntur. Qui uerò ſenio ſunt confecti, uel quia pertranſeunt, nec ualent diu in conſideratione perſiſtere, uel quia ſunt ſiccioris naturæ, quæ peregrinas fantaſmatũ imagines recipere nequit, & ſic nõ ualent ideas in aĩo reſidentes excitare.

t.c. 58. *Præterea ſecundo de anima, ubi probat contemplari non eſſe motum inquit. Contemplãs nanque fit quod habet ſcientiam. Quod uel non eſt alterari: in id nanque collatio fit, & in actum, aut diuerſum genus alterationis. Quapropter non recte ſe habet dicere ipſum ſapiens, cum ſapiat alterari. Quemadmodum neque ipſum ædificatorem, cum edificet. Quod quidem igitur in actum ducit ex eo quod poteſtate eſt, iuxta id quod intelligit, atque ſapit non doctrinam ſed aliam denominationem habere iuſtum eſt. Qđ uerò ex eo quod poteſtate eſt, diſcens, atque accipiens ſcientiam, ab ea quod actum eſt, quodque eam habet uim, ut docere poſſit: aut neque pati concedendum, ut iam dictum fuit, aut duos modos eſſe alterationis. Alteram quidem in priuantis affectus mutationem, & alteram in habitus*

atque

atque naturam. hac ille. Volui autem hac omnia ARI. uerba adducere, ut res hac omni suspitione careret. Intellectus ergo consideratio seu contemplatio, est quidam transitus, uel ex habitu in actum, uel ex inscitia ad scientiam, ac neutrum demonstrat esse alterationem. Non primũ; quia motus quidam corporalis alteratio est. Et si architectus qui peritiam habet ædificiorum cum egreditur in actum ædificandi non alteratur, licet locali motu transmutetur; quanto magis qui corpore uix eget in intellectione ac contemplatione? Verum ARI. uerba præceptoris sui recolẽs quibus affirmare uidetur, animam numerum se ipsum mouentem, ideo addidit illum uerbum. Sed aliam denominationem habere iustum est. Neque secundus animi motus, cum scilicet ex inscitia ad scientiæ habitum transit, anima alterari non dicatur, probat cum dicat. Quod uerò ex eo quod potestate est, discens atque accipiens sciẽtiam &c. Ad relationem non est per se motus scientia uerò ad scibile quædam relatio est: adeptio itaque scientiæ non est corporalis alteratio siue sit & consistat in habiectione inscitiæ atque ignauiæ. siue in cõsecutione habitus. Sic deducit Simp. referendo quæ dixerat ARI. 7. phy. Insuper dixit ARI. 1. post. Principia cognoscimus inquantum terminos cognoscimus. Hanc uerò sentẽtiam Simp. 2. de anima ita interpratatur. Termini uerò ipse sunt formæ. Hæq; non, sed secundo

Cap. 6. in 2. part.

cundo in animo exiſtunt, & tanquam cum ea quæ cum intelligibilibus iuncta ſit. Ob idq́ in ea eſſe dicuntur quodam pacto, quoniam ex ea con iunctione, quam cum intellectu obtinet. Hæc ille. Verum quia ſub obſcura admodum ſunt uerba Simp. non erit inutile eius mētem aperire. Diſtinxerat ſuper de multiplici uniuerſali, cum enim dicit Principia cogn. &c. non enim locutus eſt de uniuerſali. quod de multis dicitur, nempe illud eſt in multis ſicut de multis dicitur. Ab his ergo uniuerſalia quæ in animo reſident, ac cau ſata fuerunt ab ideis diuinis excitata ab his uniuerſalibus quæ in rebus exiſtunt, anima cogno ſcit terminos, & ex horum cognitione deuenit in notitiam principiorum. Fantaſmata enim illuſtrata lumine intellectus agentis fiunt uniuerſa lia in mouendo ſpecies in animo, illæ uerò ſic co-
t.c.21. *mote aliciunt actum intelligendi. Præterea 3. de anima inquit ARI. Indiuiſibilium quidem igitur intellectio in his circa quæ non eſt falſum. In quibus autem falſum & uerum, compoſitio quædam iam intellectionum &c. Non me latet communem illam phyloſophantium interpratationem, cum græcorum tum arabum ac latinorū qui dixerunt, Poſteaquam ARI. ſubſtantiam utriuſque intellectus ſcilicet tam poſſibilis quā agentis declarauerit, hic uelle triplicem eius operationem ac functionem aperire; prima erit ſimplicium aprahenſio de qua modo loquitur:*

Indiuiſi-

Indiuisibiliū &c. Secūda ī cōpositione ac diuisione consistit, sicuti in componendis ac diuidendis propositionibus apparet. Tertia est discursus. Nō negamus triplicē hanc operationem, sed dicimus hanc non fuisse ARI. mentem eo in loco, ideo mihi semper magis arisit sententia Simp. qui per indiuisibilium intellectionem, ubi nulla est falsitas, nihil aliud intellexit, quam notitiam illam idearum quæ sunt simplices ac in seipsis nullam compositionem includunt, ideo earum peritia adeo uera est, ut sub esse falsitati minime possit. Cū uerò intellectus à se ipso progressus, composita ista contempletur, quæ in compositione ac diuisione existunt facile decipit potest, ideo ibidem uerum ac falsum esse affirmauit. Sed uerum est adeo inuolutum materiæ ac accidentibus, ut uix à nobis percipi possit. Ideo res istæ simpliciter scire ac cognoscere minime possumus, nisi ī suis ideis tāquā in proprijs causis eas consideremus. Hactenus de memoria, modo uidendum est quid reminiscentia, seu recordatio sit.

Plotinus referens ueterum quorundam de recordatione sententiam inquit. Veteres autem operari iam secundum illam, quæ habebant memoriam & reminiscentiam appellasse uidetur &c. Ad quam uero animæ partem & memorari ac meminisse pertineat alibi differens Plotinus dicere uidetur, & ad fantasiam quatenus scilicet fantasmata retinet, & ad partem intellectiuam Enn. 4. lib. 3. c. 26. F. Enn. 4: lib. 3. ci 28.

ac rationalem. Verum quia fuſius de hac materia ſupra locuti fuimus quam præſens hoc opus expoſtulabat, ideo hæc omittenda iudicauimus. PLA. itaque noſtrum adeamus ac ab eo diſcere quid reminiſcentia ſit procuremus. Inquit enim
fo.840 ferè in cal. Recordatio quid *in 5. dia. de leg. lat. Recordatio autem eſt ſapientiæ deficientis influxio. Ex his uero PLA. uerbis iuxta ea quæ ſupra diſſeruimus, an ſcilicet in intellectiua parte animæ reminiſcentia reſideat libenter hanc conſequentiam elicio intellectiuã animam recordari, quandoquidem ſapientia in hac anima reperitur. A quo uerò fiat deficientis huius ſapientiæ influxus altiſſima difficultas & longa eget perſcrutatione. Verum quantum mihi occurrit, curſim ſic dicerem. Influxus iſte tum à corpore ſeu à rebus corporalibus emergere, tum à uirtute ſeparata. A rebus corporalibus quidem quia fantaſmata quæ in memoria reſidẽt, mouẽt intellectũ, ac ſpecies, ſeu ideas in aĩa reſidentes, at quia fãtaſmata de ſe nõ ualẽt hũc motũ efficere, niſi illuſtrentur lumine intellectus agentis, à quo recipiunt quoddam eſſe uniuerſale in mouendo, ideò diximus hunc influxum à duobus pendere. Præterea in Men. uel de uirtute in*
fol 504 in cal. *quit Socr. Repetere autem ipſum in ſeipſo ſcientiã non ne recordari eſt? Men. Maxime. Socr. Nunquid igitur ſcientiam quam nunc hic habet aut accepit aliquando, aut ſemper habuit? Men. etiam, Non ne ſiquidem ſemper habuit ſem-*

ſemper etiam ſciens fuit? Si uerò aliquando ac cepit, non ne in hac uita accipere potuit? Aut do cuit quis hūc geometricā? Hic enim faciet eadē hæc de tota geometria, & de omnibus alijs diſci plinis. Et ne igitur qui hunc omnia docuit? hæc ille. In medium forte adduxi multa ex PLA. quæ noſtræ intentioni non deſeruiunt, uerum id ea ratione feci, ut intelligeremus quomodo fieret reminiſcentia apud PLA. Quod autem ad ne gociū noſtrū ſpectat, ſunt prima illa Socratis uer ba, ſcilicet recordationem nihil aliud eſſe quam ipſum in ſe ipſo ſcientiam repetere: Animaduer te diligenter illud uerbum, ſcientiam, quia ea non niſi in animo fundatur. Sed ut magis quod q̄rimus lucidius ac perſpicacius appareat, uiden dum eſt quid ſit obliuio ſi uolumus ſcire quid ſit recordatio, quandoquidem oppoſita iuxta ſe poſi ta reddūtur lucidiora magis. Verū quia utrūq; nobis PLA. declarauit, non grauabor ea ape rire. Dixit enim in Phile: ſeu de uoluptate, lo- quens ſcilicet de quibuſdam affectionibus tam fol. 226 *animæ quam corporis communibus. Eſt enim (inquit) Obliuio memoriæ exitus. Ea uerò in eo* Obli- *quod nunc dicebatur nondum erat. Eius autē* uio q̄d *quod neque eſt neque fuit, dicere aliquam amiſ- ſionem fieri abſurdum eſt. Nunquid? Pro. Quid ni? Soc. Nomina itaque ſolum permuta. Pro. Quomodo? Soc. Pro latere animam quum hæc exors fuerit concuſſionum corporis, quàm nunc*

obli-

obliuionem dicis, ſenſus interpretationem nominas. Pro. Intelligo. Soc. Quoduerò in una affectione communiter contingit, in anima ac corpore, ut communiter moueantur, hunc motum ſi rurſus ſenſum nominaueris, non abſurde dixeris. Pro. Veriſſime dicis. Soc. Num igitur iam intelligimus quid ſenſum appellare uelimus? Pro. Quid ni? Soc. Qui itaque ſenſus conſeruationem memoriam dicit: recte ſanè dicit ſecundum meā opinionem. Pro. Recte profecto. Soc. Recordationem uerò à memoria defferre dicimus? Pro. Fortaſſe. Soc. Num in hoc? Pro. Quo illo? Soc. Quū quæ cum corpore pertulit anima. ea abſque corpore ipſa in ſe ipſa quā maximè reſumit, tunc recordari dicimus. hæc ille. Volui autē omnia hæc PLA. uerba recenſere, ut intelligeremus diſcrimen inter memoriam ac reminiſcentiam, quæ ex præceptore ſuo accipiens ARI. tranſtulit in libello ſuo de mem. & remi. Itaque completo ſermone de memoria, iam aperiens quid ipſa reminiſcentia ſit, itaque inquit. Recordatio autem eſt eorum quæ in memoria exiſtebant quæ quaſi collapſa ac penè obliterata reaſumptio ac inſtauratio. Nō eſt ergo recordatio eorum integra quæ in memoria exiſtunt repetitio, nam hæc potius memoria quàm reminiſcentia dicenda eſt. Neque etiam eſt eorum, quæ omnino à memoria exciderunt: nam hæc potius uel diſciplinarum, uel ſcientiarum adeptio dicenda eſſet. Ob id, in

Recor. quid.

in ratione definitiua recordationis duo ponenda erant, primum eorum quorum recordatio erat in memoria existere oportere, in hocq; à scientijs, ac à disciplinis differebant; secundum non erat necesse, ut essent integra, & in hoc à memoria distant. Hoc uero quod iam diximus, declarat A R I. ac dicit. Qui primo sumit non reminiscitur, sed aliqd de nouo adiscit. Non sumit ille qui reminiscitur, sed habet quidem quod licet interstitio temporis uel alio quouis casu illud sit labefactatum. Quando uero id est integrum memoria reseruatum, ac sine labe ab actu primo ad secundum uenit, memoria, & non reminiscentia est. Quando itaq; aliquis patitur quidpiam, ac animo concepit, non tunc meminisse dicitur, sed cum temporis interstitium intercesserit. Sed animaduerte diligenter (Opt. Prin.) me hoc in loco non adducere uerba formalia ARI. sed tantũ uerborum sensa. Dixit reminiscẽtiã in tpe fieri, quia non possunt ea quæ in memoria resident contaminari, nisi in tpe; ob id si sic reminiscentia contempletur, eius actus potius fantasiæ, quàm intellectiuæ facultatis erit, & ita anima à corpore separata minime recordari poterit. Ob id dixerat ARI. 3. de anima, Non reminiscimur autem post mortem, quia intellectus passiuus corrumpitur, & sine hoc nihil intelligit anima. Verum si memoria pro ipsa uirtute conseruatiua specierum intelligatur, da-

tur memoria in intellectu ac ea quæ in corpore temporis erant obliterata aliqua ratione, corporis impedimento ſublato eorum recordamur, poſt mortem. Poſtea uero quam quid ipſam recordatio ſit abſoluimus, ſuper eſt ut quomodo fiat declaremus. Verum prius demonſtrandum eſt recordationem à ſimilibus, aliquando à contra-
fol. 40. *rijs, aliquando à diuerſis fieri; quæ omnia ARI.*
& 41 *à præceptore ſuo PLA. in Phed. ſeu de anima accepit, eaq́ transtulit in libello ſuo de mem. & remi. Inquit enim. Si uero huic rationi, ò Simmia fidem non habes, inquit Socrates, conſidera an hoc modo tibi rem expendenti conſentire nobis uideatur. Suſpectum enim hoc habes quo modo diſciplinam, ut uocant, ſit recordatio. Non equidem ſuſpectum habe, inquit Simmias, ſed hoc ipſum vt diſcam opus habeo, recordari nimirum de quo ſermo eſt, & fere ex his quæ Cebes dicere aggreſſus eſt, iam memini ac credo. Et tamen nihilominus libenter audiuerim, nunc quomodo tu dicere inſtituiſti. Hoc modo inquit ille. Confitemur equidem, ſiquis aliquid recordetur, oportere ipſum hoc prius aliquando ſciuiſſe. Maxime inquit. Num igitur hoc, confitemur, quum ſcientia tali modo acceſſerit recordationem eſſe. Quem at dico modum? hunc. Si quis aliud quid aut uiderit, aut audiuerit, aut alio aliquo ſenſu perceperit, & non ſolum illud cognouerit, ſed etiam de alio cogitarit, cuius*

non

non etiam est scientia, sed alia, nonne iuste dicimus, quod hoc recordatus sit, de quo ipsi cogitatio incidit? Quomodo dicis? Velut uerbi gratia, Alia sane est scientia hominis, alia liræ. Quid ni? Nosti ne ergo hoc amatoribus accidere, ubi liram aut uestem, aut aliud quid uiderint, ex his quibus hi quos amant, uti solent, quod uidelicet, & liram agnoscunt, & formam pueri cuius lira est cogitatione uersantur. Hoc autem est recordatio. Quemadmodum & Simmiam quis conspicatus, sæpe Cebetis recordatus est.? Potest. hæc ille. Ecce quomodo ex diuersis fieri recordatio potest. Declarat etiam PLA. quomodo fiat à simili, quomodo à contrario, quo modo uerò à re diuersa, Omnia uero hæc breuitatis causa omitto. Hæc uero omnia in loco citato accipiens ARI. quomodo fiat recordatio declarans, ita fatur. Quando igitur reminiscimur per præcedentes quasdam motiones mouemur quo ad per eam moueamúr. Quamobrem quod sequitur indagamus ab ipso nunc, aut alio quopiam. Nec non à simili, aut à contrario, aut proximo. Et iccirco fit reminiscentia, &c. hæc ille. Hæc aut pauca uolui insinuare, ut studiosus lector dicta PLA. cum dictis ARI. conferens, quam sint concordes cognoscat. A consimili quidem fit reminiscentia, ut cum quis amici depictam imaginem contuitus est illius, & recordatur. A contrario uero albedinem uidens, quia

diſgregat uiſum, in nigredinis notitiam uenit, quæ congregat. A uicino ſeu cognato, ut ſi perlegero.verbi grat. In noua fert animus, alterius partis, cuius iam eram oblitus reminiſcor, ſcilicet mutatas dicere formas. Quo ſit vt una atque altera mutatione facta reminiſcentia in nobis fiat. Satis, vt opinor, quid ſit memoria, quid ve recordatio dictum eſt, uerũ quomodo hi duo uiri conciliari poſſint, declarandum eſt.

Tib.ba. de lon. & bre. vi. di.3 fol.68. & 3. de anima d.1.

Verum anteaquàm opinionem noſtram deponamus, prius aliorum ſententias adducemus qui de reminiſcentia non modo ſecundum PLA. & ARI. hanc noſtram concluſionem tueri conati ſunt, uerum etiam iuxta mentem Auer. Verum prius quædam fundamenta more mathematicorum ſtatuunt, & poſtea erigunt ſuas demonſtrationes. Principio dicunt animam intellectiuam unam eſſe, quæ nobis non unitur, ſecundum eſſe, ſed ſolum ſecundum operationem. Forma uero quæ homini dat eſſe, cogitatiua eſt. Vnde hæc intellectiua anima una infima intelligentiarum eſt, cui ueluti ſphera uniuerſum genus humanum correſpondet. Hæc etiam in ſe ſemper felix, & beata eſt, ac referta omnibus ſpeciebus tam practicis, quam ſpeculatiuis. Et de hoc uide Auer. tertio de anima c.5.& 36. Non adduco verba eius in medium, ne ſermo noſter in ĩmẽſum protrahatur. Hanc etiam eandem fuiſſe Themi. ſententiam opinati ſunt multi, tertio de

anima c.32.ubi quærit an intellectus agens unus sit in omnibus hominibus,& hãc uidetur PLA. aſcribere:dicit n.vnde.n.cõmunes illæ animi præ notiones conceptioneſque omnibus haberentur? Vnde ingenita illa, impreſſaque oĩum mentibus primorũ notitia conſtitiſſet,natura duce,nulla rõne,nulla doctrina. Vnde poſtremo ĩtelligere mutuo & intelligi uiciſſim poſſemus,niſi unus ſingularisq́; intellectus fuiſſet:quẽ communem omnes homines,haberemus? Quo circa uериſſime illud apud PLATO. legitur. Niſi inquit hominibus communia eſſent multa, ſed proprium quid, aut præcipuum & impromiſcuum contineretur in ſingulis,non eſſet admodum facile oſtendere, & ſignificare alteri uoluntatem ſuam. Huic ſententiæ argumento & illud eſt,quòd niſi ita dicatur:diſciplinæ transfundi in diſcipulũ non poſſent. Quum.n.eadem ſint,quæ tradendis his,& qui docet & qui adiſcit conſiderat: quia neq; hic docere,neq; ille adiſcere,unq̃ poſſent: niſi ab utroque eadem commentatio tractaretur: præcipuum eſt:eundem eſſe intellectum præceptoris & diſcipuli oportere. quandoquidem eſſentia intellectus idem eſſe quod actus ipſe deſcribitur,hæc ille. Elicere autem poſſumus hanc ſententiam non modo fuiſſe Themi.ſed Theop. ex uerbis Auer.3.de anima c.5.q.prima cum loquitur de intellectu ſpeculatiuo, qui ſecundum iſtos erat æternus Mouebantur autem ad hoc dicendum hac ratione. Agens æternum,paſſum

una igitur erit anima numero in omnibus homi nibus. Item si intellectus materialis numeraretur ad numerationem corporum, idem reciperet seipsum, & hanc consequentiam aliqui sic declarant: quia intellectus materialis est receptiuus cognitionis cuiuslibet formæ materialis, & sic reciperet cognitionē sui ipsius & tu ponis intellectū materialem multiplicatum, ergo formam materialem, & hāc recipit iste intellectus, ergo idē recipit seipsum. Verum huius consequentiæ deductio, non uidetur uera, quia per hanc rationem possemus respondere, uel ut rectius dicam probare contra Auer. Intellectum non posse intelligere formas immateriales, quia si reciperet omnes formas immateriales, cum & ipse sit unus ex illis, ergo reciperet se ipsum. Ideo quidam aliter deducit et sic, Omnis forma materialis recipitur in intellectu materiali per speciem sui, ergo si se ipsam intelligit, non minus per speciem sui intelligit, quā alia: quia non est maior ratio de una quam de alia, & sic se ipsam reciperet. Omitto breuitatis causa alias rationes quæ adduci possunt ad confirmandam hanc conclusionem. Io. Gā. 3. de aīa q. 7.

Verum non desunt argumenta, quæ de medio tollere uidentur hanc sententiam, & primū cōtra se adducit Auer. 3. de anima. Nam ARI. Tertio de anima communem eius definitionem tradens dicit. Est actus corporis primus phisici organici potentia uitam habentis. Quod est pri c. 5.

mus perficit rem cuius eſt actus & illi dat eſſe, ſi ergo hæc conuenit intellectiuæ animæ, ergo dabit eſſe corpori. Et quia multa ſunt humana corpora, multæ erunt etiam animæ humanæ vtpote intellectiuæ, à quibus recipiunt eſſe, non ergo erit una omnibus. Præterea ſi hæc opinio de unitate intellectus uera eſſet, ſequerentur multa quidem incommoda, quorum primum eſſet, quòd tu eſſes per eſſe mei, ego uerò per eſſe tui, quod quid abſurdius? Et deducitur, quia intellectus eſt prima perfectio hominis & iſte eſt unus número per Auer. ergo iſte unus numero eſt actus mei & iſte idem actus eſt tui, ſequitur itaque quòd tu eſſes per eſſe mei, & ego eſſem per eſſe tui. Itē ſequeretur Socratem fuiſſe antequam generaretur. Et deducitur, quia Socratis pater primus fuit licet non ut pater, ſed ut homo prius quam Socrates, & illud idem eſſe patris idem numero erat, quod eſſe Socratis, & ubi eſt eſſe alicuius res illa etiam eſt, ſed illud eſſe fuit in patre per prius quam Socrates naſceretur, ergo prius fuit Socrates quam editus fuerit in lucem. Inſuper ſequeretur Socratem nūquam moriturum, quia intellectus humanus eſt æternus & eſt unus in omnibus, ac per hoc quiſque accipit eſſe, ſi ergo hoc eſſe eſt æternum, ergo & Socrates. Præterea ſequeretur duo contraria eſſe in eodem. & deduco, quia ſit Socrates qui in intellectu habeat hāc propoſitionem omnem animam humanam eſſe

mor-

mortalem, & sit PLAT. in cuius intellectu sit altera contraria illius, scilicet, Nullam animam humanam esse mortalem, & utriusque intellectus est unus, ergo duo contraria in eodem. Omitto breuitatis causa innumeras alias difficultates, quæ in hac materia fieri possunt. His itaque sic digestis, possumus hanc conclusionem ponere, scire nostrum esse quoddam reminisci. Deducitur, anima est una in se, sempiterna, ꝑpetuo felix, referta omnibus habitibus tum practicis tum speculatiuis, & si respectu huius aut illius hominis continuetur, ut possibilis, ac ueluti tabula in qua nihil est depictum, in se tamen semper intelligẽs, & si reminiscitur, hoc est in hoc uel in illo particulari homine. Verum quia hanc sentẽtiam sustinemus non modo iuxta PLA. ac ARI. mentem, uerum enimuero secundum Auer. ideo mouenda ac dissoluenda sunt quæ emergunt dubia. Et primo Auer. in para. primi post. c. 2. occurrens cuidam tacite opinioni, quam quis dicere posuisset sic opinandum esset de scientia, sicuti de sentire. Quia id quod prius sensimus possumus iterum atque iterum sentire, non secus de scientia dicit impugnans hanc sententiam. Hæc est anticipatio scienti a præcedentis in scientia discipuli, sicuti sensibiliũ propriorũ in re ad sensibilia secunda, in tempore alio, & illud est, quia

iam

iam ſentimus quod ſenſimus prius, & cum ſentimus illud ſecundo ſcimus quod eſt illud, quod iam ſenſimus prius, quoniam ſi eſſet diſpoſitio ſcientiæ acquiſitæ per doctorem, ſeu per doctrinã cum ſcientia prãcedente, hæc diſpoſitio eſſet neceſſe, ut ſit diſciplina recordatio &c. deducit ergo ad illud tanquam ad impoſſibile, ergo non datur reminiſcentia ſecundum Auer.

2. *Præterea ARI. primo met. t. c. 49. poſtquam in præcedenti cont. probauerit, omnem doctrinã fieri ex præexiſtenti cognitione & ex præcognitis omnibus aut quibuſdam, aut per demonſtrationẽ, aut per definitionem, oportet ex quibus eſt definitio præſcire, & eſſe nota, & ſimiliter quæ per inductionem. Inquit poſtea. At uero ſi exiſtit connaturalis, mirum quomodo latemus habentes potiſſimam ſcientiam. Vnde Auer. in com. dicit: Dicere formas eſſe contingit ex eo, ut omnes ſcientiæ ſint notæ in natura, quoniam ſi hic ſunt formæ ad quas intellectus aſpicit, ſicut ſenſus aſpicit ad ſenſibilia, & comprahenſio ſenſibilium eſt naturalis in nobis, cum non acquiritur ex cognitione antecedenti, neceſſe eſt ut intellecta ſint naturalia in nobis, non ut quædam ſint naturalia, quædam autem accepta per doctrinam &c.*

3. *Item ſecundo poſt. c. ultimo de notitia principiorum quomodo ipſa ſint nobis congenita inquit contra PLA ſiquidem igitur habemus, ſcilicet prima illa principia, inquit, incõueniens eſt. Contingit,*

tingit enim certiores habentes cognitiones demonſtratione latere. Vnde Auer. ibi dicit primũ conſiderationis eſt, ut inquiramus primo, utrum hi intellectus primi, qui ſunt formæ & habitus proueniãt nobis à principio noſtræ inuentionis, ſed nos ſumus quaſi obliuiſcamur eorum & non memores, aut ſunt innouati in nobis poſtquam non fuerunt, ſed quo prouenitur nobis ex principio rei & non ſumus obliti eorum. Et ex hoc ſequitur res repugnans. & eſt ut ſimus adepti ſcientias uehementis prouentionis, & certioris quam demonſtrationis ſcientiæ, & ſumus obliti earum.

Præterea 7. met. c. 58. expreſſe dicit iuxta textum ARI. contra PLA: Quamuis utique ſi nõ uideremus aſtra non minus exiſtimo forent ſubſtantiæ ſempiternæ, poſt eas quas nos uidemus. Et infert ARI. quod ſicut ſenſibilia non ſunt ſenſata in actu, donec ſentiantur, ita eſt de intelligibilibus, ex quibus infert Auer. ſecũdum hoc ſequitur ex opinione ARI. ut intelligibilia ſint noua, & ſecundum opinionem dicentium formas eſſe æternas. &c. Quid clarius dicere potuit ponendo diſcrimen inter ARI. & PLA. 4.

Item ARI. 7. phyſic. t. 20. non eſt alteratio in parte intellectiua, & ad comprobandam hanc ſententiam, animam ebrio, ſeu infirmo aſſimilat, & Auer. in c. hanc non fuiſſe ARIST. ſententiam, ſed intendebat demonſtrare uim 5.

iſtius

iſtius opinionis.

6 *Amplius ſecundo de anima t.c.5. ARI. animam eſſe actum corporis ſicuti ſcientia, & non ſicuti conſiderare. Vbi com.inquit,hoc eſt,ſimile ſcientiæ in ſciente in tempore in quo non ſtudet, & non eſt ſimile eſſe ignorantiæ in non ſciente, &c. igitur ignorantia negationis non ſolum negat actum,ſed habitum.*

7 *Præterea. Auer. tertio de anima c.5. in prima.q. reprehendit Themi. & Theoph. qui poſuerunt intellectum ſpeculatiuum æternum. Tunc ſequarētur(inquit) phantaſmata eſſe æterna, ſenſationes, & ſenſibilia eſſe æterna. Et comment.20.idem dicit. Nos autem opinamur quod non mouit ipſum ad ponendum intellectum agentem, niſi hoc quod intellecta ſpeculatiua ſunt generata ſecundum modum quem diximus.*

8 *Amplius. Auer. tertio de anima c.5.in ſolutione tertiæ q. uult probare intellectum posſibilem non eſſe numeratum, & deducit ad duo incōuenientia;primum eſt,ſi poſuerimus eſſe multa,contigit ut res intellecta apud me, & apud te ſit unum in ſpetie, & duæ indiuiduo, & ſic res intellecta habebit rem intellectam, & ſic procedit in infinitum. Abducit poſtea ſecundū inconueniens, & inquit. Et erit imposſibile ut diſcipulus adiſcat à magiſtro, niſi ſcientia quæ eſt in magiſtro ſit virtus generans, & creans ſcientiā, qua eſt in diſcipulo, ad modum ſecundum quem*

iſte

iste ignis generat alium ignem sibi similem in specie, quod est impossibile. Et hoc quod scitum idem in magistro, & discipulo, ex hoc modo fecit PLAT. credere quòd disciplina esset rememoratio, &c.

Præterea. Auer. tertio de anima in com. 18. in calce inquit. Et omnia dicta ab ARI. in hoc sunt ita quòd uniuersalia nullum habent esse extra animam: quod intendit PLA. quod si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem, hac ille. sed intellectum agẽtem ex necessitate naturæ posuit ARI. ibidem cum dicit in omni natura intellectuali est unum quod est omnia facere, at in natura intellectuali est unum quod est omnia fieri, utpote intellectus possibilis, erit ergo etiam unum quod est omnia facere. 9 t.c. 17.

Amplius ponit ARI. discrimen inter disciplinam, & reminiscentiam in lib. de mem. & rem: inquit, Qui primo sumit non reminiscitur, sed potius disciplinam adeptum fuisse discimus, sed tunc recordatur cum ob temporis diuturnitatem, uel quouis alio casu, ea quæ in memoria residebant, lasactata ac fere obliterata sunt, & studio uel præceptoris industria ea instaurat tunc reminiscitur. Nam erit ergo scientia reminiscentia 10

Præterea. ARI. primo post. c. 3. & 4. uolens probare cõclu. esse prius notã in uniuersali, nõ tñ simpliciter, simpliciter uero fit nota, cũ ĩducitur

una

vna cum minori. Et poſtea ſubdit, quòd iſto modo fiat ſcientia, & inquit. Si uero non, quæ eſt, Menonis ambiguitas contingit: aut enim nihil diſcent, aut quæ nouerunt. Confutat ergo hanc PLAT. ſententiã adiſcere noſtrum eſſe reminiſcentiam, & ea quæ prius nouimus. Hæ uero iudicio meo ſunt maiores difficultates, quæ in hac materia adduci poſſunt, ex quorum ſolutionibus, diſſoluentur alia.

Verum antequàm has difficultates diſoluamus. Tria prius diligenter conſideranda ſunt. Et primum, quomodo intellectus ſpeculatiuus corrumpatur, ac in nobis fiat. At quia diuerſæ extiterunt de illius genituræ ſententiæ, non erit ab re, breuiter ac cõpendioſe eas recenſere. Auer. tertio de anima c. 5. in prima. q. ubi examinat ſententiã Theo. ac Themi. de intellectu ſpeculatiuo (inquit) Intellectum ſpeculatiuũ nihil aliud eſſe quàm intellectum poſſibilem, & agentem quatenus, ſcilicet agens contangit poſſibilem, & ob id dicebat eum æternum eſſe. Mouebantur autem hac ratione. Agens æternum, paſſum æternum, ergo productum æternum. Auer. diſſoluebat hoc argumentum dicens. Concluderet hoc argumentum, ſi ſpeculatiuus intellectus ab uno ſubiecto duntaxat penderet, utpote ab intellectu poſſibili, uerum quia pendet etiam à phantaſmatibus, quæ corruptibilia ſunt, ideo & ipſe corrumpitur. Vnde ſecundum mentem huius uiri

ri intellectus speculatiuus partim est æternus, & partim est generabilis, & corruptibilis. Sed ui deamus quid in eo corrumpatur, quodve in eo perpetuum, ac non corruptibile sit. Auer. 12. met. c. 17. hanc eandem quæstionem repetens quàm examinauerat, tertio de anima, dicit. Nos autem perscrutati sumus, de istis duabus opinionibus in li. de anima, & diximus. quòd intelligentia agens est, quasi forma in intellectu materiali, & quòd ipsa agit intellecta, et recipit ea secundum materialem, & quòd intellectus materialis non est generabilis, & corruptibilis, & declarauimus illic, quòd est scientia ARI. & quòd intellectus in habitu habet partem generabilem, & partem corruptibilem. Illud autem quòd corrumpitur, est actio eius, in se autem non corrumpitur, & quòd ex extrinseco intrat nos. hæc ille. Animaduerte hunc intellectum ab Auer. aliquando esse appellatum intellectum speculatiuũ, aliquando in habitum, non ut diuersis nominibus diuersas naturas ostenderet, sed diuersitatẽ permanentiæ, ac durationis: nam idem intellectus quando magis est intellectui possibili radicatus, ac infixus, nominatur in habitu, quandodem habitus qualitas est de difficilis mobili, quũ non est ita permanens appellatur speculatiuus. Ex hoc uero loco capere possumus ARI. Auer. ac PLA. sententiam de reminiscentia cõuenire. Nempe PLA. animam intellectiuam æternam

statuit

ſtatuit, hac ſpecies in ea æternas, intelligere uerò reſpectu huius uel illius fieri de nouo, & ſecũdum has intellectiones, ſpeculatiuus intellectus fieri & corrumpi. ac ſcire noſtrum eſſe quoddam rememorari, non in ſe, quia iſte intellectus eſt

Dub. *ſemper. felix, ſed reſpectu huius uel illius. Verũ quæ diximus uidentur contraria Auer. de anima c. 20. ibi enim dicit. Et debes ſcire, quod nulla differentia eſt ſecũdum expoſitionem Them. & antiquorum expoſitorum & opinionẽ PLA. in hoc quod intellecta exiſtentia in nobis ſunt æterna, et diſcere eſt rememorari, ſed PLA. dicit quod iſta intellecta ſunt in nobis qñq; & quãdoq; nõ: propter hoc quod ſubiectũ præparatur quandoque ad recipiendum ea, & quandoque non, & ipſa in ſe ita ſunt antequam recipiamus ſicuti*

Reſpõ *poſt, & ita ſunt extra animam ſicut in anima. hæc ille. Cui ſic ſatisfacimus ſicuti diximus in tractatu noſtro de Ideis PLA. ſcilicet diſciplinam adeo fuiſſe poſt mortem eius contaminatã ac confuſam, ut non ſine magno labore quid diuinus ille ſenſerit, cognoſcere uix poſſumus. Et hoc non modo apparet in conſideratione ac diſputatione iſta de reminiſcentia; uerum & in ſingula quaque eius opinione. Et Academici adeo ſunt inter ſe diuiſi, ut uix hi qui ita digladiãtur, quod ſibi uelit PLA. minime diſcernere poſſunt. Deſcendentes itaque ad materiam hanc de recordatione, duas fuiſſe adeo famoſas opiniones*

dici-

dicimus secundum mentem PLA. ut nemo his contradicere, uel doctiss. auderet. Altera uerò erat, quã Auer. refert in hoc com. scilic. quòd ista intellecta in nobis quando sunt, & quando non propter superabundantem humorem, sicuti apparet in pueris, & ebrio qui somno uinoq; sepultus, licet habeat habitum phylosophandi, phylosophari, tamen minime potest, ob id dixerat ARI. sedendo, & quiescendo fit animus prudens. Non intellexit PLA. has species quandoque animo insidere, & quando non quòd cadere possit ex animo, cum sint æternæ ac à natura insitæ, & easdem dicit ARI. esse uniuersalia quæ æterna sunt, sed quandoque esse, & quandoque non esse ratione impedimẽti sui actus & hoc totum est ratione materiæ. Et hoc est quod dixit Auer. Et ipsa in se ita sunt antequàm recipiamus sicut post. Intellige quantum ad actum primum, non tamen quantum ad actum secundum. Sicut accidit viro phylosopho, cum dormit non minus habet phylosophandi habitum, quàm cum euigilauerit, sed caret dum dormit actu. Hæc est ergo prima opinio Platonicorum, scilicet ad deducendum istum intellectum de potentia accidentali ad actum non requiri nisi sedatio illa humorum, adeo quòd intellectus mere passiue concurrit, nam remoto eo impedimento, statim sequitur intellectio, & hanc non puto ueram, ob id eam impugnat Auer.

Secunda uero quæ iudicio meo, & ſecundum PLAT. & ARI. mentem uerisſima eſt, quàm non impugnat Auer. ſed eam tuetur, hæc eſt. ut ad deducendum intellectum ſpeculatiuum de potentia ad actum ſecundum, nam quo ad actum primum æternus enim eſt, & minime interire poteſt, ut ſupradixerat Auer. ſed concurrunt etiam intellectus agens, et phantaſmata, quæ illuſtrata, & facta vniuerſalia in mouendo deducit illas ſpecies de potentia ad actū. Et hæc eſt clara mens ARI. & PLAT. Verum quia non adeo conſtat de mente PLA. ideo hoc declarare ex eius uerbis opus eſt. PLA. in
fo.41. *Phæd. declarans quomodo recordatio fiat, inquit, non eſſe opus ſolum animi, aut corporis paſſiones ſedare, ſed aliquando recordationem fieri vel à ſimili uel à diuerſis, vel à contrario, vel à coniunctis. Res vero non ſunt in animo, ſed rerum phantaſmata quæ illuſtrata, ut ſæpæ numero diximus lumine intellectus agentis, mouent ſpecies, quo fit ut ſcire noſtrum ſit quodam reminiſci. Et hæc ſententia non differt ab ea Auer. & hanc non impugnauit, ſed primam.*

Secundo uidendum eſt quomodo ſcientia cauſetur in nobis de nouo. Principio illud conſiderandum eſt, quod dixerat ARI. primo poſteriorum c. 4. Concluſionē eſſe quoquò modo ſcitam in præmisſis, & quoquo modo ignoratam, ſcita eſt in præmisſis in potentia, & ignorata in propria

forma. Unde com. dicit: Vniuersaliter hæc dispositio rei accepta per disciplinam, scilicet quæ est ignorata ex parte qua est particularis, & nota ex parte rei vniuersalis comprehẽdentis ipsam, quoniam si esset res ignota apud nos ex omnibus partibus non esset nobis possibile ut adisceremus eam. Præterea in eodem opere definiens demonstrationem inquit. Demonstratio est syllogismus faciens scire. Et secundo physicorum .t.c. 74. Notitiam principiorum causare notitiam conclusionum. Et 8.physicorum t.c.32. inquit. Est autem potentia aliter adiscens sciens, & habens iam scientiam, & non considerans. Ex his verbis elici solet communis illa ac fere uulgata distinctio de duplici potentia, altera essentiali, sicuti est illa, quæ omni scientiarum habitu caret, & potentia accidentali, quæ & si habitu phylosophia potiatur, non tamen actu phylosophatur, potest tamen quando uoluerit phylosophari. Et tertio de anima dicit. Nihil esse eorum quæ intelligit ante ipsum intelligere. Verum quia dictum Dub. *ARI. 8. physicorum uidetur expresse contradicere conclusioni nostræ, non esse dissimulandum iudicaui, sed potius disoluendum anteaquàm ulterius progrediamur. Nam si ille qui addiscit est in potentia essentiali ad omnem habitum ac speciem, ergo scire non est reminisci. Huic difficultati sic respondendum iudico. Quod intellectus humanus qui unus est secundum Auer. ac in* Respõ.

se est semper felix dupliciter potest considerari, vel ut sic in se, uel respectum huius uel illius quibus per phantasmata continuatur, in se utiq; est plenus omnium habituum. sed non respectu huius cui unitur, ut possibilis. Ut si dicamus franc. per phantasma Soc. & PLA. ei continuatur iste intellectus per speciem hominis, dicimusq; illum adeptum fuisse hominis speciem de nouo, & ita dicendum est de aliis. Quomodo ac qua ratione in nobis scientia de nouo causetur hic declarandum est. Auer. 12. met. c. 18. recitat quandoque opiniones quomodo fiant formæ in materia, & sicuti se habent formæ sensibiles ad materiam sensibilẽ, sic se habẽt formæ intelligibiles ad materiam intelligibilem. Prima ergo fuit opinio Anax. qui posuit latitationem formarum, ne forma ex nihilo fieret. Nam sicuti materia hæc fit ex materia prima, sic forma hæc fit ex forma quæ prius in materia latitabat. Falsa enim est hæc sententia ut eam improbat ARI. primo physicorum, quia generatio esset quædam separatio, seu congregatio. Quod uero dicit formam nisi in materia latitet fieret ex nihilo, non sequitur. Nã ut inquit Auer. ad hoc quòd aliquid ex nihilo non fiat, sat est quòd fiat per motum, & motus præsupponit subiectum, non fit ergo ex nihilo. Alij dicunt totum produci de nouo, & ex nihilo, & quòd agens non indiget materia in qua agat: sed creat totum, & hæc est opinio loquentium in nostra

stra lege, & lege christianorum, de qua Ioannes christianus opinatur quòd possibilitas non est nisi in agente: vt Alpharabius narrauit de entibus transmutabilibus. Tertia est quòd agens facit formam, & ponit eam in materia, & hoc agens est separatum, & appellatur dator formarum, ut posuit Auic. Quarta est Themistij qui dicit ea quæ fiunt à non simili, utpote genita sponte, ab agente separato fieri dixit, q̃ uero à suo simili à generāte in specie simili. Quinta est opinio ARI. q̃ minus, ut inquit Auer. caret cōtradictione, & est ꝙ agēs educit formā de potentia materiæ, non ꝙ lateat in materia actu ut dicebat Anax. neque ꝙ ponat formas in materia, ut dicebat Auic. neque quòd ex nihilo fieret ut dicebant loquentes, sed dicimus, secundum ARI educi de potentia materiæ ab egente naturali. Et quòd diximus de formis realibus quæ educuntur per uerum motū, sic dicendum est de formis intentionalibus, quæ educuntur ꝑ motū metaphoricū. Nā in tali productione concurrit agēs extrinsecū & intrinsecū, & nam extrinsecum est præceptor exterius docens, internus uero doctor est intellectus agens, ut inquit ARI. qui mentem illuminat, & ueritatem ostendit. Dico igitur scientiam doctoris non posse causare scientiam sui per similem in discipulo, sicuti dixit Auer. tertio de aīa c. 5. in calce scilicet scientiam non esse formam factiuam. Verum animaduertendum, in nobis esse duplicem noti-

tiam quarum altera ſimplex eſt, altera complexa, & quælibet iſtarum eſt duplex: quædam notà adeo ut nulla egeat probatione, ut conceptus entis, et conceptus unius, & huiuſmodi. Quædam uero non omnibus nota ſunt, ſed ſapientibus ſicuti conceptus, ſeu quiditas hominis, leonis &c. Nemo enim eſt qui ignorat hominem eſſe ens, unum, & huiuſmodi: uerum quòd ſit animal rationale mortale pauci admodum norunt, & illi quidem ſcientia præditi. Non ſecus dicendum eſt de notitia complexa, quædam enim omnibus nota eſt ſicuti notitia principiorum, utpote, de eodem ſimul non eſt affirmare aut negare: ac omne totum maius eſt ſua parte. quædam tum non omnibus ſed ſolum peritis in aliqua facultate, utpote quòd omnis triangulus habet tres equiualentes duobus angulis rectis uel ꝙ homo ſit riſibilis, quia omne animal rationale riſibile eſt. His itaque ſic digeſtis ac quaſi fundamentis poſitis quatuor ponimus & primum uerba doctoris non poſſe cauſare ſpeciem repræſentantem quiditatem rei alicuius, quia ſpecies huiuſmodi tantum ab intellectu agente & phãtaſmatibus in intellectu poſſibili cauſantur, & hæc eſt uia communis latinorum. Verum quia nos uolumus partes PLA. tueri, ſcire ſcilicet noſtrum eſſe quodam reminiſci ac conciliare eum cũ ARI. & Auer. dicere debemus præceptoris uerba non poſſe cauſare ſpeciem intelligibilem in intellectu poſſi-

possibili, sed intellectus agens & phantasma non simpliciter sed respectu huius aut illius neque quo ad actum primum, cum species in intellectu possibili sint aeternae, sed quo ad actum secundum. Secundo dicimus non posse causare primorum principiorum notitiam cum illa à natura nobis indita sit, ac notis terminis nobis innotescant. Tertio dicimus uerba praeceptoris posse causare conceptus minus uniuersales, vtpote de Socrate non modo causare posse dicimus conceptũ substantiae, corporis, animalis: uerum etiam hominis. Nam tamẽ nouam speciem infundendo, sed illam quae prius animo insidebat excitando. Quarto dicimus praeceptorem posse causare notitiam aliquam conclusionum, & hoc satis ex se clarum est, ac quisque se experitur non est opus ut multis immoremur.

Tertium uero diligenter est considerandum scilicet uniuersale trifariam accipi posse, in causando, in representando, & in praedicando. De primo uniuersali satis abunde ARI. in met. loquitur dicens, esse difficile cognitu, & sicut se habet oculus nicticoracis ad lumẽ solis, sic se habet intellectus noster ad ea quae sunt manifestiss. ĩ natura. Et in praefatione primi met. dicit Metafisicã non esse humanam possessionem. Capitur secundo vniuersale in repraesentando & haec sũt ideae in mente supremi artificis, à quibus emergunt illae, quae in mentibus intelligentiarum ac

animæ relucent. Et quia multa de his diximus in tractatu noſtro de Ideis, omitto. Tertio capitur uniuerſale in prædicando, & hoc eſt in indiuiduis, & ob id latini definientes dicunt eſſe unum in multis & dicitur de multis. Modo deueniendum eſt ad ſolutiones argumentorum.

Ad primum de ſenſatione & de ſcientia. &c. Dicimus fuiſſe unam opinionem Platonicorum, quæ dicebat, quòd quemadmodum ſenſus cum percipit aliquid ſenſibile modo, & poſt tẽporis interuallum eandem rem ſentiat, ſi ſic fiat intellectio intelligere eſſet reminiſci, hanc reminiſcentiam negat. Verum longe aliter dicimus nos cum enim intelligimus id quod prius intelleximus fit aliquam innouatio in fantaſmatibus, quæ illuſtrata ab intellectu agente fiant uniuerſalia in mouendo, quod ita non accidit in ſenſatione, nam quòd prius ſenſimus ſi interſtitio temporis iterum ſentiamus, nulla eſt facta mutatio ex parte obiecti, ſed ſolum ex parte potentiæ: uerum in iſta ſcientia quàm nos recordationem appellamus fit nouitas ex parte phantaſmatum, quæ prius erant mouentia in potentia, fiunt mouẽtia in actu. Eſt etiam alia nouitas, non quidem reſpectu intellectus in ſe, ſed reſpectu huius aut illius in quo intellectus in ſe reminiſcitur & non homo, iſte uel ille.

Ad ſecundum dicimus. Omnem doctrinam fieri de nouo, non quidem reſpectu intellectus poſ-

ſibilis

ſibilis de ſe, ſed reſpectu huius uel illius cui con
tinuatur, non enim continuatur nobis in princi
pio uitæ, ſed per adeptionem phantaſmatum.
Cum uero dicit: Mirum eſt, ſi exiſtunt ſcilicet
ſpecies intelligibiles connaturales. Quomodo la
temus habentes potiſſimam ſcientiã. Hic ARI.
repræhendit illam Platonicorum ſententiã, quæ
dicebat ad cauſandam ſcientiam in aliquo nõ
exigitur niſi diſpoſitio ſubiecti, quia dixerat ſe-
dendo & quieſcendo fit animus prudens. Et iã
uidimus in ſecundo notando multa alia exigi,
vtpote intellectus agens, phantaſmata quæ illu-
ſtrata mouent, & non prius. Impugnauit, ergo
Auer. illam opinionem, & non noſtram, cũ ſub-
dit. Dicere formas eſſe cõtingit ex eo, ut oẽs ſciẽ-
tiæ ſint notæ in natura. Cõtingeret utiq; ſi intelle
ctus poſſibilis continuaretur nobis per ſolas illas
materiæ diſpoſitiones, uerum quia unitur nobis,
ut poſſibilis & non ut adeptus, & non aſpicit in
tellectus poſſibilis illas ſpecies, ſicuti ſenſus ali-
quod ſenſibile, quia ſenſus aſpicit ipſum ſenſibile
abſque hoc quod ipſum ſenſibile aliquam actua-
litatem accipiat à lumine. Lumen enim actuat
medium. non colorem, qui eſt motiuus diafani ſe
cundum actum. Non ergo impugnat ſententiã
noſtram quæ ſua eſt, ſed illam quam putauit
PLAT.

Ad tertium ex ſecundo poſt. c. ultimo de noti
tia principiorum, quomodo ageneretur in nobis

Dici-

iſtius opinionis.

Amplius ſecundo de anima t.c.5. ARI. ani-
6 *mam eſſe actum corporis ſicuti ſcientia, & non ſicuti conſiderare. Vbi com. inquit, hoc eſt, ſimile ſcientiæ in ſciente in tempore in quo non ſtudet, & non eſt ſimile eſſe ignorantiæ in non ſciente, &c. igitur ignorantia negationis non ſolum negat actum, ſed habitum.*

7 *Præterea. Auer. tertio de anima c.5. in prima q. reprehendit Themi. & Theoph. qui poſuerunt intellectum ſpeculatiuum æternum. Tunc ſequæretur (inquit) phantaſmata eſſe æterna, ſenſationes, & ſenſibilia eſſe æterna. Et comment. 20. idem dicit. Nos autem opinamur quod non mouit ipſum ad ponendum intellectum agentem, niſi hoc quod intellecta ſpeculatiua ſunt generata ſecundum modum quem diximus.*

8 *Amplius. Auer. tertio de anima c.5. in ſolutione tertiæ q. uult probare intellectum poſſibilem non eſſe numeratum, & deducit ad duo incōuenientia; primum eſt, ſi poſuerimus eſſe multa, contigit ut res intellecta apud me, & apud te ſit unum in ſpetie, & duæ indiuiduo, & ſic res intellecta habebit rem intellectam, & ſic procedit in infinitum. Abducit poſtea ſecundū inconueniens, & inquit. Et erit impoſſibile ut diſcipulus adiſcat à magiſtro, niſi ſcientia quæ eſt in magiſtro ſit virtus generans, & creans ſcientiā, quæ eſt in diſcipulo, ad modum ſecundum quem*

iſte

iste ignis generat alium ignem sibi similem in specie, quod est impossibile. Et hoc quod scitum idem in magistro, & discipulo, ex hoc modo fecit PLAT. credere quòd disciplina esset rememoratio, &c.

Præterea. Auer. tertio de anima in com. 18. 9
in calce inquit. Et omnia dicta ab ARI. in hoc sunt ita quòd uniuersalia nullum habent esse extra animam: quod intendit PLA. quod si ita esset, non indigeret ponere intellectum agentem, hæc ille. sed intellectum agẽtem ex necessitate naturæ posuit ARI. ibidem cum dicit in omni natura intellectuali est unum quod est omnia facere, at in natura intellectuali est unum quod est omnia fieri, utpote intellectus possibilis, erit ergo etiam unum quod est omnia facere. t.c. 17.

Amplius ponit ARI. discrimen inter disci- 10
plinam, & reminiscentiam in lib. de mem. & rem: inquit. Qui primo sumit non reminiscitur, sed potius disciplinam adeptum fuisse discimus, sed tunc recordatur cum ob temporis diuturnitatem, uel quouis alio casu, ea quæ in memoria residebant, lafactata ac fere obliterata sunt, & studio uel præceptoris industria ea instaurat tunc reminiscitur. Nam erit ergo scientia reminiscentia

Præterea. ARI. primo post. c. 3. & 4. uolens probare cõclu. esse prius notã in uniuersali, nõ tñ simpliciter, simpliciter uero fit nota, cũ ĩducitur

una

vna cum minori. Et poſtea ſubdit, quòd iſto modo fiat ſcientia, & inquit. Si uero non, quæ eſt, Menonis ambiguitas contingit: aut enim nihil diſcent, aut quæ nouerunt. Confutat ergo hanc PLAT. ſententiã addiſcere noſtrum eſſe reminiſcentiam, & ea quæ prius nouimus. Hæ uero iudicio meo ſunt maiores difficultates, quæ in hac materia adduci poſſunt, ex quorum ſolutionibus, diſſoluentur alia.

Verum antequàm has difficultates diſſoluamus. Tria prius diligenter conſideranda ſunt. Et primum, quomodo intellectus ſpeculatiuus corrumpatur, ac in nobis fiat. At quia diuerſæ extiterunt de illius geniture ſententiæ, non erit ab re, breuiter ac cõpendioſe eas recenſere. Auer. tertio de anima c.5. in prima .q. ubi examinat ſententiã Theo. ac Themi. de intellectu ſpeculatiuo (inquit) Intellectum ſpeculatiuũ nihil aliud eſſe quàm intellectum poſſibilem, & agentem quatenus, ſcilicet agens contangit poſſibilem, & ob id dicebat eum æternum eſſe. Mouebantur autem hac ratione. Agens æternum, paſſum æternum, ergo productum æternum. Auer. diſſoluebat hoc argumentum dicens. Concluderet hoc argumentum, ſi ſpeculatiuus intellectus ab uno ſubiecto duntaxat penderet, utpote ab intellectu poſſibili, uerum quia pendet etiam à phantaſmatibus, quæ corruptibilia ſunt, ideo & ipſe corrumpitur. Vnde ſecundum mentem huius uiri

ri intellectus speculatiuus partim est æternus, & partim est generabilis, & corruptibilis. Sed ui deamus quid in eo corrumpatur, quodve in eo perpetuum, ac non corruptibile sit. Auer. 12. met. c. 17. banc eandem quæstionem repetens quàm examinauerat, tertio de anima, dicit. Nos autem perscrutati sumus, de istis duabus opinionibus in li. de anima, & diximus, quòd intelligentia agens est, quasi forma in intellectu materiali, & quòd ipsa agit intellecta, et recipit ea se cundum materialem, & quòd intellectus materialis non est generabilis, & corruptibilis, & declarauimus illic, quòd est scientia ARI. & quòd intellectus in habitu habet partem generabilem, & partem corruptibilem. Illud autem quòd corrumpitur, est actio eius, in se autem non corrumpitur, & quòd ex extrinseco intrat nos. hæc ille. Animaduerte hunc intellectum ab Auer. aliquando esse appellatum intellectum speculatiuũ, aliquando in habitum, non ut diuersis nominibus diuersas naturas ostenderet, sed diuersitatẽ permanentiæ, ac durationis: nam idem intellectus quando magis est intellectui possibili radicatus, ac infixus, nominatur in habitu, quandodem habitus qualitas est de difficilis mobili, quũ non est ita permanens appellatur speculatiuus. Ex hoc uero loco capere possumus ARI. Auer. ac PLA. sententiam de reminiscentia cõuenire. Nempe PLA. animam intellectiuam æternam

statuit

ſtatuit,hac ſpecies in ea æternas, intelligere uerò reſpectu huius uel illius fieri de nouo,& ſecũdum has intellectiones, ſpeculatiuus intellectus fieri & corrumpi, ac ſcire noſtrum eſſe quoddam rememorari, non in ſe,quia iſte intellectus eſt
Dub. *ſemper,felix,ſed reſpectu huius uel illius. Verũ quæ diximus uidentur contraria Auer. de anima c.20.ibi enim dicit. Et debes ſcire,quod nulla differentia eſt ſecũdum expoſitionem Them. & antiquorum expoſitorum & opinionẽ PLA. in hoc quod intellecta exiſtentia in nobis ſunt æterna,et diſcere eſt rememorari,ſed PLA.dicit quod iſta intellecta ſunt in nobis qñq; & quãdoq; nõ:propter hoc quod ſubiectũ præparatur quandoque ad recipiendum ea,& quandoque non,& ipſa in ſe ita ſunt antequam recipiamus ſicuti*
Reſpõ *poſt,& ita ſunt extra animam ſicut in anima. hæc ille. Cui ſic ſatisfacimus ſicuti diximus in tractatu noſtro de Ideis PLA. ſcilicet diſciplinam adeo fuiſſe poſt mortem eius contaminatã ac confuſam, ut non ſine magno labore quid diuinus ille ſenſerit,cognoſcere uix poſſumus. Et hoc non modo apparet in conſideratione ac diſputatione iſta de reminiſcentia; uerum & in ſingula quaque eius opinione. Et Academici adeo ſunt inter ſe diuiſi,ut uix hi qui ita digladiãtur,quod ſibi uelit PLA.minime diſcernere poſſunt. Deſcendentes itaque ad materiam hanc de recordatione,duas fuiſſe adeo famoſas opiniones dici-*

dicimus secundum mentem PLA. ut nemo his contradicere, uel doctiss. auderet. Altera uerò erat, quã Auer. refert in hoc com. scilic. quòd ista intellecta in nobis quando sunt, & quando non propter superabundantem humorem, sicuti apparet in pueris, & ebrio qui somno uinoq; sepultus, licet habeat habitum phylosophandi, phylosophari, tamen minime potest, ob id dixerat ARI. sedendo, & quiescendo fit animus prudens. Non intellexit PLA. has species quandoque animo insidere, & quando non quòd cadere possit ex animo, cum sint æternæ ac à natura insitæ, & easdem dicit ARI. esse uniuersalia quæ æterna sunt, sed quandoque esse, & quandoque non esse ratione impedimẽti sui actus & hoc totum est ratione materiæ. Et hoc est quod dixit Auer. Et ipsa in se ita sunt antequàm recipiamus sicut post. Intellige quantum ad actum primum, non tamen quantum ad actum secundum. Sicut accidit viro phylosopho, cum dormit non minus habet phylosophandi habitum, quàm cum euigilauerit, sed caret dum dormit actu. Hæc est ergo prima opinio Platonicorum, scilicet ad deducendum istum intellectum de potentia accidentali ad actum non requiri nisi sedatio illa humorum, adeo quòd intellectus mere passiue concurrit, nam remoto eo impedimento, statim sequitur intellectio, & hanc non puto ueram, ob id eam impugnat Auer.

Secunda uero quæ iudicio meo, & ſecundum PLAT. & ARI. mentem uerisſima eſt, quàm non impugnat Auer. ſed eam tuetur, hæc eſt. ut ad deducendum intellectum ſpeculatiuum de potentia ad actum ſecundum, nam quo ad actum primum æternus enim eſt, & minime interire poteſt, ut ſupradixerat Auer. ſed concurrunt etiam intellectus agens, et phantaſmata, quæ illuſtrata, & facta vniuerſalia in mouendo deducit illas ſpecies de potentia ad actũ. Et hæc eſt clara mens ARI. & PLAT. Verum quia non adeo conſtat de mente PLA. ideo hoc declarare ex eius uerbis opus eſt. PLA. in
fo. 41. *Phæd. declarans quomodo recordatio fiat, inquit, non eſſe opus ſolum animi, aut corporis paſſiones ſedare, ſed aliquando recordationem fieri vel à ſimili uel à diuerſis, vel à contrario, vel à coniunctis. Res vero non ſunt in animo, ſed rerum phantaſmata quæ illuſtrata, ut ſæpæ numero diximus lumine intellectus agentis, mouent ſpecies, quo fit ut ſcire noſtrum ſit quodam reminiſci. Et hæc ſententia non differt ab ea Auer. & hanc non impugnauit, ſed primam.*

Secundo uidendum eſt quomodo ſcientia cauſetur in nobis de nouo. Principio illud conſiderandum eſt, quod dixerat ARI. primo poſteriorum c. 4. Concluſionẽ eſſe quoquò modo ſcitam in præmisſis, & quoquo modo ignoratam, ſcita eſt in præmisſis in potentia, & ignorata in propria

forma

forma. Vnde com. dicit; Vniuersaliter hæc dispositio rei accepta per disciplinam, scilicet quæ est ignorata ex parte qua est particularis, & nota ex parte rei vniuersalis comprehẽdentis ipsam, quoniam si esset res ignota apud nos ex omnibus partibus non esset nobis possibile ut adisceremus eam. Præterea in eodem opere definiens demonstrationem inquit. Demonstratio est syllogismus faciens scire. Et secundo physicorum. t. c. 74. Notitiam principiorum causare notitiam conclusionum. Et 8. physicorum t. c. 32. inquit. Est autem potentia aliter adiscens sciens, & habens iam scientiam, & non considerans. Ex his verbis elici solet communis illa ac fere uulgata distinctio de duplici potentia, altera essentiali, sicuti est illa, quæ omni scientiarum habitu caret, & potentia accidentali, quæ & si habitu phylosophia potiatur, non tamen actu phylosophatur, potest tamen quando uoluerit phylosophari. Et tertio de anima dicit. Nihil esse eorum quæ intelligit ante ipsum intelligere. Verum quia dictum Dub. *ARI. 8. physicorum uidetur expresse contradicere conclusioni nostræ, non esse dissimulandum iudicaui, sed potius disoluendum anteaquàm ulterius progrediamur. Nam si ille qui addiscit est in potentia essentiali ad omnem habitum ac speciem, ergo scire non est reminisci. Huic difficultati sic respondendum iudico. Quod intelle-* Respõ. *ctus humanus qui unus est secundum Auer. ac in*

se est semper felix dupliciter potest considerari, vel ut sic in se, uel respectum huius uel illius quibus per phantasmata continuatur, in se utiq; est plenus omnium habituum. sed non respectu huius cui unitur, ut possibilis. Vt si dicamus franc. per phantasma Soc. & PLA. ei continuatur iste intellectus per speciem hominis, dicimusq; illum adeptum fuisse hominis speciem de nouo, & ita dicendum est de alijs. Quomodo ac qua ratione in nobis scientia de nouo causetur hic declarandum est. Auer. 12. met. c. 18. recitat quandoque opiniones quomodo fiant formæ in materia, & sicuti se habent formæ sensibiles ad materiam sensibilẽ, sic se habẽt formæ intelligibiles ad materiam intelligibilem. Prima ergo fuit opinio Anax. qui posuit latitationem formarum, ne forma ex nihilo fieret. Nam sicuti materia hæc fit ex materia prima, sic forma hæc fit ex forma quæ prius in materia latitabat. Falsa enim est hæc sententia ut eam improbat ARI. primo physicorum, quia generatio esset quædam separatio, seu congregatio. Quod uero dicit formam nisi in materia latitet fieret ex nihilo, non sequitur. Nã ut inquit Auer. ad hoc quòd aliquid ex nihilo non fiat, sat est quòd fiat per motum, & motus præsupponit subiectum, non fit ergo ex nihilo. Alij dicunt totum produci de nouo, & ex nihilo, & quòd agens non indiget materia in qua agat: sed creat totum, & hæc est opinio loquentium in no-

ſtra lege,& lege chriſtianorum, de qua Ioannes chriſtianus opinatur quòd poſſibilitas non eſt niſi in agente: ut Alpharabius narrauit de entibus tranſmutabilibus. Tertia eſt quòd agens facit formam, & ponit eam in materia, & hoc agens eſt ſeparatum, & appellatur dator formarum, ut poſuit Auic. Quarta eſt Themiſtij qui dicit ea quæ fiunt à non ſimili, utpo'e genita ſponte, ab agente ſeparato fieri dixit, q̄ uero à ſuo ſimili à generāte in ſpecie ſimili. Quinta eſt opinio ARI. q̄ minus, ut inquit Auer. caret cōtradictione, & eſt ꝙ agēs educit formā de potentia materiæ, non ꝙ lateat in materia actu ut dicebat Anax. neque ꝙ ponat formas in materia, ut dicebat Auic. neque quòd ex nihilo fieret ut dicebant loquentes, ſed dicimus, ſecundum ARI educi de potentia materiæ ab egente naturali. Et quòd diximus de formis realibus quæ educuntur per uerum motū, ſic dicendum eſt de formis intentionalibus, quæ educuntur ꝑ motū metaphoricū. Nā in tali productione concurrit agēs extrinſecū & intrinſecū, & nam extrinſecum eſt præceptor exterius docens, internus uero doctor eſt intellectus agens, ut inquit ARI. qui mentem illuminat, & ueritatem oſtendit. Dico igitur ſcientiam doctoris non poſſe cauſare ſcientiam ſui per ſimilem in diſcipulo, ſicuti dixit Auer. tertio de aīa c. 5. in calce ſcilicet ſcientiam non eſſe formam factiuam. Verum animaduertendum, in nobis eſſe duplicem noti-

tiam quarum altera ſimplex eſt, altera complexa, & qualibet iſtarum eſt duplex: quadam nota adeo ut nulla egeat probatione, ut conceptus entis, et conceptus unius, & huiuſmodi. Quadam uero non omnibus nota ſunt, ſed ſapientibus ſicuti conceptus, ſeu quiditas hominis, leonis &c. Nemo enim eſt qui ignorat hominem eſſe ens, unum, & huiuſmodi: uerum quod ſit animal rationale mortale pauci admodum norunt, & illi quidem ſcientia praditi. Non ſecus dicendum eſt de notitia complexa, quadam enim omnibus nota eſt ſicuti notitia principiorum, utpote, de eodem ſimul non eſt affirmare aut negare; ac omne totum maius eſt ſua parte. quadam tum non omnibus ſed ſolum peritis in aliqua facultate, utpote quod omnis triangulus habet tres equiualentes duobus angulis rectis uel ꝙ homo ſit riſibilis, quia omne animal rationale riſibile eſt. His itaque ſic digeſtis ac quaſi fundamentis poſitis quatuor ponimus & primum uerba doctoris non poſſe cauſare ſpeciem repraſentantem quiditatem rei alicuius, quia ſpecies huiuſmodi tantum ab intellectu agente & phātaſmatibus in intellectu poſſibili cauſantur, & hac eſt uia communis latinorum. Verum quia nos uolumus partes PLA. tueri, ſcire ſcilicet noſtrum eſſe quodam reminiſci ac conciliare eum cū ARI. & Auer. dicere debemus praceptoris uerba non poſſe cauſare ſpeciem intelligibilem in intellectu

possibili, sed intellectus agens & phantasma non simpliciter sed respectu huius aut illius neque quo ad actum primum, cum species in intellectu possibili sint æterna, sed quo ad actum secundum Secundo dicimus non posse causare primorum principiorum notitiam cum illa à natura nobis indita sit, ac notis terminis nobis innotescant. Tertio dicimus uerba præceptoris posse causare conceptus minus uniuersales, vtpote de Socrate non modo causare posse dicimus conceptū substantiæ, corporis, animalis: uerum etiam hominis. Nam tamē nouam speciem infundendo, sed illam quæ prius animo insidebat excitando. Quarto dicimus præceptorem posse causare notitiam aliquam conclusionum, & hoc satis ex se clarum est, ac quisque se experitur non est opus ut multis immoremur.

Tertium uerò diligenter est considerandum scilicet uniuersale trifariam accipi posse, in causando, in repræsentando, & in prædicando. De primo uniuersali satis abunde ARI. in met. loquitur dicens, esse difficile cognitu, & sicut se habet oculus nitticoracis ad lumē solis, sic se habet intellectus noster ad ea quæ sunt manifestiss. ĩ natura. Et in præfatione primi met. dicit Metafisicā non esse humanam possessionem. Capitur secundo vniuersale in repræsentando & hæc sūt ideæ in mente supræmi artificis, à quibus emergunt illæ, quæ in mentibus intelligentiarum ac

ſibilis de ſe, ſed reſpectu huius uel illius cui continuatur, non enim continuatur nobis in principio uitæ; ſed per adeptionem phantaſmatum. Cum uero dicit: Mirum eſt, ſi exiſtunt ſcilicet ſpecies intelligibiles connaturales. Quomodo latemus habentes potiſſimam ſcientiã. Hic ARI. reprehendit illam Platonicorum ſententiã, quæ dicebat ad cauſandam ſcientiam in aliquo nõ exigitur niſi diſpoſitio ſubiecti, quia dixerat ſedendo & quieſcendo fit animus prudens. Et iã uidimus in ſecundo notando multa alia exigi, vtpote intellectus agens, phantaſmata quæ illuſtrata mouent, & non prius. Impugnauit, ergo: Auer. illam opinionem, & non noſtram, cũ ſubdit. Dicere formas eſſe cõtingit ex eo, ut oẽs ſciẽtiæ ſint notæ in natura. Cõtingeret utiq; ſi intellectus poſſibilis continuaretur nobis per ſolas illas materiæ diſpoſitiones, uerum quia unitur nobis, ut poſſibilis & non ut adeptus, & non aſpicit intellectus poſſibilis illas ſpecies, ſicuti ſenſus aliquod ſenſibile, quia ſenſus aſpicit ipſum ſenſibile abſque hoc quod ipſum ſenſibile aliquam actualitatem accipiat à lumine. Lumen enim actuat medium. non colorem, qui eſt motiuus diafani ſecundum actum. Non ergo impugnat ſententiã noſtram quæ ſua eſt, ſed illam quam putauit PLAT.

Ad tertium ex ſecundo poſt. c. ultimo de notitia principiorum, quomodo ageneretur in nobis

Dici-

Dicimus quòd in nobis ageneratur de nouô; quia de nouo continuatur nobis iſte intellectus qui in principio unitur, ut poſſibilis: uerum quia induſtria præceptoris ac ſtudio adiſcentium iſte paulatim fit intellectus adeptus, ideo non nos, ſed intellectus in nobis reminiſcitur. Et cum ſubdit ARI. Contingit incertiores habentes cognitiones demonſtratione, latere. Optime inquit, nã notitiam primorum principiorum eſt certior doctrina demonſtratiua, & ob id ille, qui eſt diſpoſitus per tales habitus appellatur ab ARI. melius diſpoſitus quam ſciens, & ob id latent nos; quia continuantur per fantaſmata. Et ad illud quod dicit Auer. quod ſumus adepti ſcientias uehementis prouentionis, d. per hoc uerbum Auer. impugnaſſe uulgarem illam Platonicorum ſententiam, qui dicebant ad cauſandam intellectionem in nobis non egemus niſi ſedare paſſiones corporis &c. uerum nos diximus plura alia exigi obiecta extrinſecus mouentia, ſenſationes, fantaſma, quæ illuſtrata mouẽt, & ita non ſequi nos habere ſcientias uehementis peruentionis; multa enim concurrunt ut iam diximus. Neque enim ſequitur quod ipſe dicit, quòd adepti ſumus notitiam certioris ſcientiæ, quam demonſtrationis, & ſumus obliti. Nos enim non ſumus obliti, ſed ipſe intellectus qui in ſe felix eſt cum contiuetur nobis, ut poſſibilis in nobis, obliuiſcitur; & poſtea per fantaſmata mouentia illas ſpecies

quo-

quoquo modo in nobis earum rerum, quarum erat oblitus, recordatur.

Ad quartum dicimus, uerum utique ARI. sensibilia non esse sensata in actu donec sentiantur, & ita est de intelligibilibus. Ad illud uerò quod inquit Auer. intelligibilia esse noua, id etiam & nos dicimus respectu scilicet huius aut illius non tam in se, quod nec ipse negaret, cum posuerit intellectum unum æternum ac semper in se felicem &c.

Ad quintum dicimus Auer. dixisse sententiam illam quam retulit 7.phy.t.c. 20. ARI. non esse suam, sed intendebat demonstrare uim illius opinionis. Iam diximus supra fuisse rudem quandam sententiam, quam multi academicorũ PLA. attribuerunt scilicet adeptio scientiarum solum consistere in sedandis passionibus tũ animi tum corporis. Nos uerò diximus hoc non sufficere, sed requiruntur sensationes, tum externas tum internas ac phantasmata mouentia species illas &c.

Ad sextum de communi animæ definitione secundo de anima t.c.6. quòd est actus primus corporis &c. & Auer. dicet quòd est simile sciẽtia in sciente quando studet & nõ est simile ignorantiæ in non scientie &c. ergo ignorantia negationis non modo negat actum secundum, sed etiam primum. Hoc totum uerum est, quia iste intellectus non unitur nobis in principio uitæ, sed conti-

continuatur nobis per noua phantaſmata. Et etiam quando continuatur, non continuatur, ut adeptus, ſed ut poſſibilis &c.

Ad ſeptimum diximus in ſecundo notandū de generatione & corruptione intellectus ſpeculatiui, gloſando dictum Auer. tertij de anima c. 5. per dictum eiuſdem 12. *met.* 17. *dixerat ille intellectum corrumpi, quia actio eius corrumpitur, ſic eſſe generatur, & intellectus agens requiritur propter generationem iſtius, quia niſi phantaſmata mouerent ſpecies intelligibiles non fieret intellectus ſpeculatiuus &c.*

Ad octauum & ad ultima uerba Auer. uerum eſt, ipſe dicit ſcilicet ſcientiam præceptoris non cauſare ſcientiam in diſcipulo, ſicuti ignis generat ignem in ligno. De *hoc ſatis diximus in ſecundo notando. Hoc fuit attributum PLA. ſcilicet nihil aliud exigi in ſcientia cauſanda niſi præceptor. Et iam millies diximus requiri ſenſationes, tam externa tum interna phantaſmata, ac intellectus agens &c.*

Ad nonum ad uerba Auer. tertio de anima c. 18. *iam dictum eſt quomodo requiratur intellectus agens reſpectu ſpecierum intelligibilium Erant enim nonnulli qui opinabantur de mente PLA. illas ſpecies poſſe exire de potentia in actum ſcilicet ſecundum ſine phantaſmatibus ab intellectu agente illuſtratis. & hanc ſententiā impugnat hoc in loco, & non noſtram &c.*

Ad

Ad decimum d. Verum est quod ait ARI. ꝙ qui primo summit non reminiscitur, sed potius disciplinam adeptum fuisse dicimus & hoc totũ uerum respectu nostri cui continuatur intellectus possibilis per phantasmata, uerum respectu intellectus qui nobis unitur, ut possibilis, dum bonis literis impensissimam operam damus, ille intellectus qui primo possibilis nominabatur respectu huius indiuidui fit adeptus, nõ per nouarum specierum consecutionem, sed per deductionem illius intellectus de potentia ad actum scilicet secundum, & sic dicimus illum intellectum recordari in nobis, & sic scire nostrum est quodam reminisci.

Ad vndecimũ dicimus, nõ sequitur deductio latinorum, qui dicunt ex hoc loco confutare sententiam PLA. Imò, vt testatur Io. Gram. ARI. eo in loco uult probare in scientia inuentiua, eã etiam fieri, ex praexistenti quadam cognitione. Nam si non ita est, accidit difficultas Menonis scilicet uel quòd nihil contingit sciri, uel quòd iã nouimus: & utrunque confutans adducit iuuenẽ in medio, & proposito theoremate tandem probat quod erat intentum scilicet doctrinam inuentiuam fieri ex praecognitis. Nam si ex penitus ignoratis procederemus, etiam si ueritas quã nos quarimus nobis occurrat nõ cognosceremus: & si ex penitus scitis ac cognitis adisceremus ea qua iam nouimus: at utrunque falsum est, ergo.

quis altero sit magis studiosus, alter uero minus, sequeretur quod animus esset magis animus quã alter, quo nihil absurdius uel dici uel cogitari potest. His satis claret animam esse multiplicatam, & non unam in singulis corporibus Praterea PLA. in Tim. de animarum productione confitetur animas esse multas ita cum fatur. Constituto uero uniuerso, diuisit animas æquali cum sideribus numero, & singula singulis assignauit: & uelut in uehiculum impositis uniuersi naturam ostendit: & leges fatales ipsis exposuit. Quod origo prima quidem futura esset ordinata una omnibus, ut nequa ab ipso imminueretur. Oportet autem ipsas seminatas in singula conuenientia singulis temporum instrumenta, producere animal diuino cultui deditissimum. hæc ille. Insuper ad quem locum deducantur defunctorũ animæ declarans PLA. in Phedone, eas numero plures esse demonstrat. Inquit enim. His uero à natura se habentibus postquàm deuenerint mortui ad locum, ad quem dæmon unumquenque deducit, primum quidem dijudicantur, & qui recte ac sancte uixerunt, & qui non, & qui quidem medio modo uixisse comperti fuerint, profecti ad Acherontem conscensis his quæ ipsis sunt uehiculis, in his ad paludem deueniunt, & illic habitant, & siquis in iuste quid perpetrauit ubi datis iniuste factorum pœnis purgati fuerint, absoluunt: & benefactorum etiam premia ferunt, quisque

fo.739. fo.60. Purg.

que pro ut meritus eſt. Qui uero ob peccatorum magnitudinem, inſanabililiter affecti eſſe uiſi fuerint, vtpote qui ſacrilegia multa ac magna, aut cædes iniuſtas & multas iniquas perpetrarunt, aut alia quæ huiuſmodi exiſtunt hos ſors conueniens proijcit in Tartarum unde nunquam egrediuntur. Qui uero ſanabilia quidem, magna tamen delicta admiſiſſe iudicati fuerint, uelut qui aduerſus patrem, aut matrem uiolentum quid per iracundiam perpetrarint, & per reliquam uitam pœnituerunt, aut homicidæ tali quodam modo fuerunt, eos neceſſe eſt in Tartarum incidere eoq́ illapſos ubi annum illi manſerint, una eijcit homicidas per Cocytum, parentum procuſſores per Pyriphlegetontem. Poſtquam autem delati fuerint ad Acheruſiam paludem illic clamant, & ad ſe uocant, alij eos quos occiderunt, alij eos quos iniuria affecerunt, hos autem accitos rogant ac precantur, ut ſinantur ipſos paludem illinc egredi, eosq́ ſuſcipiant. Et ſi quidem perſuaderint egrediuntur, & à malis liberantur: ſin minus in Tartarum ferũtur, & illinc rurſus ad fluuium & hæc perpeti non ceſſant, prius quam perſuaſerint illis quos iniuria affecerunt. hæc ille. Hæc uero omnia uolui adunguem recenſere ut non modo ex PLA. ſententia plures numero animas humanas eſſe, ſed etiã quibus pœnis cruciantur hæ quæ in uita hac ſe male geſſerunt intelligeremus, ac quibus præmijs afficiantur hæ quæ ſtudioſe fuerant

rant. Et licet multas alias PLA. sententias ad hoc ipsum comprobandum adducere possum, ne immensum hoc nostrum opus protraheretur huius rei finem dicendi faciam. Et quia etiam Plotinus fuit eiusdem sententiæ in suo lib. de anima, quædam etiam, & subiicienda sunt ad huius rei confirmationem. Nam dum probat non esse in cunctis hominibus unam animam, sicut in cunctis hominis unius membris humana anima una inquit. Sed nunquid ita partes hic accipiendæ sunt, ac si quis in uno quodam animali dicat animam, quæ est in digito, partem esse totius animæ, quæ est in toto animali. At uero hic sermo uel nullam efficit animā extra corpus esse, uel omnino nō in corpore, sed extra corpus mūdi illam, quæ mundi anima dicitur. Consideratione quidem id dignum est, sed in præsentia quasi per imaginem est agendum. Si enim totius anima omnibus particularibus se ipsam præbeat animantibus, atque ita qualibet, scilicet anima pars dicatur: nam si diuisa esset, nequaquàm unicuique se præberet, profecto eadem ubique tota erit, una inquam, & eadem in multis simul existens. Sic autem nequaquàm obtineretur aliā quidem animam esse totam, aliam uero partem, in his præsertim quibus eadem adsit potentia; quandoquidem, & ubi aliud alteri officium est, aliud uero alteri, uelut oculis atque auribus, non aliam animæ partem oculo, aliam auribus

Enn. 4. lib. 3. c. 3.

adeſſe dicendum: nam aliorum eſt diuiſio talis, ſed prorſus eandem: quamuis alia in utriſque potentia ſe exerceat. Sunt enim in utriſq; omnes, ſed propterea quòd differentia ſunt inſtrumenta differentes quoq; apprehenſiones fieri eſt putandum. hæc ille. Et in capite ſequenti ita inquit. Quid ergo dicendum erit, ſi modo ita ſit una quomodo quiſpiam hinc nos percontabitur: primo quidem dubitans, nunquid ita poſſit eſſe ſimul in omnibus unum: deinde quando anima in corpore ſit, quomodo, & alia ſit extra corpus? Forte enim conſequens erit, omnem in corpore ſemper eſſe præſertim animã uniuerſi. Non enim ſicut natura corpus relinquere dicitur, & ſi non nulli aiunt hoc quidem derelictarum, non tamen omnino extra corpus fore. At ſi omnino extra corpus erit, quonam pacto hæc quidem deſeret, hæc uero nequaquam cum ſit eadem. hæc ille. Præterea, ibi loquens quomodo intellectus humani profluant ab intellectu diuino inter ſe diſtincti dicit. Sed quæ natura ulterius

ibi.c. 5. *ratione hæc quidem tua eſt, hæc uero huius, illa denique erit illius? An forſan huius quidem eſt ſecũdũ ipſius infimumnõ aũt huius, ſed illius potius per ſupremum. At uero ſic Socrates quidem erit, quando in corpore ipſa Socratis anima fuerit; interibit autem, quando maxime erit in optimo: Sed certe entiũ nullum perit quãdoquidem, & intellectus ibi non pereunt: quoniã*

non

non sunt conditione corporea in unum secti: sed ibi permanet unumquodq; in alteritate, seruãs ipsum idem, quod ipsius est esse. Sic itaque deinceps & animæ suspensæ illinc, secundum quemlibet intellectum, & rationes quodam intellectuũ existentes, magisque explicatæ quàm illi, quasi iam multum quidam ex pauco factæ, & contingue pauco, impartibiliori illorum cuilibet diuidi iam uelle uidentur, neque tamen ad summum partitionis progredi posse. Seruantes enim ipsum idem simul & alterum manet unaqueque unum & simul unum cunctæ. Dictũ profecto iam est quantum spectat ad disputationis summã, oẽs aĩas ex una deduci, & ex una inquam multas eodem tenore cum intellectu, diuisas eodem ordine, atque etiam non diuisas. Atqui ratio una mentis est anima illa quæ permanet, & ab ipsa rationes partiales immateriales què sunt & ibi. hæc ille. Et quia Plotinus his uerbis humanas animas numero diuersas ab anima mundi, fluere ac corporibus infundi, uerum secundum doctiss. Ficinum longe aliter est opinãdum & cogita in mente diuina magnam animam. id est ideam animarum intellectu alium generalem, in qua concepta sint & species animarũ: & illa idea quidã intellectus est ibi, & hæ spẽs ibi quidã sunt ĩtellectus. Distinguũtur aũt illic inter se ideales intellectus eiusmodi, non quidem existentijs differentibus (unica enim hacte-

nus substantia est) sed ratione quadam, & proprietate formali. Essentiales autem eiusmodi proprietates si cogitantur extra prodire, distinguũtur subito magis. distinguũtur igitur existẽtijs. Adeo enim intus sunt efficaces, ut foras agant non accidentale aliquid, sed substantiam, substãtiasq; diuersas pro ratione diuersitate formaliũ &c. Concludit igitur uir iste plane doctiss. animas humanas non ab anima mundi proficisci sed ab illa idea quæ omnium humanarum animarum exemplar ac quasi effectrix est. Quomodo uero inter sesse distinguantur anteaquam corporibus infundantur, recitat aliquas Platonicorum sententias & inquit. Differre quoque Platonici putant quodammodo specie naturaliter ab initio siquidem sub eodem genere proximo humanæ sint animæ: differant autem inter se specialibus quibusdam, & si quam minimis potest fieri differentijs &c. Et declarans hanc eandẽ
fo. 192. b. *sententiam paulò infra dicit. Est enim in mente prima communis idealisq; animarum ratio non indiuidualis quidam duntaxat, sed admodum generalis, uarios inter se possidens animarum idealium gradus, quorum numerum sequitur par numerus animarũ & similis ordo &c. Verum hæc sententia non uidetur peripateticis principiis conuenire. Nam omnis rerum differẽtia uel est secundum quantitatem (ut inquit Auer. primo phy.) uel secundum formam, si erit*

secun-

ſecundum formam erit differentia ſpecifica & eſſentialis, ſi uero erit per quantitatem, erit differentia numero ſolum. Modo animæ humanæ cũ ſpecie non differant erunt ſolo numero diſtinctæ ſicuti à poſteriori & quaſi ab euidentiſſ. probare uidetur ſigno Auer. primo de anima dicens: mẽbra leonis & membra cerui differunt quia animæ differunt. Cum ergo uideamus membra hominum ſpecie non eſſe diuerſa, animos etiam ſpecie non eſſe diuerſas aſſerere libenter poſſumus. c. 53.

Quomodo ergo ſolo numero animæ erunt diſtantes, cum ARI. 12. met. t. c. 49. dicat. Quæcunq; ſunt numero multa multam materiam habent & quæcunque ſunt huiuſmodi generationi ac corruptioni obnoxia ſunt quod animæ humanæ aduerſatur, ſolo ergo numero inter ſe differre animæ non poſſunt. Verum anteaquam diſſoluamus hanc difficultatem diſtinguendum eſt de animabus humanis, uel antequã corporibus infũdantur, uel dum in corporibus exiſtunt, uel poſt ſparationẽ à corporibus. Si uerò eas antequã corporibus uniãtur, ſi exiſtant, difficile eſſet aſſignare principium diſtinctum numerale, potiſſimũ quia PLA. dicere uidetur multis in locis eas exiſtere antequam corporibus infundantur. Sed ego longe aliter ſentio eas non tempore prius fuiſſe productas antequam corporibus in labãt, ſed ſi qua prioritas eſt, ea erit potius naturæ quã temporis. Prius enim extiterunt in ſuo illo eſſe Dub.

ideali. Et ideo uidendum eſt quomodo in corpore habeant eſſe diſtinctum numerale, & etiam ſeparate. Ideo dicendum animas corporibus unitas acquiſiuiſſe eſſe numerale in corporibus, non tamen à corporibus, & eo numero diſtinguntur, posteaquam erunt ſeparatæ, & à corporibus ab ſolutæ, quia retinet illud eſſe acquiſitum ob id per

Reſpõ. *illud etiam diſtinguentur. Modo ad ſolutionem ueniamus & dicamus ARI. optime concludere in his quæ ſunt perfecta in ſpecie ſicuti eſt mundus, Deus, nec non intelligentiæ, quæ non dantur multæ ſolo numero differentes, modo anima intellectiua non eſt quid perfectum in ſpecie ſed eſt*

Dub. *pars ſpeciei cum ſit pars eſſentialis hominis. Verum ex hac reſponſione occurrit nobis grauior difficultas, nam daretur his poſitis reſurrectio naturalis. Nam ſi anima qualibet retinet ſibi illud eſſe actualis exiſtentiæ, & cuius unio eſt naturalis eius ſeparatio eſt uiolenta, cum ergo animæ ad corpus unio eſt naturalis, ſeparatio itaq; eius erit uiolenta, ſed nullum uiolentum perpetuum, ergo aliquando anima corpori reunietur cum illo eſſe actuali numero, erit itaque reſurrectio naturalis quam omnino negauit ARI. in postprædicamentis: à priuatione ad habitum &c. & primo de anima t. c. 41. Cui nõ erit difficile reſpondere ſi gloſare illam propoſitionem no*

Reſpõ. *uerimus. Cuius unio eſt &c. Nempe unio animæ ad corpus ſtante corpore debite organizato ac re*

cte dispositio est naturalis, ac eius separatio stante tali dispositione erit uiolenta, uerum in eadẽ materia introducta contraria dispositione separatio erit naturalis & unio erit uiolenta. Nec etiam ualet, anima retinet sibi illud etiam numero quod acquisiuit in corpore, ergo redit idẽ numero, requiritur etiam aliud scilicet quod redeat eadem actio numero, hoc uerò fieri non potest per naturam, sed benè per agens supernaturale, non itaque dabitur resurrectio naturalis sed &c. Postquã declarauimus, ac uidimus ĩtellectiuam animã multiplicatam secundũ PLA. mentem, uideamus hanc eandem multiplicatã secundum ARI. si eos adinuicem conuenire declarare contendimus. Principio itaque ARI. cõfutatis in primo de anima ueterum opiniones, resumens quasi in principio sermonem de anima uolens communissimam definitionem assignare, ponit diuisionem substantiæ in materiam, formã & compositum, statuitq́; animam non esse substantiam quæ est materia, neque ea quæ est compositum, sed quæ est forma Et Auer. in com. declarãs quæ sit substãtia quæ est forma inquit: forma aũt est substãtia secundũ quã est hoc aliquid, per id enim quod non dat esse formaliter sed adsistit solum nemo potest dici hoc aliquid, cũ ergo anima qualibet talis sit, qualibet igitur erit forma inhærẽs, & ob id ARI. infra communẽ animæ definitionem assignans inquit. Anima est t.c. 2. c. 2

actus primus corporis phyſici organici potētia uitam habentis. Dicit eſſe actum primū, actus enim primus, ut ipſemet teſtatur, eſt ueluti ſcientia: actus uerò ſecundus eſt ueluti conſiderare. Modo ſcientia inhæret animæ intellectiuæ, ſic etiam anima intellectiua inhærebit corpori, erit ergo forma dans eſſe & ita numerata. Qui uerò tuētur partē Auer. duo dicūt, primū illā definitionē non eſſe uniuocā, ſed ferè equiuocam & ob id ARI infra aſſignatis definitionib. animæ tā partialibus quàm communi quaſi ab ea communi eximens intellectiuam animam dixit. De intel-

t.c.21. *lectu autem & perſpectiua potentia nihil adhuc manifeſtum eſt. Sed uidetur genus alterum animæ eſſe & ibi id diximus quod ARI. uidetur excludere animam intellectiuā ab illa cōmuni definitione. Ideo dixit Auer. in com. Quod ex prædicto ſermone non fuit manifeſtum utrum intellectus ſit perfectio an non. Et ita dicit quod ſi intellectus dicatur anima, hoc erit ſecundum equiuocationem. Et in tertio de anima etiam di-*

c.5. *cit intellectus non eſt perfectio corporis, aut ſi eſt, eſt alio modo quam aliæ uirtutes animæ & æquiuoce illis. Secūdum quod dicit eſt quod in illo textu ubi communem animæ definitionem aſſignat non loquitur aſſertiue ſed conditionaliter dicens. Si autem aliquod commune animi animæ oportet dicere erit utiq; actus primus &c. Verum nec primum nec ſecundum aſſertum*

iſtorum

istorum difficultatem tollunt, primum quidẽ nõ: Quia statim ARI. mota quadã difficultate, an omnis anima separabilis est dissoluens inquit: cæteras omnes nõ posse à corpore separari, uerum quia erat dubiũ de intellectu ac perspectiua potẽtia cum de ea adhuc mentionem non fecerat, ob id subdit. De intellectu autẽ &c. Secundũ etiã dictum non euacuat eandem difficultatẽ. Quia & si ARI. in cõtextu 7. loquitur conditionaliter, nihil minus in tex. 2. asserit animã esse formã non esse substantiam quæ est materia seu compositum. Præterea ARI. dimissa communi animæ definitione assignans propriam dicit animã esse principium quo uiuimus sentimus mouemur ac intelligimus. Item infra inquit. Sicut enim est t.c.30. *omnium figurarum una communis definitio, sic omniũ animarũ est una comunis definitio, sed definitio cõmunis aïæ est actus primus &c. & etiã illa figuræ est definitio uniuoca oĩum figurarum sic etiã definitio animæ. Secũdo principaliter idẽ probo 12. met. 16. 17. causã formalẽ differre à* 2. *cã efficiẽti quia causa agẽs et mouẽs p̃cedit illud qđ agitur & mouetur, formalis aũt & mãlis ut inq̃t ẽt Auer. est cũ g̃natione. Sed dubiũ est secũdũ phyl utrũ talis causa aliqua. s. formalis remaneat post corruptionem compositi. Si aũt (inquit phylosophus) posterius aliquid manet perscrutãdum est. In quibusdam enim nihil prohibet ut si est anima tale. s. remanens post, non omnis sed*

intel-

intellectus omne namque impoſsibile forſan. Ex his patet quòd phyloſophus opinatus eſt animam intellectiuam eſſe formalem cauſam alicuius, alias non eſſet dubium, utrum aliqua cauſa formalis remaneat poſt. Si autem eſt cauſa poſt formalis ſequitur quòd eſt forma dās eſſe, ſic enim accipit ibi cauſam formalem, quod etiam confirmatur ex expoſitione com. Nam ubi litera noſtra habet, quæ autē ut ratio ſimul, habet litera commenti. Quæ aūt ſunt uniuerſalia, ſunt inſimul, & Cō. exponit, id eſt cauſæ propter quas res fit omne, & unum, uel ut aliqui alij codices habent, propter quas fit ens, & unum ſunt cum eo quòd per ipſas fit totam ſimul, cum talem diſpoſitionem habeant, in congregato ſicut partes in toto. Sic igitur intellectus eſt cauſa formalis alicuius compoſiti quod per eum tanquàm per formam eſt, hoc uel illud tale uero compoſitum
3 *homo uocatur. Præterea omnis actio immanens elicita à toto compoſito, elicitur mediante forma ſibi dante eſſe, ſed intelligere eſt actio immanens ut teſtatur ARI. 9. met. t. c. 64. eſt ēt actio totius coniuncti, ut teſtatur ARI. primo de anima. t. c. 64. Quod uero intelligere ſit actio immanens nemo huic ueritati poteſt contraire, cū homo per ipſum intelligere felicitetur, ut teſtatur ARI. primo Ethicorum c. 9. & etiam 10. et hic: relinquitur ut ſit forma inhærens. Inſuper appetitus ſenſitiuus trahit intellectiuum, tertio*

*tio de anima t.c.57. quomodo potest unum ine-
xistens ut appetitus sensitiuus, trahere intelle-
ctiuum qui per auersarios non inexistit, sed so-
lum assistitur, erit ergo forma inhærens. Præ- 5.
terea. A quo compositum habet essentiam, &
actualem existentiam id ipsum est forma dans
esse. Sed ab intellectu homo habet essentiam, ut
testatur Auer. 10. Ethi. c.9. Conueniens est
opinari quòd existentia cuiuscunque hominis in
quantum homo est per hanc substantiam quæ no
minatur intellectus, cum sit honorabilius, &
melius quod est in eo. Verum quia non fuit in-
stitutum nostrum principale examinare hanc
difficultatem in hac parte, sed solum ut declare
mus quòd stante etiam multitudine intellectus
scire nostrum sit quodā reminisci, ideo has quā-
doque solum rationes adduxi. Verum quia mul
ti opinatur hanc sententiam in fundamentis pe
ripateticis non posse tueri, adducam nonnullas
difficultates, & dissoluam. Prima erit quia 1
ARI. 6. Ethicorum motum esse diuisibilem,
quia est in toto mobili quod est diuisiblie, sed ani
ma intellectiua est in toto corpore humano quod
quidem diuisibile est, ergo & ipsa diuisibilis e-
rit quòd est inconueniens. Secundo. Auer. ter- 2
tio de anima c.36. dicit corruptibile non esse,
neque esse posse materiam rei æternæ. Tertio
ARIST. Tertio cæ.t.c.61. principia corrupti-
bilium sunt corruptibilia, & æternorum sunt
æter-*

æterna ſed aīa humana nō eſt corruptibilis, ſed æterna, ergo nō erit principiū hoīs corruptibilis. Quarto. Generatio hominis non eſſet niſi congre
4. *gatio, & ſegregatio, ſicuti dicebat Anax. quòd*
5. *eſt abſurdum. Quintum. Idem eſt agens introducens, & diſponens, ut inquit Auer. 7. met. c. 31. ſed agens naturale diſponit materiam in-*
6. *troducendo formas generabiles, & corruptibiles, ergo intellectus, etiam erit huiuſmodi. Sexto. Si anima daret eſſe, ſcilicet intellectiua, eſſet neceſſe animam moueri ad motum corporis per accidens, ut arguitur de ſub. or. de intelligentia*
7. *& ſic diuiſibilis per accidens. Septimo. Poſita una forma in compoſito ut comuniter ponitur nō poterit anima intellectiua dare eſſe, quia neceſſe eſſet eam dare eſſe corporeum, &c. & quia ipſa*
8. *ſpiritus eſt ei repugnabit dare tale eſſe. Octauo. Si dat eſſe aut immediate recipitur in materia, aut mediate, ſi immediate; cum ei ſuperueni-*
ret quantitas extenderetur, quòd aduerſatur naturæ intellectus, ſi mediate cum reciperetur in
9. *quanto non minus extenderetur, ergo. &c. Nono. Si anima intellectiua daret eſſe corpori eſſet educta de potentia materiæ, & ita generabilis, & corruptibilis, quòd eſt falſum, & ſi dicas eſſe eductam de potentia materiæ diſpoſitiue, & non eſſentialiter. Contra: ſi eſt e ducta diſpoſi-*
Reſpō. *tiue, ergo & eſſentialiter. Nam A R I. 2. de generatiōe animalium. c. 3. quærit an in ſemine*
&

& conceptu sit anima, & determinās q̃stionē prius loq̃tur de uegetatiua, 2. de sensitiua, tertio de intellectiua, & oēs similiter esse in seminibus probat, & inquit. Aīam igitur uegetalē in seminibus, cōceptibus nōdū separatis haberi potētia statuēdū est, nō actu priusq̃ eo mō quo conceptus qui iā separātur cibū trahant, & officio eius anima fungātur. Principio, n. hæc oīa uitā stirpis uiuere uidentur. De aīa quoq; sensuali pari modo dicēdū est, atq; ēt intellectuali. Oēs .n. potentia prius haberi q̃ actū necesse est. hæc ille. Si ergo pariformiter est in potentia intellectiua sicuti uegetatiua, & sensitiua, & istæ de potentia deducũtur ad actū nō modo dispositiue, sed essentialiter ergo ēt intellectiua anima. Nec uidētur mihi dicēda aduersus multiplicationē animarū secūdū numerū. Quod si ad fundamenta PL. & ARI. aspiciamus has oēs difficultates dissoluere, nō erit difficile. Et quidē ad primū dicere, cū dicit ARI. 6. phy. motū esse diuisibilē quia est in mobili q̃d ē diuisibile. dico hoc utiq; ualere de moto quæ est forma educta totum de toto, & pars de parte: at aīa intellectiua, cū nō sit forma educta, ut in ultimo dicemus, et si tota in toto, et tota in qualibet parte corporis, non tenet. Ad secundum negandus est Auer. qui tenuit aīam intellectiuā nō dare esse: uel est dicēdū, propositionē illā ualere de æterno simpliciter, ut erant Ideæ PL. mō aīa, licet sit æterna à parte post, nō tamen est æter-

Ad primum.

Ad secūdum.

æterna à parte ante. Nec uelet ratio ARI. primo cœ. quod eſt æternum à parte poſt eſt æternũ à parte ante, quia loquitur de mundo aduerſus PLA. quod eſt quoddam perfectum in ſpecie, at anima non eſt quod perfectum in ſpecie, ſed eſt
3. *pars ſpeciei. Ad tertium, non omnia poſſunt eſſe incorruptibilia, aliqua tamen nihil prohibet. Et etiam dicit ARI. ibidem, quod principia corruptibilium fere ſunt corruptibilia & non ſimpliciter, quia rerum principia corrũpuntur per acci-*
4. *dens. Ad quartum Generationem eſſe congregationem contingit dupliciter, uel plurium actu exiſtentium, ſicuti ponebat Anax. & Emp. & hoc eſt inconueniens, uel congregatio plurium quorum unum eſt actus, & aliud eſt potentia; & hoc non modo non eſt inconueniens, ſed ad mo-*
5. *dum neceſſ. Ad quintũ reſp. Egi. de forma: corhum. hanc Auer. propoſitionem eſſe falſam, & habet inſtantia de generatione hominis. Ad ſex-*
6. *tum ad illam conſequentiam de mouere ac diuidi per accidens, dicimus non ualere, niſi illud ſit extenſum per accidens. Et ſi dicas Auer. petere principium cum arguit de intelligentiis: ideo uidetur melius eſſe dicendum, propoſitionem eſſe falſam, ut patet de puncto quod mouetur per accidens, et tamẽ non diuiditur &c. Ad ſeptimũ*
7. *d. quod ſi anima eſſet omnino ſpiritus, non poſſet dare eſſe corporeum, ſed quia eſt media inter formam omnino abſtractam & materialem, ideo*

pote-

poterit dare esse corporeum. Vel dicendum esse corporeum homo non habet à forma sed à materia quæ cum tali modo dici potest corpus. Ad octauum dicimus animam in mediate recipi in 8.
materiam & postmodum aduenit quantitas, nihil minus per eam non extenditur anima, quia non est forma educta, & dicit Auer. de sub. or. intelligentiam recipi in cœlo & non mediante quantitate, & nihil minus quantitas postea adueniens, non extendit intelligentiam cum non sit forma educta. Ad nonum nego consequẽ 9.
tiam, & cum dicunt si est educta dispositiue, ergo essentialiter. Iterum nego consequentiam. Et ad dictũ ARI. cũ probat uegetatiuã animã esse in seminibus & sensitiuã, & pari mõ intellectiuã, pari modo nõ currit quatuor pedibus, sed intelligendum est dispositiue solummodo de intellectiua. s. Vel est dicendum, quod per intellectiuum ARI. intellexit imaginatiuã, quam in tertio de anima appellauit intellectum passiuum. Non reminiscitur post mortem. intellectum enim passi- t c. 20.
uum corrumpitur, & sine hoc nihil intelligit anima. Nam Auer. intell. pos interpratatur maginitiuam, quia postea de intellectiua in eodem cap. loquens, probat eam in seminibus non contineri dicẽs. Restat igitur, ut mens sola extrinsecus accedat, atque ea sola diuina sit, nihil enim cum eius actione communicat actio corporalis. hæc ille. Declarata multiplicatione animarum dicen-

dicendum eſt ſcire noſtrum eſſe etiam quoddã reminiſci. Nam animus humanus cum deforis nobis accedat ac ab illa idea omnium animarũ humanarum in nobis illabitur referta omnibus ſpeciebus, uerum quia unitur ut poſsibilis, dicimus eam ſcientiam adipiſci de nouo, quia no ua fantaſmata acquiruntur, quibus illuſtratis ac factis uniuerſalibus in mouendo ſpecies illæ quæ ferè erant obliteratæ ac antiquatæ illuſtrantur ac innouantur, ſicq; in nobis ſcientia adipiſcitur. Vnde ſi omnia quæ iam declarata ſunt ad memoriã reuocentur, facile difficultates omnes diſſoluentur. Hæc uerò dicta de recordatione ſufficiant.

Libri Quarti Finis.

De uisione extramittendo Cæsaris Maganini Epigramma.

Vedimus ò Gabriel qua fit ratione uidendi
Actio, quod nulli diseruere sophi.
Lynceus huc geminas acies flexisse uideris,
Nam causas nostri luminis ipse uides.
Quod non Pythagoras, quod non PLA. uidit Athenis:
Tu tamen Ancona quenque uidere facis.

Eiusdem Cæsaris Disticon.

Sunt tria quæ uisum faciunt, lux insita nobis,
Lucidus hic aer, corpus & oppositum.

AN VISIO EXTRA- MITTENDO FIAT.

LIBER QVINTVS.



I qua ſenſuum operatio præclara eximiaq; eſt, ea potiſſ. cenſenda eſt, quam uidendi facultas exercet. Viſiua.n. potentia ſi ARI. credimus, cæteris ſui generis preſtantior digniorq; eſt, tum quia nos maxime ſcire ac cognoſcere faciat, tum etiam quia multas rerum differentias nobis oſtendit. Ob id tãt opere ſenſus diligimus, & potisſimum uiſus, maiorem.enim utilitatem commodumq; nobis elargitur. Cuius actio in quo potiſſ. ſit, in dubium uertitur, atque in con-
Pytha. *trouerſiam uenit. Pythagoras, enim Samius, à*
quid *quo omnes qui eius doctrinam ſecuti ſunt, tum*
ſentiat. *in Aſia, tum in illis Italiæ oris, quæ quõdam ab illis magna Grecia eſt appellata, preclarum pythagoreorum nomen ſuſceperunt, aſſeruit uiſionem ſemper fieri per uiſui cuiuſdam luminis emisſionem, reflexionemq;, & retro unde exierat recurſum, poſtquàm res uiſibiles offendiſſet, ſicuti pila palmaria à manu in parietem magno impetu iniėcta, à pariete repercuſſa ad ma-*

num

num æquali ferè impetu reuertitur, non secus, illi oculorum radij à re uisili reiecti, ad oculos redeuntes, integrasque rerum uisilium immagines conseruantes, hac ratione uisionem efficere opinatus est. Democritus autem, & Leucippus, nec non Atheniensis epicurus dixerunt, à rebus quibusque per tenues corporum poros, quasdam immagines effluere, quæ ad certum inter stantis spatij terminum peruenientes, non solum corporis qualitates conseruarent, sed, & formas etiam ac figuras integras custodirent, & retinerent, quæ postmodum per occultos uidentis ingressæ meatus, non solum uisum, sed & fantasiam ipsam ad se dignoscendas percipiendasve efficaciter excitarent, & mouerent. Empedocles Agrigentinus, cum simulachra illa, & imagines extrinsecus illatas (ut, & Demo. & Epi. uoluerunt) tum exeuntes ab oculis radios uisilem imaginem quasi manu comprehendentis, uisionis in animalibus uoluit esse causa. Cui astipulatur Hipparcus Nicæus, qui uidendi actum per uisciuos quosdam radios ab oculis exeuntes, & totam uisibilis rei speciem ceu manu comprehendentes, & eiusmodi aprehensione uisiuæ facultati subministrantes, & nunciantes uisionis effectricem esse causam asseuerauit. Chrysippus autem, & uniuersa fere stoicorum secta, à principali animalis, quam ἡγεμονικὸν illi appellãt, & cor esse uolũt, uisiuum quendam, & igneũ

Item Democritus.

Empedocles.

Hipparcus.

Chrysippus.

V 2 ad

ad oculorum usque pupillam procurrere spiritũ uoluerunt, qui turbinis cuiusdã, quẽ conũ uocãt, inde postmodum prosiliens, circunfusum percu lit aerem, & ad rem usque uisilem cum illo ten dere nititur, & si quidem cognatum, suique similem illum forte offenderit, clarum inquam, & pellucidum, rem procul dubio totam ut est, percipere illum, & uidere posse dixerunt, sin mi nus, aliud quidem non cernere uisibile ipsam, s. autem tenebras quadam sui claritate respersas, & affectas, tunc sane conspicere, & uidere asse uerarunt. Voluere namque stoici tenebras per se uideri, quas alij fere omnes phylosophi ex con- sequenti, & per accidens uideri posse dixerunt. Hæc uero omnia ideo præfari decreuimus, ut ali quando intelligeremus. PLAT. cæterosq; aca- demicos uidendi rationem extramittendo fieri, fuisse opinatos, nec non in re hac Pythagoram, & Empedoclem, cæterosque uetustiores fuisse imitatos. Verum ut in hanc eandem sententiã uenire ARI. intelligamus, subijcienda sunt eius uerba, quibus uisionem extramittendo fieri asse uerauit. Et si in libro de sensu, & sensili impu- gnare horum sententias uideatur, potius eorum verba quàm sensa de molitus est. Et ut in alijs locis sæpenumero diximus, non eos quo ad uerbo rum proprietatem conciliare contendimus, sed conuenire in re omnino demostrabimus. Quisq; enim in utraque phylosophia, uel etiam medio-

criter

criter initiatus nouit A R IST. magis propriè fuisse locutum quòd P L A. P L A T O vero exornandi amplificandique gratia suas disputationes poætarum dictis usus est, quibus quasi flo ribus quibusdam adhibitis non mediocrem uolu ptatē afferre legentibus solet. Dixit ergo A R I. sect. 31. prob. Coadunate exiens uisus magis uidet, expanso autem oculo diuellitur. Et ibidem inf. Visus magis adunatus paruus exit, & non confestim expanso exiens disgregatur. Præterea tert io meteo. de halo, & Iride fere in calce 2. capitis, ita fatur. Quod quidem igitur uisus refrangitur sicut, & ab aqua, sic, & aere, & omnibus habentibus superficiem Planum ex his quæ circa uisum ostensa sunt oportet accipere fidem. Et postea subnectit, quædam esse o adeo in mouendo medium potentiora, ut non modo in speculo suorum colorum formas imprimant, sed etiam imagines causant. quædam uero debilio ris naturæ, & ob id solum colores imprimere possunt. Non secus nos dicere possumus, spiritus potentiores ex oculis egredientes longe melius rem uisilem contingere, quàm debiliores. Eiusdem etiam sententiæ fuisse perspectiuos satis cla rum est, quorum rationes ideo omittimus ne in immensum sermo noster in hac materia protrahatur. Reliquum est, ut sententiam P L A. de uisionis ratione subnectamus, qui, ut iam diximus, Empedoclem secutus in Meno. uel de uir

Prob. 15. prob. 16.

tute, ita fatur. Socr. Vis ne tibi secundum Gorgiã respondeam? sic maxime assentieris? Men. Et maxime quidem So. Non ne defluxum qui dam secundum Empedoclem à rebus manare dicuntur? Men. Et maxime quidem. So. Ac pori, id est, meatus, in quos, & per quos etiam defluxus huiusmodi manant? Men. Omnino. So. Ex defluxibus autem quosdam poris quibusdam congruere, quosdam minores, aut maiores esse? Men Sic est. So. Nunquid, & uisum aliquid uocas? Men. Voco. Soc. Ex his iam iã quid uelim, ut ait Pindarus, accipe. Est enim color defluxus quidam rerum, uisui congruens, atque sensibilis. Men. Optime mihi, ò Socrates respondisse uideris. Hæc ille. Hanc sententiam ARIST. in libr. de sensu, & sensibili ad duxit, & eam impugnare uidetur. c. 2. ante medium. fo. 582. *Præterea PLA. in Tim. Pulcherrimam hominis structuram depingens quasi penicillo, oculos quare in suprema capitis arce Deus opti. max. posuerit, ita inquit. Ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac causa dati. Ignis certe illius, qui non urit quidem, sed illuminando suauiter diem inuehit mundo, particeps oculorum orbes Dij fecerunt. Intimũ siquidem nostri corporis ignem huius ignis germanũ, sincerumque per oculos emanare uoluerunt, in quibus lenis congestusque, ubique ignis huiusmodi sit, sed per eorum duntaxat solidiorem*

rem angustamque medietatem ignis purior euolet, crassior uero cohibeatur. Itaque cum diurnum lumen applicat se uisus radio, tunc ea duo inter se similia concurrentia, atque commixta, quo oculorum acies diriguntur, ibi in unius iam domestici corporis cohærent speciem, ubicunque uidelicet tam intimi, quàm externi luminis fit concursus. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eandem sortitum, cum quid aliud tangit, uel ipsum ab alio tãgitur motum, huiusmodi ad corpus omne, ꝑ quæ id ad animã usque diffundens sensum efficit, qui uisus uocatur. Hæc ille. Plutarchus lib. 4. de placitis phylosophorum, hanc esse PLA. *sententiam de uisione affirmauit, ut oculi ex se naturam quandam lucidam habent, ex qua radij uisiui effluẽtes in æxternam aeris lucem, obiectæ rei imaginem adducant, & in animo representent, ex qua imaginum representatione fit uisus. Alcinous quoque de doctrina* PLA. *eandem de uisu sententiam illius recitat. Itaque cum facultas uisiua ab obiectu mouetur, tunc radij lucidi ab oculo effluentes per lucem aeris cognatam obiecti imaginem percipiunt, & ad oculum referunt. Hanc quoque sententiam Macrobius l 7. Saturnal. cap. 14. confirmans, Geminum (inquit) lumen è pupilla directa linea micare, eumque profluuium oculorum, sic lucem aeris externi offendat, directimque per hanc pergere*

usque ad obiectam rem. Unde tria ponit ad ui sum efficiendum necessaria: lumen ab oculis emissum, medium aerem lucidum, & oppositum corpus in quod uisus tendat. Huic sententia asti pulatur Plotini testimonium, qui hanc eandem fuisse PLA. opinionem in lib. de Visione asseruit. Si ergo sic uisio fiat, ut uisus ipsius lumen cum lumine medio coniungatur, usque ad sensibile, oportet hoc medium esse lumen, atque suppositio hac medium id requirit. Hæc ille. Ex his satis claret, tum PLAT. sententiam fuisse ac sua doctrinæ sectatorum, tum etiam ARI uisionem extramittendo fieri, sic autem definiētes uisum dicamus. Visus est facultas quædam animalis ad rerum coloratarū imagines percipiendas. Huius uerò actus est ipsa uisio, quæ ex actione formæ uisilis ad uisum, & passione uisus ab hac forma fit. Visus præterea cōsecutione quadā naturali ad coloratum obiectum fertur, idq́ radiorum extramissionem PLA. uocat. Item tria hæc in uisu, ut in alijs sensibus, considerantur; facultas uidendi in animali, & ex anima proficiscens, obiectum, & medium lucidum. Facultas autem hæc uidendi in oculo residet, qui si accōmodatus planeq́ dispositus est, uidendi uis in actū egreditur, modo dispositum sit medium ac lumine actuatum, obiectumq́ potentiæ proportionatū ne nimia sua claritate oculus offendatur, nec sua exilitate ipsum mouere possit. Verum ne aliquis

Ennea dis. 4. lib. 5. c..

error

error in hac materia accidat, & difficultates emergētes facilius de medio tollere possimus: principio diligenter animaduertere debemus quid illud sit quod ex oculis extramittitur. Quod nō est opinandum esse corpus ut falso putat Alex. nā si ita esset, cito oculus uirtusq; uisiua dissolueretur, ac periret, sed potius lux quædam, cū, oculus seu sensorium uisus fulgore igneum sit, licet natura aqueum. Igneum enim esse dicit PLA. sicuti sol in maiori hoc mundo, qui non urit quidem, sed sua luce rebus uniuersis splendorem ac uitam exhibet mundo non secus oculus in homine operatur, qui minor mundus nuncupatur, Ob id natura in capite quasi in summa arce statuit. Audiamus iam quid ipse PLA. dicat. Sed ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruscant, hac causa dati. Ignis certe illius qui non urit quidem, sed illuminādo sua uiter diem inuehit mundo, participes oculorum orbes Dij fecerunt &c. Ex his iam satis claret oculos suo fulgore igneos sicuti PL. īquit, natura uero aqueos esse ut ARI. sentit, Aqua enim cum sit corpus peruium non nihil luminis obtinet, ꝙ non nisi uisu orbatus hanc ueritatem inficiari potest. Præterea aliud non minus consideratione dignum est, cum oculus radios emittat, seu uisio extra mittendo fiat iuxta PLA. mentem, uidendum est, an uisio fiat in medio, uel in obiecto, ut multi falso opinati sunt; uel in uisu ex illa radio

fol. 572. in med.

rum repercussione ab obiecto facta, ut meo quidem iudicio sensit tum PLA. tum eius discipulus ARI. Et si PLA. aliquando dixit per extra missionē fieri uisionem, nō tamē negauit eandē fieri per intus susceptionē. Radij.n.illi uisuales qui ex oculis egrediuntur uisionem ordiuntur, cum uero obiecti species in medio multiplicata & in oculo suscepta utriusque luminis ope perficit uisum, tuncq; uidendi actio seu passio absoluta est. Verum ne quod dicimus nostrum esse commentum quis opinetur, PLA. iam loquentem audiamus, qui concludens de uisione sermonem ita fatur. Totum igitur hoc propter similitudinem passionem eādem sortitum, cum quid aliud tangit, uel ipsum ab alio tangitur, motum huiusmodi ad corpus omne, perq; id ad animam usq; diffundens, sensum efficit, qui uisus uocatur. Hæc ille. Hæc est dictorū oīum de uisione cōclusio, in qua breuiter qua rōne fiat uisio: demonstrat. Ait enim quod cum spiritus quidam uisili ac lucidi ab oculo exeant, pariq; ratione à rei obiectæ imagine propter colorem luce externa circunfusum similes radij lucidi profluant, commixti inter se illi rei obiectæ imaginē reflexione quadam ad oculos deferant, perq; pupillam, ac neruos opticos ad cerebrum, ubi animi sedes est, introducant. Itaque congressus ille utrorumq; radiorum inter se, nihil aliud est, quam ipsa obiecti, ac sensus Sympatia, quam ea de causa. Plutarchus,

συναύγειαν, quasi corradiationem nominat. Cum ergo PLA. uisionem per radiorum uisualium extramissionem fieri asseuerauit, uisionis originem demonstrauit, cum uero, obiectæ rei imaginem intra se sensus recipit, in hoc consistere absolutam uidendi rationem intellexit. Præterea: quod uisus compleatur in illam uisilium specierum oculi internam receptionẽ, PLA. in Minoe. siue de lege declarat. Siquis (inquit) nos de his, quæ nunc dicebantur interroget: quandoquidem uisu asseritis uidere, ea quæ uidentur, quid est uisus, quo uidentur? respondemus sane ipsi sensum esse hunc, qui per oculos colores indicat. Et si rursus interrogaret, quid est auditus, quo audiunt, ea quæ audiuntur? responderemus esse sensum, qui per aures uoces declarat. Hæc ille. Si ergo aures uoces, ac sonus recipit, ac diiudicat, & oculus colores, uisio ergo, et audito in ipsis sensorijs, fieri necesse erit. Hanc eandem sententiam. Plotinus refert. Sed nunquid medium corpus passionem prius accipiat, & quasi formetur est, quærendum. Signum uerò huius, aliquis afferat, quod siquis ante faciem nostram sit, uel penes colorem aspiciens, etiam uidet, id ipsũ uerò ad nos usque minime perueniret, nisi passio quædam medio fuisset illata: sed forte non necessarium est pati medium, dum quod passioni naturaliter est, expositum, uelut oculus patitur, aut si tunc medium patitur, aliud quiddam patitur

f. 779. in prin. Ia. cor. int.

Enneadis 4. li. 5. c. 1

titur: quandoquidem neque calamus medius inter piscem illum stupefacientem nomine Narcē atq; manum patitur, quod manus ipsa patitur: tam, & si hic quoque nisi calamus in medio situs. & seta siue capillus esset manus minime pateretur. Hac ille. Disputat enim Plotinus hoc in loco, an necesse sit medium pati in sensatione, & inquit, si patitur nō est necesse, vt illud idem passionis genus patiatur quod sensus patitur, ergo uisus in uidendo potius patitur quam agat. Praterea, Enne.5.cap.11.circa med. sic inquit. Si igitur uisio ad rem spectat externam, non expedit uisionem illic esse uel ita esse, ut idem cū eo quod uidetur existat. hac ille. Insuper disputans de impassibilitate anima scilicet intellectiua, qua scilicet nō patitur scilicet passione corruptiua. Enn. 3.lib.6.cap.2.in calce ita inquit. Quod autem agens patiatur agendo, rerum, qua cum materia sunt conditio esset solet, sin autem quod materiale est patiatur, non habet quo maneat, quemadmodum in aspectu uisione quidem agente oculus est qui patitur. hac ille. Hac uerò omnia ideo adducere in medium uolui, ut intelligeremus uisionem potius in passione iuxta PLA. sententiā consistere, quam in actione, uisionemq́; minime extra oculum fieri.

His itaque sic dispositis, non erit difficile ea
1. *qua PLA obijciuntur, dissoluere. Oculum enim diximus iuxta PLA. mentem igneum esse, ac uisionem*

ſionem fieri extramittendo. Nam ſi uiſio hac ratione fieret cum contigat uidere cœlum, & aſtra diſſolueretur omnino oculus in uidendo, & cito euaneſceret, cum tot ignis particulæ ex oculo egrederentur, ut omnino oculi ſubſtantia tolleretur. Totum enim per partium ſubſtractionem aliquotiens factam proſus de medio tollitur.

Præterea, decipitur PLA. cum dicat oculum igneum, & emittere lumen, quòd ſi in nocte non uidetur, eſt (ut inquit) quia illa oculorum lux à noctis tenebra extinguitur, quòd falſum eſſe facile conuincitur, ſi ignis naturam diligenter contemplemur, quæ cum calida, & ſicca ſit, non niſi ab aqua extingui, quæ contrarias habet qualitates, Verum hæc extinctio non minus fieret in die quam in nocte. Nam quando intuemur aliquid ſub aquis, multo magis ignei illi radij extinguerentur, cum per aquam quæ igni magis aduerſatur extinguatur quam per noctem. 2.

Inſuper, oculus non eſſe igneos, ac uiſionem nō emiſſione radiorum fieri probat teſtimonio Democriti, ac ratione, tū quia aqua denſior igne, ac ad retinendas ſenſilium ſpecies magis idonea cū denſior ſit, tum etiam quia ex corruptione ac ſuffoſione oculorum aquam effluere uidemus, & nō ignem ſcintillare; ſequitur ex his, ut in oculo magis prædominetur aqua quam ignis, ac potius uiſio conſtet in ſpecierum ſuſceptione, quam in radiorum igneorum extramiſſione. 3.

Amplius

4. *Amplius, ostendit nihil ad uisionem radiorũ extramissionem conducere. Nam si quippiam commodi utilitatisq́ uisioni conferret, hæc radiorum ex oculis egressio, hoc uel esset medi illustrãdi gratia, uel ratione obiecti ut facilius in sensu sui imaginem imprimere posit, uel ratione utriusque, at neutrum uerum est, nulla ergo ratione egressus iste luminis ponendus est ad uisionẽ causandam. Principio propter medium non requiritur, cum sufficientur lumine exteriori potest actuari, ut sensu patet, & si dicas uigoratur magis, ex his sequeretur ut uisio fieri posset in nocte, quod minime apparet. Nec propter obiectum, cũ color sit motiuus diaphani secundum actum, uerum extrinseco lumine sufficienter est actuatum ergo potest mouere medium paritérq́ potẽtiam, nec ratione utriusque per easdem rationes, ergo &c.*

5. *Præterea. si interni externiq́ luminis connexio ad uisionem causandam requireretur, non erit facile assignare modum, quo ista duo lumina copulentur, quandoquidem cum non sint corpora, quorum naturæ coniunctio congruit, inuicem copulari poterunt. Et si copulentur melius est, ut dicamus, circa oculi superficiem id fieri, quã in medio longiori, & hoc etiam dicere stultum est, cum non minus uisio absque egressu luminis effici possit, cum medium uniuersum luminosũ externo lumine reddi posit.*

Insuper. Quomodo hæc copulari poterunt cũ membra nulæ illæ, quæ oculo insident, inter utrumque lumen medientur, potissimum, cum ita ueniantur, ut ex his unum fiant? 6.

Amplius. contendit ARI. probare oculum natura aqueum potius quàm igneum, quia multi in bello iuxta tempora uulnerati, abscondunt meatus, & uisæ sunt effundi tenebre, sicuti in lucernæ extinctione, cum pupilla disecta sit. 7.

Præterea in singulo, quoque sensorio prædominatur aliquid elementum, nam cum oculus trahat originem à cerebro, quod frigidum, & humidũ est, magis aqua prædominatur quàm ignis in auditu aer, in odoratu ignis, cum odor fumalis, quædam euaporatio est, quæ sine igne fieri minime potest, in tactu uero, & gustu, qui tactus quidam est, prædominatur terra: tactus enim circa cor est. Aduersantur enim hæc duo membra adinuicem cor scilicet, & cerebrum, nam cor callidum, ac siccum est, cerebrum uero humidum, & frigidum. Hæc uero omnia ex ARI. de sensu, & sensili accepi c. 2. reliquum est, ut ea adducamus in medium, quæ Alexan. contra PLA. edidit, ut aliquando uideamus, quam leues sint eius captiunculæ contra academiæ principem, &c. Verum quia multa ex his quæ aduersus PLA. adduxit, accepit ab ARI. & nos ea iam adduximus in medium non est necesse, ut ea amplius repetamus. 8.

Et prin-

1. *Et principio redarguit dictum quoddã P L. qui reddens rationẽ, quare non uideamus in nocte, cũ uideamus in nocte, cũ uisio fiat per extramissionẽ radiorũ inquit. quia radij à noctis tenebra extinguntur. Contra cum candela accensa magis uideatur in nocte, quàm in die, cum sol sua luce minorem obscuret, uidetur, quòd illi oculorum radij ex oculis egredientes magis ad uidendum nobis opem ferre deberent in nocte, quàm in die, tamen hoc negat P L A. ergo, &c.*

2. *Præterea, cum radij qui egrediuntur loco moueantur, & rem attingunt, corpora necesse est ea esse, quod si ita sit, uento flante, cum ea tenuissima sint, dissiparentur, nec rem uisilem attingere possent, at experimento oppositum cernimus, nihil ergo ex oculis egreditur, ut uisio fiat.*

3. *Insuper. Si adeo exilia, & tenuia sint hæc quæ egrediuntur ex oculis, ita uideremus oculis clausis, sicuti ocuils apertis, hoc uero facile probare possumus cum per poros palpebrarum corpora hæc tenuissima magis possunt egredi quam sudor, qui pinguior ac crassior est, at sudor egreditur per huiusmodi poros, ergo & hæc corpora. Oppositum uero sensu percipimus, ergo &c.*

4. *Amplius, si radij isti ex oculis effunderentur in piramidis forma egressus iste terminaretur, cuius basis in oculo esset, sicuti in aqua cursu apparet, cum ex aliquo uase egreditur, at oppositũ uidemus secundum omnes perspectiuos, qui in re*

reui-

uisibili basim statuunt, & piramidem in oculo, ergo &c.

Præterea. Si corpuscula hæc egrederentur ex oculis, plura corpora in eodem loco essent, uel unum alteri cederet, at utrunque falsum est, ergo &c. Et comprobatur, quia si ex oculis egrederētur ac mouerentur & in medio concurrerent, uel ambo essent in eodem loco uel non: si ambo, ergo pari ratione infinita, quod est absurdum, si unū alteri cedit, sequitur quòd unus solus uideat alter uero minime, uerū ambo uident, ergo &c. 5.

Insuper. Si corpora ista egrederentur &c. uento flante, dissiparentur de medioq́ tollerentur, sicq́ uisio minime fieret, at oppositum sensu experimur, ergo &c. 6.

Amplius si duo mutuo se se è diametro aspiciat, ex oculisq́ utriusque egrediantur huiusmodi corpora, quæ uirtute in agendo ac resistendo paria sint nemo alterum uidere poterit, cum in medio concurrant, uerum experimento cōtrarium conijcimus; non dabitur ergo egressus iste corporum ex oculis. 7.

8. *Præterea. Corpora quæ ex oculis egrediuntur uel sunt aer uel ignis, nam hæc tenuissima sunt, aptaque, ut ex subtiliss. poris exeant, at aer esse non potest, cum oculus aere externo sit undique uallatus, cum illuminatus satis sufficiens est absque interno aere ad uisionem causandam. Non potest esse ignis, quandoquidem natura leuis est,*

& non nisi sursum natura fertur, ergo non uideremus nisi ea quæ in sublimi residerent, at contrarium experimur, ergo &c. Et etiam si ignis esset, non possemus uidere aliquid sub aquis, cum ignis ab aqua extinguatur, & uideremus huiusmodi ignem in nocte, quod absonum est, ergo &c.

9. *Insuper. Siquis uerò dicat pro salute PLA. antiquorumq; defensione, ea quæ ex oculis emittuntur non esse corpora, sed lumina, prius quidē ostendendum erat non esse corpora, quod si ita est lumen non extramittitur, neque profunditur & exit, sed potius generatur, fitq; in alio, cum accidens sit, alteriq; inexistat. Nam accidēs egredi moueriq; per se minime potest cum corporea substantia minime sit &c. Et multa quidem alia adducit, quæ cum nimis sint, longum ea esset in medium afferre, ob id omittantur &c.*

Ad 1. *Ad primā ergo difficultatem dicendum est, oculum secundum diuinam PLA. mentē igneū esse, non natura, sed lumine, ac splendore, aqueū uerò natura, illud uerò ignei quod ex oculis extramittitur, lumen est, & sicuti lumen quod à sole proficiscitur nō tollit eius naturam licet terram attingat, non secus lux quæ ex oculis emergit licet ad cælum perueniat, non minuit seu dextruit eius substantiam, satis verò claret hoc in oculis felium seu luporum, qui in tenebris uidentur, lumen emittunt, & tamen oculorum sub-*

ſubſtantia non minuitur, neque labefactatur.

Ad aliud. eodem modo dicendum eſt, oculũ eſſe igneum ſplẽdore, non natura, vt inquit PL. in Time. ſed ex omnibus faciei partibus primi luciferi oculorum orbes coruſcant, hac cauſa dati. Ignis certe illius qui non urit quidem, ſed illuminando ſuauiter diem inuehit mundo &c. Vnde iſte ignis qui à lumine, ſic dictus eſt potius à tenebra extinguitur, cum ei aduerſatur, quam ab aqua. Aqua enim ignem illum extinguit, qui urit, ſuaq; natura ligna cæteraq; quæ cõbuſtioni apta ſunt, conſumit. Ex his etiã facile colligere ualemus, quomodo eaque ſub aquis ſunt intueri poſſimus & ignis ille, ideſt lux ab oculis egreſſa non extinguatur, ſicuti ſolis radij, qui ſuperferuntur aquis, non tolluntur. Ad 2.

Altera difficultas de medio tollitur, cum nihil aliud probat, niſi oculum natura eſſe aqueũ, quod gratia argumenti concedimus, licet luce, ac ſplendore, ſit igneus. Ad 3.

Ad id, quod ulterius petitur, aut iſta radiorũ emiſſio fit propter mediũ, uel propter potentiam &c. vel etiam, propter obiectum uiſile, at neque medio, neque potentia, neque obiecto, ergo &c. dico omnibus his iuuare, quàm maxime. & primum potentiæ, diſponitur enim interna, hac radiorum emiſſione ad externam lucem, percipiendam, ne ſubita externæ lucis claritate, ac repentina illa percuſſione organum diſſoluatur. Confert Ad 4.

fert medio potissimum, cum non contingat sem per in illa maxima solis luce uidere. Confert o biecto non aliquam actualitatem, ut possit senso rium mouere, sed ne in mouendo illud destruat, ac dissoluat.

Ad 5. *Quod uero quinto loco dicitur de coniunctio ne radiorum, satis enim constat, ex his quæ iam diximus, ea non esse corpora, quo uerò in loco con gressus iste radiorum fiat, uel prope oculum, uel prope obiectum, nõ erit facile causam assignare, sed etiam, si dicamus prope oculum fieri, ut in quit ARI. non erit stultum, vt ipse ait, hanc ra diorum emissionem statuere, cum iam in supe riori responsione dictum sit, qua de causa ponen da sit,*

Ad 6. *Quod uerò subnectat, quõ poterunt illæ parti culæ, quæ extramittuntur, cum externo corpore copulari, cum intermediæ sint illæ oculorum mẽ branulæ? dicimus difficultatem hanc ex falsa immaginatione proficisci, quandoquidem nõ cor pora, sed lux quædam est, quæ exteriori unitur. Quemadmodum ex lanterna lux promicat, & externæ luci copulatur.*

Ad 7. *Quod uerò septimo loco obijcit, oculum natu ra aqueum, & non igneum, testimonio, ac expe rimento eorum, qui uel circa tempora, uel circa oculum uulnus accipiunt, gratia argumenti con cedamus, tamen non erat negandum oculum sua claritata, ac fulgore igneum.*

Quod

Quod uero octauo loco dicitur, ex his quæ modo dicimus satis claret responsio, in oculo natura prædominatur aqua, uerum luce, ac claritate prædominatur ignis. Ad 8.

Modo dissoluẽda sunt, quæ cõtra PL. adducit Alex. si illi radij uisuales emitterẽtur magis uiderẽtur in nocte, q̃ in die, cũ nõ obscurẽtur à sole, uerum in nocte non uidẽtur, ergo &c. cui ita satisfit. In quibusdam, dicimus in nocte uideri magis radij illi uisuales, ut satis claret de oculis felium, luporum, et huiusmodi, at in alijs in quibus radij non sunt adeo uehementes, extinguũtur in nocte, cum tenebra contrariatur lumini. Ad 1.

Ad id, q̃d secundo dicebatur, si egrederentur ex oculis essent corpora, dicimus, hoc ipsum negandũ esse, nã radij egrediuntur ex sole, & tamen non mouentur loco cum non sint corpora, & ideo uento flante non disipantur, nec uisio impeditur. Ad 2.

Nõ tenet etiam, quod tertio loco dicitur, cum non sint corpora, uel etiam tenuissima ideo oculis clausis uidere nequimus, quia tum radij impediuntur uisuales, tum oculus tegitur, ut species non posit uisum penetrare &c. Ad 3.

Dicimus ad aliam difficultatem de basi piramidis, quod in egressu radiorum ex oculis utique basis est in oculo, at in regressu, cum species in oculo recipitur basis est in re uisa, & apex piramidis est in oculo, & hæc est illa de qua

loquuntur perspectiui &c.

Ad 5. *Quod uero dicit duo esset corpora in eodem loco, non ualet, quia sepenumero iam dictum est, hæc non esse corpora, sed lumina: sed hæc se adinuicem in eodem medio se compatiuntur, cum habeant esse spirituale, &c.*

Ad 6. *Non secus dicendum de uento flante, nam lumen illud non dissipatur, nec diuellitur ob eandem rationem &c.*

Ad 7. *Et si mutuo duo se è diametro aspiciant, nõ tollitur utriusque uisio, cum lumina concurrentia, non se impediant, uerum enim uerò se uicissim corroborant. &c.*

Ad 8. *Illi radij, ut iam dictum est, non sunt corpora & ideo frustra quæritur an sint ignea, aut aerea &c.*

Ad 9. *Quod uerò ultimo loco dicunt, si non sunt corpora, sed lumina demonstrandum prius erat nõ esse corpora, sed lumina, & illa quidem non extramitti; sed potius generari &c. Cui dicimus omnem hanc disputationem esse uerbalem. Præterea d. PLA. in Tim. demonstrando oculum esse igneum lumine, ac splẽdore, satis declarauit ea quæ ex oculis egrediuntur, non esse corpora, sed lumina, quæ ideo dicũtur extra mitti nõ q̃a locomoueantur, sed quia in medio diffundũtur, sicuti radij qui ex sole egrediuntur. Hæc mihi uita sunt dicenda in hac materia &c.*

Libri Quinti Finis.

LIBER SEXTUS.



I de ſuprema hominis feli citate ac vltimo fine iuſta Marcum Varronem loqui voluerimus, teſte. D. patre Auguſtino, nunquàm dicē di finē faceremus. Nā noui Academici ita à ueteribus diſſentiunt, ut facilius omnem arenam numerare, quàm eorum ſententias conciliare poſſes. Ex tripartito, enim uiuendi genere, ocioſo, ſcilicet quod in contemplatione collocamus, ipſum enim eſt, quod in inquiſitione ueritatis conſiſtit, altero in gerendis rebus humanis negocioſo, tertio ex utroque genere temperato, Marcus Varro ex Academicis nouis, ex Cynicis, & ex iſto uitæ genere tripartito ad ſectas ducētas octogintaocto peruenit, quas ſi enumerare uoluerimus in immenſum noſtrum hoc conciliandi munus protraheremus, ac legentibus moleſtiam, potius quàm uoluptatem daremus. Ob id commune ac tritam Academicorum ſententiam ſequentes, illamque ex puriſſimo PLA. fonte ſelectam, ennarrare tentabimus, quid hominis felicitas ſit, ac ubi ſita locataque ſit, quis homo uere felix dici poſſit, & à uiro bono ac felici quid

19. de ci. de c. 2.

piam mali accidere possit, ac in quibus ARI. à PLA. dissentire uideatur, pro uirili declarabimus. Varias ac diuersas definitiones felicitatis assignauit PLA. sicuti multa ac uaria sunt, quæ ad felicitatem conducunt. Cum enim quatuor sint causarum genera, ac per singula possumus definitiones assignare, ideo principio quod

fo. 205. Mar. *ipsa felicitas sit declarans in Euthydemo dicit Sapientia, felicitas ipsa est. Dicit sapientiam felicitatem esse, quia illum planè beatum iudicamus, qui iam summum bonum adeptus est. De summo uero bono absoluto, quod rerum omnium principium est in Phædone, & Theateto disseruit PLA. de summo uero animi bono, quod cũ quadam conditione dicitur, disputat in Phile-*

fo. 216. in Cal. Cor. *bo. A supremo illo absoluto bono, tanquàm à fonte luminum in animo hominum, lumẽ quoddam infunditur, quod sapientia nominatur, qua ad beatam uitam peruenitur. Ita enim inquit PLA. Protarcho suo principio illius pulcherrimæ disputationis. Soc Oportet sanè de his omni modo ueritatem perficere. Pro. Oportet quidem. Soc. Age uero ad hæc, confiteamur etiam hoc. Pro. Quid hoc? Soc. Quòd nunc uterque nostrum eum animi habitum, & talem quandam affectionem declarare conabitur, unde omnibus hominibus beata uita contingere possit. Nonne ita res se habet? Pro. ita profectò. hæc ille. Ob id ARI. à preceptorè suo non dissentiens*

primo

primo Ethi. definiens hominis felicitatem, & decimo, ita inquit. Felicitas est animi operatio quædam secundum uirtutem perfectam. Operatio uero animi perfecta est intelligere, perfecta item uirtus (si tamen sapientia uirtus dici potest) sapientia est. Ideo sapientem definiēs dicit primo met. Itaque primum existimamus sapientem omnia maxime scire, ut contingit, accipimus enim non singularem scientiam eorum habentem. Postea difficilia cognoscere potentem, nec leuia homini noscere hunc dicimus sapientem. Sentire enim omnium est commune: quare facile, & non sophon. Et adhuc certiorem, & magis causam dicentem sapientem circa omnē scientiam esse. Et scientiarum autem, ea quæ sui ipsius causa, et sciēdi gratia eligibilis est magis est sapiētia q̃ q̃ euenietiū gratia. Et principaliorem subseruiente magis esse sapientem, nō enim ordinari, sed ordinare oportet sapientem, neque hunc ab altero: sed ab hoc minus sapientem persuaderi, tales quidem igitur extimationes, & tot de sapiētia sapiētib. habemus. hæc ille. Licet ergo scientiæ oēs ad felicitatē consequendam nobis deseruiant, ac in absolutissi. boni notitiam famulentur, nihil adeo nos in eius notitiam deducit, sicuti sapientia. Ob id eam PLA. animi felicitatem statuit. Non solum PLA. hanc felicitatis definitionem assignauit, uerum alteram ex eius uerbis in Philebo elicere possumus, c.16. c.8. In pl. fo.221.

ut dicamus hominis felicitatem bene uiuere esse,
Enne.1. lib. 4. c. 1. *cui sententia astipulatur Plotinus dicens. Cum bene uiuere, atque felicem esse in eodem constituamus, nunquid hoc cæteris quoque animantibus concedemus? Si enim datur ipsis, qua ratione nata sunt sine impedimento uitam transigere, quid prohibet illa etiam bene, id est feliciter uiuere? hac ille.* fo.221. *Ex tripartito illo uitæ genere, ut inquit PLA. in Philebo. s. ex uoluntate, intelligentia, ac sapientia, quando ex his una quædam mixta uita emergit, illam hominis felicitatem putamus, quæ nec plantis, nec brutis, nec pueris, nec rudib. ac ineptis hominibus, sed solum studiosis contingere solet. Hanc eandem* 1. Ethi. c.9. *PLA. sententiam laudauit ARI. dicens. Cum ergo tripliciter diuidatur, bona, & alia externa dicũtur, alia animi, & corporis. Bona animi principalissima dicimus, ac maxima bona. Actus uero, & operationes animales animi esse ponimus. Itaque recte quidem diceretur secundum hanc opinionem antiquam, & phylosophantibus approbatam. Recte etiam quod operationes quædam, & actus fines esse prohibentur. Sic enim ex bonis animi non ex externis esse. Consonat quoque huic quod dicitur bene uiuere, & bene agere felicem esse: namque bona quædam uita, & bona actio dicta est. Cuncta etiam quæ circa felicitatẽ quæruntur huic adesse constat. hac ille.* Modo uenit ad dictum. PLA. *Et ne cuipiam errandi occa-*

sio tribuatur, quid per uiuere ac bene uiuere intelligantur tam ARI. quàm PLA. declarandũ est. Multis enim modis capitur uiuere, principio pro ipso actu primo, siquidem ea ratione interpretandus est ARI. cum dixit uiuere uiuentibus est esse. Ipsum enim esse anima est, quæ actus primus corporis physici organici potentia uitam, &c Secundo, capitur pro operatione quæ emergit ab ipsa anima pro potentias, sicq; bonam uitam PLA. ac ARI. intellexerunt, sicuti infra declarabimus felicitatem, scilicet non esse habitum, nec actum primum, sed secundũ, hoc est dictu operationem. Tertio, uita capitur pro modo ac ratione uiuendi. Dicere enim consueuimus, qua ratione uel quo pacto uiuit Frãciscus, uel Cicero? Quorum uerborum sensus est, id est, quem habet uiuendi modum, sicque intelligendus est ARI. cum supra dixit quòd uulgus ex modo uiuendi suo credit felicitatem esse talem, uel talem, ut qui amabant uoluptatem, dicebant felicitatem in uoluptatem consistere. Verum hic, ut iam diximus accepit uitã ARI. Secundo modo pro ipsa operatione, non uero pro primo, aut tertio modo. At quia PL. ex tripartito illo uitæ genere in mixto felicitatẽ collocauit, uidendum nobis est, qua ratione in hoc genere felicitatem posuerit. Ob id diligenter considerandum est, ut infra fusius declarabimus duplicem esse felicitatem, alteram contem-

templatiuam, alteram uero actiuam, ob id in altera felicitatis definitione sapientiam statuit, in alteram operationem, nam prima contemplatiuæ felicitati deseruit, operatio uero actiuæ.

fo.803. in fin. & 804. n prin. *Qui uero in bene uiuendo PLAT. felicitatem posuisse intelligere desiderat, legat quæ ipse dixit in secundo de legum latione, & cognoscet, quid sit bene uiuere. Possumus autem, & alteram*

fo.488. *ram ex PLA. de felicitate afferre definitionẽ ex suo Gorgia, ita ut dicamus felicitatem esse iustitiæ, ac temperantiæ possessionem. Quid uero per iustitiam ac temperantiam intelligere debemus, non utique illas duas solum uirtutes, quas nos cardinales dicere consueuimus, quarũ altera in reddendo unicuique, quod suum est consistit, altera uero in coercendo animi motus, tum in prosperis, tum in aduersis, ut ne in secũdis nimium extollatur, nec in rebus aduersis, plus æquo deijciatur, sed per has duas uoces cõpendium omnium uirtutum intellexit. Dixe-*

4. Ethi. c. 3. *rat enim ARI. de iustitia loquens. Hæc itaq; iustitia, uirtus quædam est perfecta non simpliciter, sed ad alium. Et ab hoc multotiens excellentissima uirtutum, esse uidetur iustitia, & neque hesperus, neque lucifer ita merabilis, ac in prouerbio dicimus, omnes similiter uirtutes iustitiæ inesse, & perfecta maxime uirtus quoniam perfectæ uirtutis est usus. Perfecta autem quòd eam habens ad alium quoque uti potest uirtute*

tute, non solum ad se ipsum. Multi enim in proprys uirtute uti: sed in his quæ ad aliam sunt nō possunt, & propterea uidetur præclarum id Biantis. Magistratus uirum ostendit. Ad alium enim, & incommuni magistratus geritur. Propter hoc ipsum, & alienum bonum uidetur esse iustitia solum omnium uirtutum, quia ad aliū est. Agit enim illa quæ aly conferuntur, uel principi, uel reipu. hæc ille. Felices itaque hi sunt, cui hæc insunt, & non ut multi falso opinātur, ut inquit PLA. in Gorg. scilicet eos esse felices, quibus nihil opus est. Lapides enim ac mortui felices essent. Soc. At uero, & sic ut tu dicis admiranda uita esset. Nec uero admiror si Euripides uera dicat, dum ait. Quis nouit an uiuere hic sit mori, uerum mori uiuere? Et nos fortassis re uera morimur, id quod iam ego ex sapiente quodam audiui, quod nos nunc morimur, & corpus quidem est nobis sepulchrum, pars autem ea animæ in qua sunt cupiditates, est uelut persuadetur, & sursum, ac deorsum trāslabitur. Et hanc sane fabulator quidam elegans uir Siculus fortassis aut Italicus deducto nomine, πιθὸν, id est dolium appellauit, propter πιθανὸν, & πειστικὸν hoc est, eo quòd persuadeatur, & credat: amentes autem non initiatos dixit. Amentium uero, id est non initiatorum, hanc animæ partem, in qua cupiditates sunt, eo quòd petulans sit, & non arcta, ob inex-

to. 481. Corn.

Eur. di. sapientil.

explebilitatem, dolio perforato assimilauit. Contrarium itaque hic tibi ò Callides indicat, quòd ex his qui orco sunt, qui ᾅδης ab obscuritate appellatur, hi miseri sunt, qui non sunt initiati, & portant in perforatum dolium aquam, alio eiusmodi in perforato cribro. Cribrum autem dicit, uelut ille qui mihi retulit dixit animam esse. Amentium autem animam cribro assimilauit, uelut perforatam, ut quæ non possit continere, propter infidelitatem, & obliuionem. Hac quidem aliquo modo satis absurda sunt, declarant tamen id quod ego tibi ostendere uolo, si quomodo tibi persuadere potero, ut sententiam mites, & pro uita inexplebili ac petulanti moderatã, & præsentibus semper contentam, & satis habentem negligas. At persuadeo ne tibi, & sentẽtiam mutas, faciliores esse temperatos petulantibus: aut nihil officio. Sed si etiam multa eiusmodi fabulor, nihilo magis sententiam mutabis? Cal. Hoc uerius dixisti ò Socrates. Socr. Age itaq; aliã tibi similitudinem ex eodẽ quo nũc gimnasio dicã. Considera enim an tale quid de utriusque, & temperati, & petulantis uita dicas uelut si duobus uiris utrique dolia multa essent, & alteri quidem integra & plena, aliud uino, aliud melle, aliud lacte, & alia multa multis aliis. Essent autem liquores singuli rari ac difficiles, & cum multis ac grauibus laboribus comparati. Alter igitur qui dolia impleuisset, neque

effun

effunderet, neque quicquam curaret, sed quod ad hæc attinet quietem ageret. Alteri uerò liquores quidem uelut illi parabiles quidem essent, sed tamen difficulter, uasa uero perforata & putrida, & cogeretur semper interdiu & noctu ipsa implere, aut extremos dolores sustinere. Num quum huiusmodi sit utraque uita intemperati uitam feliciorem esse dicis quam temperati? hac ille. Volui hanc longa uerborum seriem ex PLA. recensere, quia multis pulcherrimis exemplis satis nobis declarauit, quæ nam sit uiri felicis uita, illa, scilicet quæ est referta, ac plena uirtutibus, quasi dolium integrum ac uino suauissimo, uel melle dulcissimo repletum. Verum quia iustitia, ac temperantia uidebantur in se continere uirtutes omnes ut iã declarauimus. ob id PLA. felicitate definiens dixeras, felicitatem esse iustitiæ ac temperantiæ possessionem. Verum quia multa pulchra ac scitu digna de hac felicitate in postremo illius disputationis dixit PLA. non grauabor ea hic subijcere, ut facilius propositam definitionem felicitatis intelligamus inquit enim. Ego igitur ò, Callicles ab his sermonibus persuasus sum, & circũspicio, quomodo apud iudicem compaream, ut sanissimam animam habeam. Proinde honoribus ex uulgo hominum ualere iussis, ueritatem considerans, conabor ut quantum potero, reuera optimus & uiuam, & moriar. Adhortor autem

& alios omnes homines, quantum possum, & sanè etiam te uicissim cohortor ad hanc uitam, & ad hoc certamen, quod ego omnibus certaminibus præferendum esse censeo, quæ sunt in hac uita. hæc ille. Et paulo infra inquit. Nam inter tot sermones, dum alij redarguuntur, solus hic ĩmotus manet, nimirum uerendum esse magis iniusta facere, quam pati: Et præ omnibus curandum est uiro, non ut bonus esse uideatur, sed & priuatim, & publice sit. Si uero quis in aliqua re malus fiat puniendus est. Et hoc secundum bonum est, & post hoc sit iniustus quis, ut bonus fiat, & dum castigatur pœnas det. hæc ille. Et paulo infra. Mihi igitur fidem habens sequere me hic, ut eò deueniens felix sis, & uiuens, & mortuus, hæc ille. Et in postremis uerbis concludens sermonem ita fatur. Proinde uelut duce utemur hoc sermone, qui nobis nunc comparuit, & significat hunc uitæ modum optimum esse, ut & iustitiam, & reliquam uirtutem exercentes, & uiuamus, & moriamur hæc ille. Satis ut opinor PLA. mentem declarauimus quid ipsa felicitas sit, super est modo, ut quid senserit ARI. hac in re exponamus, ut duorum phylosophorũ quam consona mens sit, ostendamus.

ARI. cum primo, tum decimo Ethi. satis fuse de felicitate locutus est. Verum in primo uarias ac diuersas eius definitiones assignauit, sed primæ non exactè extiterunt, nec rei definitæ

naturam

naturam tetigerunt, sed subobscure insinuauerũt sicut enim pictores anteaquam coloribus perfe- ctis suas figuras depingunt, prius carbone crassa quadam minerua eas deliniunt, postea omnibus numeris absoluunt, non secus ARI. egit eo dicente; de summo bono loquens. Et summum quidem bonum ita circunscripsisse sufficiat. Nã fortasse primo figurandum est, postea uero pingendum. Non secus de felicitate fecisse opinor. Inquit ergo primo. Perfectum ergo quiddam, & sufficiens per se uidetur esse felicitas, agibiliũ finis existens. Dicit felicitatem finem esse, & merito quidem finis dicitur, quia finis, & habet rationẽ ultimi, et dicitur perfectũ, quia habet rationem optimi. Ista uero definitio non fuit ab ARI: assignata per propria, sed per communia, sic enim consueuit in definiendo, nam communia proprijs semper antecedere debent. Deinde assignat alteram de felicitate definitionem communem dicens. Enimuero felicitatem esse summum bonum manifestum est. Verum quia hanc non esse propriam, ac peculiarem definitionem, ob id subdit. Sed quid sit ipsa felicitas planius dilucidari quaeritur. Definitio itaque ex genere constat ac differentia, ob id de hominis actione qua homo ipse est differere incipit. Hominis enim operatio in eo quod homo est in intellectione, siue ea contemplatiua sit siue actiua, At quia operatio hominis in hac definitio-

1. Ethi. c. 9.

1. Ethi. c. 7.

ibi. c. 9.

ne statuenda locandaq́ erat loco generis, ob id de ea agere incipit. Citharœdi hōis recte cithara pulsare operatio est, ac sutoris opus suere, hominis uero ut homo est nec uiuere, nec sentire, sed intelligere, quod est opus animæ secundum rationem, uel non sine ratione. Sicut enim citharœdi hominis pulsare citharam, studiosi uerò recte pulsare, sic uti ratione hominis est, recte uerò hominis absoluti, ac plane studiosi conuenit. Assignat postea tertiam definitionem,

3 *ac dicit, si ita est, fit ut summum bonum sit hominis animi operatio secundum uirtutem. Verum si multæ sint uirtutes, ea erit, quæ est secundum optimam ac perfectissimam. Cum duæ sint definitionis partes, altera generis, altera differentiæ, cum uero iam genus in definitione felicitatis ponendum inuenisset, scilicet animi operationem, opus erat declarare differentiam, quam modo statuit, & inquit eam, scilicet esse operationem animi non promiscuè, ac indistinctè, sed perfectam. Communicat enim citharœdus, cum illo, qui pulsandi peritiam non callet, nam alter utcumq́ citharam pulsat, alter uero erudite pulsat, ob id subdit esse animi operationem perfectam: perfecta uerò operatio ea est, quæ est secundum uirtutem ideo dixit esse operationem animi, quæ est secundum uirtutē. Postremo ponit ultimam differentiam, scilicet in uita perfecta, ut si uniuersam definitionem colli-*

colligere uoluerimus, ita dicere oportet. felicitas eſt hominis operatio ſecundum uirtutem in uita perfecta. Si enim multæ eſſent uirtutes, potiſſima earum huic nobiliſſimo actui deſeruiet, dixit poſtea in uita perfecta, quia nemo felix in hac uita dici poſſit, ſi per diem aut menſem beatitudine perfruatur, ſed per multum temporis. Sicut enim nec una Irundo, nec una dies facit uer, ſic nec una dies felicem hominem conſtituit. Defin tio fel citati. perfecta.

Aſſignat alteram definitionem, & inquit. Optimum ergo, & pulcherrimum, & iucundiſſimum felicitas. Hæc enim tria felicitati inſunt. primum, ut ſit optimum, & declarat quid eſt optimum eſſe, ſoſpitatem habere, ſoſpes autem ille eſt, qui corpore ac animo ſanus eſt, felicitas uero hanc animi ſanitatem potiſſ. nobis preſtat. Poſtea, inquit, pulcherrimum, & declarans dicit, id quod iuſtiſſimum. Inquit tertio, iucundiſſimum, id eſt re optata potiri. In felicitate potiſſimum uoluptas ac quædam honeſta delectatio eſt, & non tanquàm extrinſecus quoddam adueniens, ſed ut quoddam ad natum, atque ex ſua natura congenitum exiſtens. Si.n. felicitas, ut ſupra late abundeque declaratum eſt, operationem eſſe ſecundum uirtutem in uita perfecta, neceſſe eſt eam eſſe iucundam, optimam, ac pulcherrimam. Quod ab hominibus ſtudioſis amatur, ac omni animi deſiderio amplectitur iucundum eſt. Nam qui equeſtrem ar 4.

tem exercent, equos etiam optimos diligere solent, & qui spectaculis delectantur, spectacula diligunt, qui ergo operatur, secundum uirtutem in uita perfecta, quandam uoluptatem ex ea capere consueuit. Quod est per se iucundum summam uoluptatem afferre solet, sicuti quod per se iucundum non est aliquando uoluptatem, non nunquàm dolorem inferre consueuit, sicuti in dãnabili uoluptate, quæ in se plus aloes, quàm melis habet experimur, quòd non ita de felicitate dicendum est, nunquàm enim satietatem afferre solet, neque dolorem in animo infert. Per se itaque uoluptuosa erit. Optimum ergo, & pulcherrimum, & iucundissimum felicitas est: nec separantur ista secundum epigramma deliacum. Vnde si iustitiæ tria hæc attribuũtur, quæ omnis uirtus non simpliciter, sed accommodate, quanto magis tria hæc felicitati attribuere possumus, sed audiamus quod deliacum epigramma loquatur.

Summe est pulchrum: ex astrea
quod gignitur alma.
Optima si ualeas, res est: quod quilibet optat.
Summe est iucundum, si re potiaris amata.

Re-

Repetit ultimo definitionẽ supra assignatã dicens. Cum ergo sit felicitas animi operatio quædam secundum uirtutem in uita perfecta. Et hoc ideo facit ut de uirtute loqueretur, idem infert de uirtute ipsa uidẽdũ est. Et quia multæ sunt partes in hac definitione positæ singulæ declarandæ sunt. principio dicit esse operationem & non habitum, nam habitus si esset felicitas, inesse posset dormientibus, at illi minime dici possunt felices: nam felices à miseri per dimidium uitæ non differunt, ut idem ARI. dicit, quia dũ sopore detinentur, non est magis felix stultus quàm studiosus ac eruditus. Et etiam esset ad instar ille uir, qui non secus ac uitam plantæ degit. Planta enim licet nutriatur, crescat, ac generet, non tamen intelligit ac sapientia potitur, quæ maxime ad felicitatem deseruit, qui ergo sit uitam ducit more plantarum minime felix dici poterit. Præterea si felicitas habitus dici possit in maximis angustijs ac calamitatibus existenti felicitas inesset, at hoc est absurdũ, miseria enim felicitati aduersatur, non ergo in habitu, sed in actu statuenda est felicitas. Inquit, secundum uirtutem, nam cum felicitas sit actus perfectiss. perfectiss. uerò actus est, qui emergit à potentia absoluta ac perfecta per nobilissimum habitum, ut supra diximus. Vltimo dixit, in uita perfecta, uerum quia hæc omnia supra satis diffuse declarauimus, sic cursim explicare uolui

mus. Videndum modo eſt quomodo cauſetur in nobis.

PLA. in Critia dicere uidetur, diuino munere felicitatem nobis contigere, pariterq́ʒ ſtudio ac exercitio in liberalibus diſciplinis. In uſu enim uirtutum potius, quam in earum adeptionem magis conſiſtere opinamur felicitatem, vt ex his quæ ſupra diximus ſatis claret, & hoc
fo.418. *ipſum etiã PLA. in Euthy. inquit enim. Quid uerò opifices omnes, ſi ipſis eſſent parata omnia, cuiq́ʒ ad ſuum ipſius opus idonea, non autem uterentur ipſis, nunquid hi bene, & feliciter agerẽt ob poſſeſsionẽ, eo quòd omnia poſsiderent, quæ opificem poſsidere oportet? uelut ſi fabro lignario parata eſſent inſtrumenta omnia, & ligna iuſti modi, non autem fabricaret, nunquid ex poſſeſſione utilitatem caperet? Nequaquam inquit. Quid uero ſiquis poſsideret diuitias, & omnia quæ modo dicebamus bona, non autem ipſis utatur, nunquid felix fuerit propter horum bonorũ poſſesſionem? Non equidem ò Socrates. Oportet ergo, inquam, uelut apparet, non ſolum poſſidere huiuſmodi bona. ſi quis felix eſſe uelit, ſed etiã ipſis uti. Nam poſſeſſionis nulla eſt utilitas. hæc ille. Poſtea uero, quarum rerum uſus nobis felicitatem præſtet, declarans inquit. Adhuc itaque qđ reliquum eſt, conſideremus inquam, quando quidem felices eſſe omnes cupimus. Tales autẽ fieri ex uſu rerum, & recte utendo uiſi ſumus, recti-*

rectitudinem autem, & felicitatem scientia suppeditat: oportet utique quemuis uirum omni modo eo eniti ut sapientiss. euadat. hæc ille. Ex *his itaque ac pene ex infinitis alijs PLA. sententijs, quas breuitatis causa omitto, colligamas beatitudinem ac felicitatem tum Dei munere, tum sapientia ac uirtutum usu, assequi posse. Et hanc eandem sententiam protulit ARI. primo Ethi. dicens. Unde quarit utrum, per disciplinam, aut* c.i3.
per assuetudinem uel alio quopiam modo, per exercitium acquiri possit, uel diuina aliqua sorte, fortunaq́ proueniat: si ergo aliud quicquā est. Deorum munus hominibus datum, par est, felicitatem quoque donum esse Deorum, ac tāto maxime humanarum rerum, quāto id præstabilius est, sed hoc forsan alterius considerationis magis proprium est. hæc ille. Dixerat hæc ultima uerba, quia agere de humana felicitate potius ad primam phylosophiam spectare uidetur, quā ad Ethicorum opus, quia ibi de diuina prouidentia agere uidetur. Verum idem asserit 10. Ethi. dicens. Qui secundum mentem operatur & eā colit, & optime dispositus est, amicissimus c.8.
Dijs uidetur esse. Nam si Dij curam habent aliquam humanarum rerum, ut estimatur, & creditur, rationabile est, eos gaudere optimo & cognatissimo. Tale huiusmodi uerò mens est, & amantibus illā maxime horantibusq́ fauere tā quam rerum charissimarum curatoribus, & re

ēte ac bene agentibus. Quod autem hæc omnia ſapienti maxime competant, non eſt obſcurum. Amiciſsimum ergo Deorum, eundemque feliciſſimum eſſe decens eſt. Itaque & hoc modo ſapiēs. utique erit maxime felix. hæc ille. Fit. ergo in nobis hæc felicitas tum ſcientiarum, ac ſapientiæ uſu, tum Diuino munere. Sed urgebit iunior, ſi Deus cauſat in nobis felicitatem, qui eſt abſolutiſſ. operator, non egemus uirtutum, ac ſapientiæ uſu, ut hanc conſequamur. Cui ſatisfacimus dicentes: duplex agens inueniri, uniuerſale, ac particulare, uniuerſale Deus eſt, particulare in hoc caſu homo. De utroque 2. phy. ARI. inquit. Sol & homo generāt hominē. Et de vniuerſali ſolū primo cœ. & mundi dicit. A primo quidē ente alijs cōmunicatū eſt eſſe & uiuere, his quidē clarius his uerò obſcurius. De particulari uero ſecūdo de anima. Naturaliſsimū operū uiuētibus eſt, quæcunque perfecta, & non orbata, aut ſpontaneam generationem habentia generare tale quale ipſum eſt, planta plantam; animal animal, quatenus ipſo diuino participant. Nullum ergo erit incommodum, ſi felicitatem dicimus in nobis fieri, cum à Deo tanquam à principio uniuerſali, cum ab homine, tanquam à principio particulari.

Si de felicitatis ſpeciebus loqui uoluerimus duas eſſe profitebimur, unam contemplatiuam, alteram uerò actiuam. Cōtemplatiua uerò ea

eſt

est, quæ superius definiuimus scilicet operationẽ secundum uirtutem in uita perfecta, uerum quædam sunt uirtutes contemplatiuæ, & harum potissima est sapientia, ea scilicet operatio quæ secũdum eam erit, quæ diuinissima ab ARI. nuncupatur, contemplatiua erit. Quæ uerò secundum morales uirtutes, actiua. Harum uerò contẽplatiua perfectior est. Nãque cõtemplatiuæ per se requiruntur actiuæ uerò propter aliud. Operationes ergo quæ propter se exiguntur, facile dignitate antecellunt. Honesta nanque studiosaque agere ex his est, quæ per se expetuntur. Quod uerò ea operatio quæ propter se expetitur felicitas contemplatiua sit, ARI. probat ex sententia vulgi. Vulgares enim & potissime qui in dignitatibus sunt constituti iocis delectantur, ac ludis his uero nõ propter aliud appetũtur, in his ergo illi felicitari opinantur. Qui uerò talia agũt ab his magno in prætio habentur. Verum & oleum & operã perdunt. Concludit ARI. & inquit, Felicitas ergo non in ludo iocove consistit. Etenim absurdum foret, humanum finem iocũ esse, & negotia multa molestiasve per totam uitam causa iocandi suscipere. Cuncta enim fere propter felicitatem alterius expetimus gratia. hæc enim est finis. Studere autem & laborare gratia ioci stultum profecto, nimisquè puerile habetur, & est. Iocari, ut studeas, secundum senten-

10. Eth. c. 8.

sententiam Anacharsidis recte se habet. Iocus enim requiei similis est, atque cum continue queant hoïes laborare, indigẽt requie. Non igitur est ipsa requies finis, fit.n gratia operationis. At uero uita felix in uirtute consistit. Hæc autem uita cum studio est, sed non in ioco consistit. At ea quæ studiosa sunt seriave præstabiliora ridiculis, & his qui ioco fiunt. Et paulò infra inquit ARIS. concludens. Felicitas enim non in talibus consistit modis uiuendi, sed in operationibus quæ à uirtute proficiscuntur, ut prius etiam diximus. Adducit etiam alias rationes ARI. de felicitate contemplatiua dicens, Si in operatione, ut iam dictum est, contemplatiua felicitas consistit, in ea præcipue residet, quæ nobilissima, ea uero mentis erit, nam hæc in nobis præstantissima pars est, eius itaque operatio felicitas hominis erit. Hoc ipsum etiam probat ratione continuitatis. Nam contemplari magis continue, quàm agere quoduis possumus. Præterea ratione uoluptatis, sequitur enim felicitatẽ singularis ac honestas quædam uoluptas sicut umbra corpus. Iucundissima autem operationum uirtutum est ea haud dubie, quæ per sapiẽtiam prodit. Itaque phylosophica mirabiles, tũ puritate, tum firmitate uoluptates habet, atque consentaneum est rationi, scientibus, quàm quærentibus oblectamentum ipsum iucundius esse. Id ipsum, & comprobat ex eo quòd se ipsa sufficien-

tientissima sit, nullaque alia re indiget, reliqua uerò uirtutes se ipse minime sufficientes sunt, & inquit. Ipsa quoque sufficientibus maxime fuerit in contemplatione, nam & sapiens, & iustus, & cæteris rebus his indigent, quæ necessariæ sunt ad uitam. Sed si satis his talia adsunt: iustus quidem eorum indiget, ad quos, & cum quibus egerit iuste, & temperans item ac fortis, & singuli ctaerorum. At sapiens, si solus etiam sit, contemplari potest: & quo sapienter est eò magis potest. Præterea, propter se ipsam amari sola uidetur, nihil enim ab ipsa fit præter hoc, contemplatum inquam esse. At cum agimus præter ipsā actionem: aut plus aliquid aut minus assequimur. Probat etiam contemplatiuam felicitatem esse actiua præstantiorem dicens, infra, & inquit. Nihil enim felicitatis est imperfectum. Talis autem uita superat hominis naturam. Non enim hoc ipso quo homo est, ita uiuet, sed quo est quod in ipipso diuinum. Quantum igitur hoc ab ipso composito differt, & tantum, & huius operatio distat ab ea, quæ à uirtute alia proficiscitur. Quod si mens diuinum ad ipsum hominem est, & uita quæ ab hac manat diuina est, respectu ipsius uitæ humanæ. Oportet autem non quemadmodum monet quidam, humana nos sapere, cum simus homines, aut mortalia, cum simus mortales, sed quo ad fieri potest, immortales

tales nos ipsos facere, cunctaque efficere, ut ea uita uiuamus, quæ ab eo manat, quod est eorũ, quæ in nobis insunt præstabilissimum. hæc ille.

Postea uero quàm de contemplatiua felicitate locutus est ARI. in sequenti capite loquitur, de actiua, & confert simul cum comtemplatiua affirmans eam nobiliorem ac præstantiorem esse actiua. Nam quod est humanum, minus est, & indignum magis quàm ea, quæ superat quadam ratione conditiones: at felicitas actiua quæ prouenit à prudentia, & uirtute morali est humana: contemplatiua uero, & si sit hominis superare, tamen uidetur conditionem humanam, actiua ergo inferior erit contemplatiua. Maior huius rationis de se patet, minor uerò ARI. multipliciter probat. Et primo, actiones quæ proueniunt à uirtutibus morum, uersantur circa res humanas, ut pote fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ, ac iustitiæ functiones, hæc enim, & exteriores operationes sunt, atque ab internis proficiscuntur muneribus, & ambo à corpore pendent, quòd ita de contemplatiua felicitate dicendùm non est, nam illa separata à corpore est, licet in corpore existat, mens enim ut alibi dixit ARIST. de foris aduenit. Virtutes enim morum, & prudentia sunt inter se coniunctæ, hæque uersantur circa res humanas felicitas, & actiua circa huiusmodi uersabitur, contemplatiua uero potius cir-

ca

ca res abstractas. Praeterea: uirtutes morales sunt coniunctae cum affectibus corporis, sed felicitas contemplatiua potius à corpore est remota, cum ab actione intellectiuae animae sit elicita quae uirtus abstracta est, ergo contemplatiua praestantior erit actiua. Amplius uirtutes morales, & ipsa prudentia sunt uirtutes humanae, quandoquidem totum hominem ex anima, & corpore constitutum existat, uerum contemplatiua felicitas ab eo diuino quod in homine residet exoritur, longe ergo contemplatiua actiua ipsa praestantior erit, superat enim ut supra iam dictum est conditiones humanas. Probat etiam hoc ipsum ARI. alia ratione & inquit. Ea uita quae paucioribus indiget, praestantior est, quam ea quae pluribus, vel instrumentis, vel functionibus utitur, at contemplatiua paucioribus indiget praestantior itaque erit. Huius rationis minorē comprobat, & inquit. Cum tam actiui quam cōtemplatiui ambo sint homines, ad uitam tuendā conseruandamq; & alimento & indumento egeant, at actiua magis curat ea quae corporis sunt, atque ea quae, vel ad reip. cultum, vel domus curam spectant, quam ad ornatum vel cultum animi, contemplatiua uerò habitis quae humanae uitae necessaria sunt, solum animae incumbit, & contemplationi studet paucioribus ergo his utitur, praestantior ergo erit. Mitto multa exempla breuitatis gratia quae

ARI.

lum animæ incumbit, & contemplationi ſtudet paucioribus ergo his utitur, præſtantior ergo erit. Mitto multa exempla breuitatis gratia quæ ARI. adducit, ne in immenſum ſermo noſter protrahatur. Siquis uerò ea omnia cognoſcere de
c.8. *ſiderat legat ARI. 10. Ethi. Adducit & alterã rationem hoc ipſum confirmans & inquit. Ea uita ac felicitas, quæ intelligentijs ac Deo Opt. Max. tribuitur, perfectior eſt ea, quæ Deo dare natura poſſumus. Nam in Deo non niſi abſoluta, ac perfecta, ſemota omni imperfectione ponere conſueuimus, at comtemplatiua uita & felicitas, perfectionem dicit, actiua uerò minime, nã ridiculum enim eſſet in Deo iuſtitiam ponere, in reddendis depoſitis, & etiam operationes fortitudinis in ſuſtinendis terribilibus, nec temperantiæ in coercendis animi uiribus, ne in proſperis extollatur, nec in aduerſis deijciatur, contemplatiua ergo felicitas ſolum in Deo erit, perfectior itaque. Præterea, ubi ſunt uirtutes morales ibi perturbatio, cadit, uel affectus. At in Deo, cum ſit beatiſſ. perturbatio nulla cadere poteſt, contẽplatiua ergo in eo felicitas erit, & non actiua. Verum ſi dicas quomodo Deus Opt. Max. dici non poteſt iuſtus, cum bonis, ac ſtudioſis præmia, prauis, ac contaminatis pœnas tribuat? quomodo etiam non erit fortis, cum nemo, ſit qui ſuæ ualeat reſiſtere uoluntati? Cui reſpondendum cenſeo, hæc à Theologis melioribus ſtudijs incumbẽtibus,*

tib. ac ex sanctis scripturis accipientibus Deo attribuuntur, non ut in eo ea ratione existant sicuti in nobis, sed eminentiori quodammodo, ut diuinæ admodum dixit beatus Augustinus Intelligamus. Deum si possumus & quantum possumus sine qualitate bonum, & sine quãtitate magnum, nõ alio bono bonum, sed omnis boni bonũ. Et hoc est illud tritum ac uulgatũ, quod Theologi communiter dicere consueuerunt, in Deo esse species sine genere, hoc est dictum, sunt perfectiones depuratæ ab omni imperfectione. Quando ergo dicunt, Deum iustũ. ponunt in eo iustitiã sine omni imperfectione, & cum in eodem statuunt fortitudinem, ab eo remouent omnẽ animi perturbationem. At quia ARI. nequit intellectũ à sensibus remouere, ideo hæc à Deo remouet. Verum quia in præsentia magis agimus personam phylosophi, quam Theologi, ob id quod dixit ARI. absque ulla controuersia accepimus. Præterea, A signo probat felicitatem præstantiorem esse pratica. Nam bruta animalia, & si felicia esse non possunt, secundum tamen quandam similitudinem actiuam felicitatem participare uidẽtur, contemplatiuam uerò minime, præstantior ergo erit contemplatiua qua communicamus cũ intelligentijs, quam actiua quæ uidetur communis etiam brutis, nam leones dicũtur fortes, quia cætera animantia uiribus excedunt, & formicæ dicuntur prudentes, quia congregant in æstate

5. de Tri. c.10.

quæ

tes, quarum in alia tradunt mortuorum corpora recondere, in alia nutrimentum, in alia uerò eas uersari, sicq; prudentia uti multi opinantur. Præterea: homo contemplatiuus, quia non est substantia abstracta, cum corpore egeat, & sensuum adiumento, externis bonis etiam indiget, sed lõge paucioribus quam actiuus. Oportet qui cõtemplationi studet, sufficientem habere famulatum, bonam corporis habitudinem, nam qui multis opibus abundat, ac famulorum gregem immensum potius à contemplatione remouetur quam promoueatur. Verum actiuus cuius munus potius est curare ea quæ sunt corporis, quam quæ sunt animi, cum in reddendis depositis, ac unicuique quod suum est tribuere præcipue sese exerceat, ac in cohibendis sensitiuæ facultatis illicitos motus, nec non quæ timorem incutiunt superare, potius circa ea quæ corporis sunt uersatur, at contemplatiuus circa ea quæ animi, contemplatiua ergo præstantior erit quàm actiua. Et probat hoc ipsum testimonio sapientum vtpote Solonis & Anaxagoræ. Solon enim dicere consueuerat, eos esse felices, qui mediocres res habuerunt externas, & pulcherrimas res agere, modesteq; uiuere consueuerunt. Anaxagoras etiam non locupletem, neque potentem se felicem existimauit, dicitq; se non mirari, si miser ac absurdus multitudini uideatur, hæc enim sentiens res solũ externas diiudicare tãtummodo solet. Et si quis

dicat

dicat horum ueterum sententiæ standum non esse, quasi tacite huic difficultati respondẽs inquit. Standum esse eorum opinioni, quia eorum doctrinæ respondebant, & studiosa, uita, & actiones. Qui uerò sic uitam duxerunt. ac studiosi extiterũt, Dijs immortalibus quàm gratissimi fuerunt. Nam si Dij humanarum rerum curam habuerunt, ut existimatur: rationi sane consentaneum erit ipsos eo gaudere quod est optimum, maximeque sibi cognatum. hoc autem fuerit ipsa mens, & in eos qui maxime hoc amant, atque honorant, beneficia uicissim conferre, tanquàm curam his quæ sibi sunt chara, ac diligentiam adhibentes, & recte beneque agentes. At constat hæc omnia maxime sapienti inesse. Amicissimus igitur sapiens ipse Dijs immortalibus est. Eundem autem conueniens est, & felicissimum esse. Quare sapiens hoc quoque modo maxime fuerit felix hac ille. Hic esset disputandum, an suprema hominis felicitas in actu intellectus potius q̃ in actu uolũtatis cõsistat: ARI. decernit in actu contemplationis qui est actus intellectus. Verum hæc disputatio Theologis relinquatur. Iam satis superq; cum de contemplatiua, tum de actiua felicitate disseruimus, & si quis de utraque etiam secundum PLA. mentem cognoscere desiderat, legat eundem in Philebo, & in primo de legibus, quæ breuitatis causa omittere decreui, ut

iam quod principio huius nostræ disputationis polliciti sumus aliquando absoluamus. Iam itaque ex his quæ diximus quid ipsa felicitas est cognouimus, ac in qua potentia sita locataque sit, ac quis sit homo felix, ac couplex felicitas inueniatur, superest modo ut uideamus an uiro bono, ac studioso quicquàm mali accidere possit; nam ex huius solutione facile colligere poterimus controuersiam quæ est inter ARI. & PL. eamq; conciliabimus. Hæc est controuersia quæ uersatur inter Academicos, & Peripateticos, nam Academici felicitatem in sola uirtute ac eius actu consistere affirmant, etiam si non adsint opes, ac bona uel fortunæ uel naturæ. At Peripatetici non modo in uirtute, sed in bonis, tũ naturæ, tum fortunæ statuerunt, ideo ad felicitatẽ cõsequẽdã, non mõ uirtutes habere opus esse, sed ẽt sufficiẽtẽ famulatũ dixerunt. Ideo Academici uiro studioso nihil mali accidere posse opinati sunt. Quia & si dum animus uiuit in corpore multa patiatur incommoda, animus tamen studiosi, fortitudine ac temperantia, omnem aduersam fortunam superat, ac potius in hoc congressu illustrior fit. Quæ sententia quanto sit Christianæ nostræ religioni conformis, magis quàm paripatetica, tu ipse (Opt. Prin.) cognoscis. Ob id Paulum dixisse opinor, libenter
2. Cor. 12. *gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet me uirtus Christi. Et paulo infra, cum enim*

infir-

infirmor, s. corpore, tunc fortior sum, scilicet spiritu. solet enim corpus diu saginatum esse spiritui impedimento potius quàm adiumento. Et D. Luc. in actibus dicit. Ibant Apostoli gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Nam hi qui timebant prius arundinis umbrã postea non sunt ueriti iudicum terrores ac minas, nec carnificum tormenta, nec truculentissimas nouas, ac inexcogitatas neces. Petrus enim qui prius ancillæ uocem formidauit, ac ob id dum mori timuit uitam negauit, suscepta Spiritus sancti gratia, non dubitauit mortem crucis adire. Sed quid ego sanctorum Christianorum exempla cum Academicis conferre condendo, quando eorum fines sint longe diuersi? Nam hi melioribus studijs initiati, contemnentes corporis incommoda ueram felicitatem adepti sunt, hi uero humanæ gloriæ cupidi, utrãque felicitatem amiserunt, quamuis PLA. in Gorg. eos in beatorum insulas post mortem constituat. Verum missa isthæc faciamus, & ad controuersiam sedandam accedamus, quam etiam uidit Plotinus Enne. primæ lib. 4. c. 5. qui ita peripateticorum difficultates recensuit dicens.

Act. 13

fo. 495 Ia. cor.

Dolores autem corporis, & morbi, & quæ omnino actiones impediunt, quidnam poterunt? Quin etiam per hæc sibi minime constet, quid dicendum? Id enim ex ueneficijs, & morbis

quibusdã fieri potest. Quonã pacto in his omnibus bene uiuere, felixq́ue esse poterit. Inopem quidem, & abiectam fortunam missam in præsentia faciamus. Quamuis, & ad hæc aspiciens aliquis, nobis forsitan aduersabitur. Priamiq́ue calamitates contra adducet in medium. Hæc enim, & si ferat, ac facile ferat, non tamen pro uoto eius eueniunt. Oportet autem uitam felicem ad uotum esse: quandoquidem probum hominem non esse solum animam talem dicent, sed hominis ipsius substantiæ corporis naturam annumerari. Facile uero hoc dicet aliquis accipere, quousque corporis passiones ad ipsum animum transferantur: rursusque corporis gratia hominem singula uel prosequi uel declinare. Proinde cum uitæ felici uoluptas necessaria sit, quonam pacto angustijs, & doloribus circunuentus felix erit? etiam si bonus sit is, quem aduersitas eiusmodi presserit? At qui dijs quidem perfectus ipse mentis solius habitus felix atque sufficiens. Hominibus autem quorum animis deterius aliud est adiunctum circa totum compositum est quærenda felicitas, non autem circa alteram duntaxat partem, quamuis prestantiorem: quæ quotiens altera male se habet, necessario officia sua exequi prohibetur. Alioquin corpus corporis sensum oportet abijcere, atque ita ad felicitatem nobis sufficientiam quærere. hæc ille. Hæ sunt obiectiones peripateticorum

quæ

quæ in PLA. iniciunt. Quæ si diligenter contemplentur, nemo in hac uita felix erit, cum nemo sit ex his quos uel uulgus, uel etiam sapientes felices uocent, qui graues, dum uiuunt, molestias, ac erumnas non patiantur. Merito Theologi nostri neminem in hac uita felicem dixerunt, nisi in spe. Sed uidendum est quid dicendum ad obiecta priusquàm hos egregios phylosophos conciliemus. Ideo prius uidendum est, quomodo soluat Plotinus, deinde, quia nemini clauditur uia phylosophandi, etiam nos aliud soluendi modum adducemus. Inquit enim ille.

At si felicitatem in non dolendo, & non ægrotando, & non periclitando, neque in magnas aduersitates incidendo ratio collocasset, nemo felix contrariys eminentibus esse posset. Sin autē, in ipsa ueri boni possessione id positum est. Quid natura oportet hoc prætereuntes, & quod præterea accidit prospicientes iudicare felicem, alia insuper quærere, quæ in felicitate minime numerantur? Si enim felicitas esset bonorum simul, ac necessariorū accumulatio, siue bonorum maiorum, atque minorum, quæ non modo necessaria, sed etiam bona dicantur, hæc insuper oportet adesse. At si finem esse unum aliquid, non autē multa oportet, alioquin non finem, sed fines homo quæreret, illud consequi oportet solum, quod ultimū est, atque præstantissimum, quodve intimum sibi fieri anima quærit. Inquisitio uerò hæc atque uo-

luntas, nō eo tenuit, ut in hoc minime sit. In commodorū uerò declinationem haud præcipuo natura uoto eligit, sed præsentia solum fugit rationis discursio, atque propellit : aut etiam commoda quærit adiungere. Ipsa uero appetitio principalis ad id quod optimum est dirigitur, quo præsente impletur & conquiescit. Atque hæc uita est, quæ uoluntate præcipua exoptatur. Necessariorum uerò aliquid adesse, non uoluntas erit, si propriè ac præcipuè, nec per abusum nomines uoluntatē quādcquidē & hæc adesse existamamus oportere quoniam uidelicet à malis pro uiribus declinamus, neque tamen hoc ipsum declinationis officium est principaliter exoptandum : optabilius enim est, declinatione hac nequaquam indiguisse. Testantur hoc autem eadem ipsa cū adsunt uelut sanitas & indolentia. Quid enim horum mirifice animum ad se adducit? Præsens nanq; sanitas, & indolentia negligi consueuit. Quæ uerò præsentia nequaquam habent blandam ad se animi conuertendi uirtutem, neque ad felicitatē nobis quicquam addunt. Absentia uerò propter contrariorum offendentium præsentiam requirūtur rationi consentaneum est, necessaria potiusq; bona censere. Neque igitur fini uidentur annumeranda, sed & absentibus ipsis, eorumq; contrariis imminentibus, finis igitur est seruandus hæc ille.

Sic enim difficultatibus Plotinus satisfecit ad

ductis

ductis, quòd si breuibus eius responsionem colligere desideramus sic dicemus. Supremã hominis felicitatem non in contemplatione cuiuscũq; rei consistit, sed Dei Opt. Max. & iste est ultimus finis hominis, atque in eius consecutione, ac contemplatione felicitas existit. Si uerò, & bona corporis, ac fortunæ exoptamus non tãquàm fines ultimos, cum non multi, sed unus sit constituendus requirimus, sed hæc ad remouenda felicitatis impedimenta ponuntur. Quæ cum sint causæ sine qua non, (ut tandem ad nostras distinctiones recurramus) hæ uerò causæ, cum sint accidentales ab arte remouendæ sunt, tanto ergo PLA. sententia præstantior erit quàm ea ARI. quanto PLA. in felicitatis definitione solum essentialia posuit, ARI. accidentalia. Modo super est ut nostram opinionem statuamus simul, & conciliationem.

Principio itaque per hominem, PLA. aliquãdo uniuersum compositum ex anima, & corpore intellexisse, ut in Phædone dixit. Age uero inquit ille, aliud ne quid nos ipsi sumus, quàm partim corpus partim anima? Nihil aliud inquit: aliquando uerò animam esse asseruit, ut in Alibiade, ita inquiens. Quid igitur est homo? Num corpus sibi ipsi imperat? Alc. Nequaquam. Soc. Imperio enim subijci hoc diximus. Alc. Etiam. So. Non itaque hoc fuerit quod quærimus. Alc. Nõ uidetur. Soc. Non ergo ambo simul corpori impe

fol. 44. Cor.

fo. 348

rant, & est hoc totum homo? Alc. fortassis ita Soc. Minime gentium, nam cum alterum horũ non imperet fieri non potest, ut ambo simul imperent. Alc. Recte. Soc. Quandoquidem igitur neque corpus, neque ambo simul hoc totum est homo, consequens est, arbitror, aut nihil esse ipsum aut siquid est, nihil aliud hominem quam anima hæc ille, Et si hoc minus clare ac expedite in ARI. uidemus, felicitas tamen non conuenire homini ea ratione qua ex corpore constat ac anima, nẽpe hoc totũ corruptibile est, saltim rõe alterius partis, nã humanũ corpus caducũ ẽ, sed eatenus nobis felicitas contingit quatenus nõ nihil diuini in nobis residet. Hoc est quod inquit ARI. 10. Ethi. Non enim qua homo est, ita uiuet, scilicet uita felici ac beata, sed qua diuinũ quoddam in ipso existit. Quantum autem differt hæc à composito: tanto & hæc operatio ab illa quæ est secundum uirtutem. Si itaque diuinum est mens ad hominem & uita quæ est secundum aliam diuina est secundum humanitatem uita: Oportet autem non quemadmodum monet quidam nos humana curare, cum simus homines, & mortalia, cum simus mortales, sed quantum fieri potest ad immortalitatem admitti, & omnia facere, ut uiuamus secundum optimum eorum, quæ in nobis sunt. Licet enim mole parum sit, tamen potentia & prætio multo magis existit: & uidetur porò quisque esse hoc siquidem principale & melius

c.8.sec. cõ.sect.

lius

lius. Absurdum igitur foret si non illius vitam sed alterius cuiusdam eligamus. Et quod prius diximus, nunc quam congruat uideamus. Proprium enim cuique natura optimum, & iucundissimum est. Et hominum igitur ea uita, quæ est secundum mentem, siquidem maxime hoc est homo, hac ergo uita beatissima. Secundaria uero illa quæ est per aliam uirtutem, nam operationes secundum illam humanæ sunt. hæc ille. Ex his ARI. uerbis facile colligere ualemus duplicem esse felicitatem, alteram quæ humanæ menti congruit, quæ nihil fere commune habet, cum corpore, & hoc forte est ille intellectus adeptus quem posuit Auer. cum intellectus agens fuerit intellectui possibili unitus, ut forma, cuius intellectio non currit cursu phyzosophiæ, & in hac actione, cum nec subiectiue, nec obiectiue, pendeat à corpore, ad hanc felicitatem, nec bona naturæ, nec fortunæ requiruntur, sed ad aliam felicitatē de qua ARI. in eodem loco, ea omnia exiguntur quæ diximus sine his non poterit homo felicitatē assequi. Prima felicitas appellatur contemplatiua, secunda actiua. Sic ergo conciliantur hi duo egregij philosophi. Cum ARI. inquit ad felicitatē non modo bona animi concurrerere, sed etiam bona naturæ ac fortunæ, loquitur de actiua felicitate, & si de contemplatiua etiam hoc ipsum intelligere uelles, solum locum habet in fieri, dum intellectus paulatim adipiscitur: at cum perfe-

10. c. 7 3. de ā. c. 36

ctæ

ste factus fuerit singula, tunc erit plene ac perfecte beatus, & ad hanc beatitudinem non concurrunt bona corporis, nec bona fortunæ. Actiua uerò hæc omnia deseruiunt. Et hāc etiam felicitatē posuit, cui hæc omnia deseruire statuit. Legè

fo. 277 *in Gorg. PLA. Ibi enim Gorgiam disputantem cum Soc. audies, Gorg. enim interrogatus ab illo qua de re Rethoria loquaretur, repsondit de singulis, at potiss. de quibus? respondit de maximis, & optimis humanorum negocijs. Inquit postea Soc. At qui & hoc quoque ambiguum est, Gorgia, nec ullo modo clarū. Arbitror equidem te cantilenam illam quæ circum in conuiuijs canitur audiuisse, in qua cantores ita connumerant. Optimam rem esse omnium prosperam ualetudinem. Secundam egregiam formam. Tertio diuitias, ut ipsius poetæ uerbis utar, nulla fraude quæsitas. Gor. Audiui sane, sed quorsum hæc? So. Quoniam subito tibi rerum quæ in ea cantilena laudantur artifices occurrēt, medicus, uidelicet & pædotribes, & nummator. Primusq́; sta tim diceret medicus. Decipit te Gorgias ò Socrates. Non enim ars eius ad maximum hominum bonum spectat, sed mea. Vbi, si e go ab eo quis nam sit ipse perquiram, diceret forte esse medicum. Quid ais ergo? An tuæ artis opus maximum est bonum? Quid ni? respondet, cum eiusmodi sanitas sit, nihil uero sanitate sit præstātius. Post hæc forsitan pædotribes uehementer admir etur, non*

plus

plus inesse in tua quam in ipsius arte comprobare possit, quem ego si rogarē: & tu quis es quod tuum est opus? Pædotribes sum diceret: est autē mea professionis corpora hominum formosa robustaq; reddere. Deinde uerò nummator cæteros, ut puto, contemnens sic obyciat. Animaduerte Socrates an diuitijs excellentius ullum esse bonum existimes, uel apud Gorgiam, uel apud alium qualibet. eum ego in hunc modum rogarē. Tu ne ergo, tanti boni es author? Esse uerò se affirmaret. Quis natura es ergo? nummator sum. Quid uero? putas ne summum hominis bonum esse diuitias? quid ni putem inquiet. Ego uerò ita subyciam. Hic tamen Gorgias contendit artem suam maioris boni causam esse quā tuam. Constat itaque eum post hæc interrogaturum. Quid natura istud est bonum? demonstret ipsum Gorgias. Quamobrem age mi Gorgia finge te, & ab illis, & a me sic esse interrogatum, atque responde: quid natura est istud quod ipse maximū hominibus bonum esse censes, teq; amorem eius autem esse profiteris. Gor. Quod est ò Socrates maximum reuera bonum, & causa, ut & ipsi liberi simus, & cæteris in nostra passim Rep. dominemur? Soc. Quid ergo istud esse dicis? Gor. Posse uerbis persuadere, & iudicio iudicibus, & in cōsilio consulentibus, & in cōcione concionantibus, atque in alia qualibet congregatione ciuili. Iam uero ob huiusmodi facultatem seruiet tibi medicus,

cus, seruiet pædotribes, quin etiam nummator non sibi, sed alteri. hæc ille. Et si hæc bona à felicitate reijcere PLA. uideatur, non tamen ab actiua secludit, & ex his dictis facile hos phylosophos conuenire percipis. Postea uero quam de mũdana felicitate loquuti sumus uolo, ut omnino uideamus quid sit felicitas Christiana, ut conyciamus, quam longe à ueritate fuerint hi phylosophi qui de felicitate loquuti sunt alieni. Felicitas ac beatitudo nostra in sola fruitione ponitur, fruitio autem, inquit Beatus Augustinus est amore alicui rei inherere propter seipsam, res uero cũ quædam creatæ, quædam uero increatæ sint, creaturis itaque, cum in aliud referantur, nec propter se expetuntur his potius uti quam frui dicũtur. Deo itaque Opti. Maximo, & uno, qui in aliud non refertur, cum solus sit summum bonũ fruimur. Ob id alio in loco D. Augustinus declarans quid sit frui inquit. Quid enim est aliud quod dicimus frui, nisi præsto habere quod diligis? Neque quisque beatus est qui non fruitur eo quod est hominis optimum, nec quisquam qui eo fruitur non est beatus. Præsto ergo nobis esse debet optimum nostrorum si beate uiuere cogitamus, sequitur ut quæramus quid sit hominis optimum quod profecto deterius esse, quam ipse homo non potest. Et post longam disputationem concludit, hoc optimum solum Deum esse, cui ardentissimo amore inherendo, eo frui dicimur. Verum

de doc. Christiana li. 1. c. 3

de mor. Ecclesiæ. li. 1. c. 3.

rum quia in fruitionis definitione amor ponitur qui uoluntatis actus est, ob id nostra felicitas potius in uoluntatis actu, quam intellectus cõsistit. Hoc uerò aduersatur ARI. ac PLA. non fit tamen sine intellectione. Ideo tria ad fruitionem requiruntur, ut B. Augustinus dicit. Fruimur cognitis in quibus ipsis propter se uoluntas delectata conquiescit. Ponit ergo primo cognitionẽ, secũdo delectationem, tertio quietem. Ponit cognitionem, quia ea amare quæ ignoramus nequimus. Ponit delectationem, quia in hoc actu supremã uoluptatem experimur, ultimo ponit quietem, quia nec in corporeis bonis, aut fortunæ humanus animus quiescit nisi in solo Deo. Et si in intellectione, natura incoetur fruitio, non completur tamen nisi actu uoluntatis. Verum quia in hac uita ex parte cognoscimus, ex parte etiam diligimus ob id frui Deo perfecte nõ possumus, sed cum aduenerit quod perfectum est euacuabitur quod ex parte est, (ut Apostoli uerbis utar) tunc erimus plenè ac perfecte felices, qđ nõ hic, sed in altera uita cõtinget. Verũ tu (Opti. Prin.) qui in utraque phylosophia egregie es eruditus te etiam utriusque felicitatis participem esse iudicamus. Nam in contemplatiua felicitate ab unguiculis (ut prouerbio dici solet) summa cum laude es uersatus ac quantum in ea profeceris, qui tua necessitudine familiariter usi sunt, norũt. Quid dicam de actiua? nam post obitum magnani- 10. li. de Tri. c. 10.

mi

mi ac fortiss. Francisci Mariæ Ducis Opt. patris tui, cum gubernacula Reip. ad manus tuas peruenerint, tanta prudentia, animi fortitudine ac tanta temperantia omnia gubernasti, ut hoc genus dominij potius diuinum quàm humanum uiri eruditiss. iudicarũt. Nouit Illustriss. ac Serenis. Senatus Venetus præclaras animi tui uirtutes, & acre in gubernando ingenium, cum plu ries ab eo ascitus strenue adeo te gessisti, ut nihil amplius desiderari ab homine posset. Norunt Reges, norunt Imperatores, qui tua opera tum in rebus bellicis, tum in gubernandis Ciuitatibus ac in protelãdis inimicis, adeo te strenue gessisti vt in consulendo alter Cato, uel in expugnandis hostibus alter Cæsar semper uisus es. Quid postremo dicam de Christiana felicitate? si eã bonis moribus assequimur, si fide, ac charitate, nec non pietatis operibus, & erga Deũ proximum adipiscimur, iam te adeptum fuisse iudicamus in hac uita alteramq́; adepturum in futura uita credimus ac speramus, eaque non in beatis insulis ut PLA. dixit potiturus, sed in beatorum sedibus fruiturus. &c.

Libri sexti Finis.

DE MVNDI AETERNITATE

LIBER SEPTIMVS.



E Mundi æternitate, seu de eius genesi, si ARIST. ac eius Commentatori credimus, uariæ ac diuersæ extiterunt ueterum sententiæ ac opiniones. Anaxagoras quidem posuit mundum semel esse factum, nunquam tamen finẽ habiturum, cui astipulatur Empedocles Agrigentinus in eo quòd de mundo genitum statuit, at in altero ab eius sententia longe discrepauit. Nam quod semel ille factum iudicauit, iste infinities genitum corruptumq́ꝫ fuisse opinatus est. Ille deinceps in indiuiduo æternum, iste in specie duntaxat duraturum, perpetuo iudicauit. Heraclitus uero Ephesius factum esse quidem, at sempiternum esse, impossibile esse arbitrabatur. PLA. uerò si commune phylosophorum sententiam, uel potius errorem sequi uoluerimus, ac multorũ platonicorũ in hoc Anaxagoræ mentem sequutus fuit, qui mundum statuit semel factum nunquam tamen casurum, quod facile eum in Timeo posuisse uidetur, si Deum creasse deos illos secundos, illisque postea ut reliqua omnia producerent præcepisse contemplemur.

ARI.

ARI. uero utrinque mundum æternum opinatus est, ut satis claruit in octauo de phy. auditu, ac in primo cœ. & mun. Qua ratione eos conciliare poterimus, hic elaborandum est.

EX QVIBVS LOCIS COLligere ualemus mundum aliquando factum secundum PLA. mentem.

A*Duersarij uero nostri, & hi qui nulla ratione hos phylosophos cōciliari posse dixere, et pcipue in hac cōtrouersia, ut Plutarchus, et Atticus multas quidem PL. sententias adducere possunt contra nos, quibus & primam materiam ac mundum à primo rerū omnium opifice esse factum affirmare uidentur, & præcipue in Philebo, quo in loco ea quæ facta sunt ex uno ac multis affirmauit, id est ex finito atque infinito. Per finitum PLA. formam intellexit,*
1.met. *per infinitum uero materiam primam, quæ ex*
t.c. 17. *sui natura rudis indigesta, cum careat forma*
fo.223. *propria, de qua etiam ARI. loquens dixit: ni-*
Cor. *hil esse distinctum in fundamentis naturæ. Modo audiamus quid dicat PLA. Soc. Tria igitur hæc dixi si intelligis. PRO. At puto me intelligere. Vnum enim uideris mihi dicere infinitum, unum item, & secundum in rebus finitū. Tertium autem non ualde teneo, quod dicere uelis.*

uelis, Soc. Multitudo enim sobolis tertij te ò, admirande consternauit. Quanquam, & infinitum multa habeat genera, attamen ea ipsius magis & contrarij eius generis absignata unũ apparuerũt. Pro. Vera dicis. Soc. Profecto infinitumneq; multa habebat, neque ægre ferebamus quod non esset unum natura. Pro. Quo enim modo? Socr. Nequaquam uerum tertium dicere me scito, unum hoc totum quod ex his nascitur productionem in essentiam ex mensuris cum fine effectis. Pro. Intelligo. Soc. Cæterum ad hæc tria, quartũ genus, quod nam esse diximus considerandum est. Communis autem est consideratio. Vide enim an tibi videatur necessarium esse omnia quæ fiunt, propter aliquam causam fieri. Pro. Mihi sane nidetur. Quomodo enim absque hac fierent? Soc. Nonne efficientis natura nulla re, præterquam nomine a causa differt. Et efficiens & causa, recte unum dici poterit? Pro. Recte. Soc. Quin & quod efficitur, & quod fit in nulla re præter quam nomine differre comperiem? aut quomodo sentis? Pro. Hoc modo. Soc. Præcedit igitur efficiens semper secundum naturam. Quod uero efficitur, insequitur illud dum fit. Pro. Maxime. Soc. Aliud igitur & non idem est causa, & id quod causæ inseruit ad productionem siue generationẽ. Pro. Quid ni? Soc. Primũ itaq; infinitũ dico, secũdũ finitũ. Postea ex his tertiã mixtã

& effectam essentiã. Mixtionis autem & generationis causam, si quartum dicam, num deliquerim? Pro. Et quomodo? Soc. Age uerò qui nobis post hæc sermo superest, & quod petentes huc delati sumus? Nonne hoc erat? De secundis quærebamus, an eas uoluptas potius aut sapientia ferret. hæc ille. Cum ergo tum infinitum quam finitum ab uno emergunt, tum ea quæ ex his constant, satis claret omnia hæc esse facta, non ergo materia æterna. Ex alio Platoni loco colligere ualemus materiam a supremo artifice factam; dum. s. in Timeo de mundi structura loqueretur eum non æternum statuit, ea scilicet parte qua ex materia constat, nam illa corruptioni addicta est, ex eo quod priuationi anexa est, ideo modo uni, modo alteri formæ substernitur, uerum etiam quia in ea contraria semper uersantur, quæ corruptionis causæ sunt, at mundus, quia ex elementis constare uidetur, ut PLA. asserit, ideo ex hac quidẽ parte interitui obnoxius est. Verum si perpetuo duraturus est, non ex principio materiali hoc accidit, sed agente. Modo audiamus quid dicat. Sic sanè Deus aquam & aerem in medio ignis & terræ locauit, & inter se quantum fieri posset iuxta eandem rationem effecta, vt quod ignis ad aerem, hoc aer esset ad aquam, & quod aer ad aquam, hoc aqua ad terram, colligauit ac compegit cœlum, ut uideri ac tangi possit. Et propte-

propterea ex his talibus & numero quatuor, mundi corpus effectum est per proportione consentiens, & ex his amicitiam habet, ut in idem cum se ipso coalitum ab alijs dissolui non possit, præterquam ab eo, qui ipsum colligauit. hæc ille. Ecce unde mundi perpetuitas emanauit. Deinde mundi structuram declarans, ex omnibus his eum statuisse demonstrat, ut omnino absolutus omnibus numeris perfectus esset instituit. Ideo subdit. Vnum quodque uerò horum quatuor totum, mundi constitutio accepit. Nam ex omni igne, & aqua, & aere, ac terra fabricator ipsum compegit, nulla ullius parte, aut facultate extrinsecus relicta: atque hoc hac cognitione usus fecit. Primum quidem quo totum quam maxime animal perfectum ex perfectis partibus esset: & ad hæc unũ, ut pote non relictis, ex quibus aliud huiusmodi fieri posset. Insuper uerò ut non senesceret, & morborum expers esset, considerãs quòd quæ corpora constituunt, eo soluunt callida & frigida, & omnia quæ robustas facultates habent extrinsecus iminentia, & importune allabentia, & morbos ac senectutem inducentia, & ita corrumpunt: ob hanc sane causam, & hanc ratiocinationem, vnum totum ex omnibus perfectum, & non senescens, & morborũ exors ipsum constituit. hæc ille. A qua Platonis sententia ARI. minime distare uidetur, cum dixerit mundum ex tota sua materia con-

stare, & ob id non esse multos, sed unum dumtaxat, ut satis claret in 12. primæ phy. Nam si plures (inquit) mundi essent, aut hi specie differrent, uel numero solum, pariter dicendam esset de primo motore, cum ad multiplicationem mundi & ipse multiplicaretur, hac uerò multiplicitas, uel esset specie, uel numero solum, si specie, cum species sint ueluti numeri, & una non sit altera æque perfecta, illa ergo quæ perfectior erit, primus motor erit, si uerò dixeris solo numero differre; quæ solo numero differũt, multa materia differunt: ergo duo primi motores sola materia differrent; uerũ cũ in Deo nulla sit materia, non erunt plures, & ita mũdi multiplicabũtur. Quod & mundus sit factus ex industria, examinãs hãc quæstionẽ tandẽ inquit. Dij deorũ quorum ego sum opifex, & pater operum, quæ per me facta, me uolente solui non possunt. Quicquid igitur ligatum est, solui potest. At quod pulchre coaptatum est, & bene se habet hoc soluere uelle mali est. Quapropter quandoquidem facti estis, immortales quidem non estis, neque penitus indissolubiles: non tamen soluemini, neque mortis sortem sequemini, cum mea uoluntas maius adhuc & præstantius uinculum uobis contigerit, quam sint illa, quibus quando produceremini colligati estis. Nunc igitur hoc quod uobis iudicandum duxi, cognoscite. hæc ille. Supraetiam de mundi genitura loquens ita inquit.

quit. Totum itaque cœlum, aut mundus, aut ſi etiam aliud quodcunque nomen admittit, eo nobis appelletur. Conſideremus igitur de ipſo primum id quod de uniuerſo, in principio conſiderari oportere propoſitum eſt. Vtrum ſemper fuerit, originis principium nullum habens, aut factum ſit, ab initio quodam exordio accepto. Factum eſt: uideri enim & tangi poteſt, & corpus habet. Omnia uero huius ſenſu percipi poſſunt. Quæ autem ſenſu percipi poſſunt opinione cum ſenſu comprehenduntur, fieriq́ue ac facta eſſe uiſa ſunt. Ei uerò quod fit, à cauſa aliqua fieri neceſſe eſſe diximus. Opificem igitur & patrem huius uniuerſi & inuenire difficile eſt, & inuentum ad omnes referre impoſſibile. hæc ille. Id ipſum etiam facile commoſtrare poterimus, ſi mundi definitiuam rationem à PLA. traditam diligenter perſcrutemur. Inquit enim mundum eſſe animal, idque intelligens, reuera diuina prouidentia conſtitutum. Et cum diſſerit an unus uel plures ſint mundi, ſatis, ut opinor, mundum non plures, nec infinitos, ut multi falsò opinati ſunt, commoſtrauit; ſed unum dumtaxat. Ita enim eam diſputationem concludens, inquit. Vt igitur hic mundus eſſet animali abſoluto ſimilimus, ex eo quod ſolus, atque unus eſſet, idcirco neque duo, neque innumerabiles procreati ſunt, ſed unus mundus, unigenitusq́ue factus eſt, & erit. hæc ille. Etſi alia multa ac pene infinita In Tim fo. 577. mar.

testimonia ex Plat. de genitura mundi adducere possem, ne tedio te (Opt. Prin.) ex longa mea oratione afficerem, ea silentio pertranseã. Optime quidem noui si hæc quæ iam adduximus conciliare poterimus reliqua, & non erunt difficile ad concordiam reducere. Verum quia diximus. PLA. mundum posuisse æternum, & in hac sententia non dissentire ab ARI. hoc in loco subscribendæ sunt auctoritates PLA. quæ mundi æternitatem demonstrare uidentur.

SENTENTIAE PLAT. de mundi æternitate.

PLA. enim de rebus æternis ac temporarijs disserens, an quid his congruat, quave rõne hæc possumus explicare sermone, ita fatur
fo. 179 *in Timeo. At qui erat, & erit, quæ nati tẽ-*
mar. in *poris species sunt non recte substãtiæ assignamus.*
med. *Dicimus enim de illa, est, erat, & erit. sed illi re uera solum esse competit. Fuisse uero & fore deinceps ad generationem tempore præcedentem referre debemus. motus enim quidam duo illa sunt. Aeterna autem substantia cum eadem semper, & immobilis perseuerat, neque senior se ipsa fit unquam, neque iunior, neque fuit hactenus, neque erit in posterum, neque recipit eorum quicquam quibus res corporeæ mobilesque ex ipsa generationis conditione subijciuntur. Nempe hæc*

omnia

omnia temporis immitantis æuum ſeque numero reuoluentis ſpecies ſunt. hæc ille. Ideo de rebus æternis ac temporarijs PLA. ſermonem in medium adducere ſtatui, ut mũdum & ſi à ſupremo Opifice factum legamus, non tamen in tempore, ſed in ipſo æuo genitũ eſſe intelligamus neq; id per motum ſed per ſimplicem quãdam emanationem, ut clarius in ſucceſſu huius diſputationis declarabimus. Verũ ſi uolumus recte hanc controuerſiã de mũdi geneſi, ac eius æternitate conciliare, animaduertamus quid ipſemet PLA. in Timeo mouẽs hanc quæſtionem dicat. Inquit enim. Totum itaque cælum aut mundus, aut ſi etiam aliud quodcunque nomen admittit eo nobis appelletur. Conſideremus igitur de ipſo primum id quod de uniuerſo in principio conſiderari oportere propoſitum eſt. Vtrum ſemper fuerit, originis principium nullum habens: aut factum ſit ab initio quodam, exordio accepto. Factum eſt, uideri enim & tangi poteſt & corpus habet. Omnia uero huius ſenſu percipi poſſunt. Quæ autem ſenſu percipi poſſunt, opinione cum ſenſu comprehenduntur, fieriq; ac facta eſſe uiſa ſũt. Ei uero quod ſit, à cauſa aliqua fieri neceſſe diximus. Opificem igitur & patrem huius uniuerſi, & inuenire difficile eſt, & inuentum ad omnes referre impoſſibile. hæc ille. Verum Dub. *diceret aduerſarius quanto magis mundi æternitatem nitimur commoſtrare, tanto magis.*

Resp. *PLA. Verba eius genituram sonare intelligimus. Cui occurrimus dicentes, cum æternitate mundi stare eius genituram affirmamus, non quidem per motum, sed per simplicẽ illam emanationẽ, non in tempore, sed in æuum factam. Factus est enim mundus à supremo illo opifice à quo (ut inquit ARI.) cœlum & tota natura dependet. Quod uero in tẽpore non sit factus idem PLA. declarat dicens. Tẽpus igitur cum cœlo factum est, quo simul facta simul etiam soluẽtur, si quãdo solutio aliqua contigerit: & secundum æternæ naturæ factũ est ut quam simillimum ipsi pro uiribus sit. Nam exemplar per omne æuum est, id quod est. Hoc autẽ rursus perpetuo per omne tempus factum est & existens, & futurum est solum. hæc ille. Si ergo cœlum unà cum tempore factũ, & tempus unà cum cœlo, non itaque mundus factus est in tempore, alioqui mundus fuisset ante mundum, & tempus ante tempus, quo nihil absurdius. Factus est itaque mundus, & non in tempore. Productio itaque ista non per motum, quia tempore mensuraretur, sed per simplicem emanationem facta est, cum qua etiam stat æternitas. Præterea liberorum propagatio perpetuitatis, & æternitatis amore exercetur. Inquit enim Auer.* 2. de anima. c. 34. *Sollicitudo diuina, cum non potuerit facere ut animal permaneret perpetuò in indiuiduo, miserta est in dando ei uirtutem qua posset permanere in specie. Hanc etiam æternitatem*

nitatem posuit PLA. in Symposio, qui liberorũ generationem immortalitatis amore in rebus uiuentibus statuens ita inquit. Imo pro immortali uirtute, & huius nominis extimatione, omnes omnia facere arbitror, & quanto præstantiores sunt, tanto magis immortalitatem amãt. Qui igitur corporibus fœcundi sunt, hi ad mulieres magis se conuertunt, & in hac parte amorem declarant, per liberorum generationem, immortalitatem, & memoriam, & felicitatem, quantum fieri potest, in omnem posterum tempus sibi comparantes. Qui uerò animam fœcundam habent, hi etiam in animis concipiunt adhuc magis quàm in corporibus, ea quæ animæ, & concipere, & parere conuenit. Quid igitur concipere conuenit? prudentiam ac reliquam uirtutem. hæc ille. Duplicem conceptum, duplicemq; partum PLA. instituit, alium corporis, reliquum animi, & utrunque hominem studio ac immortalitatis desiderio eum exercere dixit. Hoc ipsum etiam dixerat supra in eodem opere. Est enim ò Socrates, inquit in pulchro, amor, uelut tu putas. At cuius tum inquam? Generationis & partus, inquit in pulchro. Sit ita inquã ego. Minime inquit illa. Cur igitur generationis? quia est sempiterna & immortalis generatio, quantum mortali contingere potest. hæc ille. Dixerat uerò quantum mortali contingere potest, non ut à specie immortalitatem remoueret,

sed

Dia. 4. fo.649. in cal. mar.

ſed ab indiuiduo. Præterea, PLA. de legibus, agens qua ætate tam uir quàm mulier nubere debeat, inquit, Vxorem quiſque a trigeſimo anno uſque ad trigeſimumquintum ducat. Si non duxerit pecunia mulctetur, atque dedecore: pecunia quidem tanta uel tanta, dedecore autem tali, re etiam tali quodam uel tali. Et ſimplex quidem lex de nuptijs talis, duplex autem talis. Vxorem ducere quis debet ab animo trigeſimo ad trigeſimumquintum, cogitans quod natura quadam humanum genus quodammodo immortalitatem conſequitur. Cuius rei quiſque natura ſummopere cupidus eſt. Nemo enim eſt qui non deſiderat perpetuum apud poſteros non habere; Genus itaque hominum immortale hoc modo & ſempiternum perdurat, ꝙ filiorum filios relinquendo unum & idem ſemper per generationem immortalitatem adipiſcatur. Nefas enim eſt immortalitate ſe ipſum ſponte priuare. Hac uero ex animo ille ſe priuat, qui filios & uxores negligit. hæc ille. Quod uero PLA. mundi genituram ſtatuens ab eo æternitatem remouere non intendat, ſed cum à ſummo Opifice genitum productum aſſeuerat, eum non niſi dependere ab eo non modo in genere cauſæ finalis, uerum in genere cauſæ efficientis intellexit, & ſi qua prioritas inter producentem & productum cadere ſolet, ea erit non temporis, ſed naturæ. Quod ſatis hæc colligere ualemus ex ipſomet

Pla.

PLA. qui de mundi productione loquens prius temere agitatum, & absque ordine motum eum affirmat, at Deum illum ad ordinem redigisse declarat. Omne enim quod ab aliquo fit siue in æuo, siue in tẽpore, prius habet esse in potentia & postea in actu, siue illud prius sit tẽporis sua natura. Modo audiamus quid PLA. dicat. Itaq; cũ uellet Deus bona omnia fieri, nihil uerò quod natura pateretur malum, quicquid erat quod in cernendi sensum cadere posset, assumpsit, non tranquillum & quietum, sed temere agitatum, & fluitans, idq; ex inordinata iactatione redegit in ordinem. Hoc enim iudicabat esse præstantius. Fas autem neque erat, neque est, quicquam nisi pulchrum facere eum, qui est optimus. hæc ille. Hanc ipsam ueritatem quam nos commonstrare contendimus Auer. etiã primo de cœ. & mun. profitetur dicens. Defendẽtes autẽ PLA. dicunt quòd assimilatio generationis mundi ex suis elementis generationi figurarum ex lineis & superficiebus a PLA. significat quòd mundus semper fuit apud PLAT. & quod ipse non intendebat per hunc sermonem, nisi quod partes eius sunt priores natura toto, non quòd ipse fuerit generatus uerè, & hoc si intendebat nihil differt ab ARI. sed tamen malè fecit in dicendo mundum esse generatum & non corruptibilem. Hoc enim non intelligitur ex generatione nisi cum difficultate, & maximè cum dixerit, c.105.

xerit, ꝙ fuit quod efficitur ex non ordine in ordinem.hæc ille. Duo ex his satis iudicio meo declarauit Auer. primum Platonem in re cum ARI. conuenire in uerbis uerò discrepare, adeò ꝙ tota ista disputatio de mundi genitura uerbalis erat. Secũdum uerò alludit ad uerba PLA. mundum prius fuisse motum tumultuarie, quod nihil aliud uoluit demonstrare nisi informitatem rerum producendarum, siue producantur in æuum, siue in tempore.

Dub. *Sed roget quis, semper causa agens præcedere debet suum effectum: modo si mundus ab æterno sit productus à Deo non præcedet ipsum mundum, ergo non erit ab eo productus.*

Respõ. *Cui satisfacimus ex his quæ iam dicta sunt. Nam quod fit aut per motum aut per simplicem emanationem fit, si per motũ cum tempore mensuretur producens tempore antecedit productum: at si per simplicem emanationẽ natura solum producens, antecedit productum. Nam si uestigium pedis æternum foret in puluere & pes, & æternus esset à quo est causatum, nec pes præcederet uestigium nisi natura.*

Inst. *Et umbra baculi æterna, si baculus æternus esset.*

Dub. *Verum si adhuc per contareris cum æternus sit summus Opifex, æternusq́; mundus eritq́; aliquid discriminis inter hæc æterna? nec non inter has æternitates?*

Respõ. Enn. 3. li.7. c. 2. ĩ cal. *Quam maxime iudico, sed essent hic referenda quæ de æternitate inquit Plotinus, sed ne in immensum opus hoc deducatur.*

solam

ſolam eius definitiuam rationem adducemus. Eſt itaque ipſa circa ens in ipſo eſſe uita ſimul tota & plena, & ubique prorſus indiſtans æternitas ipſa quam quærimus: Quæ definitio non multam diſtat ab ea quam Theologi noſtri æternitati attribuunt. Dicunt enim æternitas eſt interminabilis uitæ tota ſimul & perfecta poſſeſſio. Verum quia in Deo præcipue hæc omnia reperiuntur, ipſe ergo ſolus abſolute æternus dici poterit ac erit. Cætera uerò quæ ab eo in æuo producta ſunt participata quadam æternitate metiuntur. A primo enim ante omnibus communicatum eſt eſſe, his quidem clarius, his uerò obſcurius, inquit ARI. ob id quantò quis magis aut minus diuinum eſſe participat, tantò magis aut minus, æternitatem conſequitur. Deus ergo erit æternus ex ſua natura: intelligētiæ uerò, & cœlum erunt æterna participata quadam æternitate. Sed ut diſcrimen inter hæc æterna magis appareat, conſideranda diligenter eſt ipſa æternitatis definitio, & primò illa particula, uita. Nam uiuentium quatuor genera ſunt, in ſublunaribus plantæ uiuunt, uiuunt bruta, & uiuunt homines, uerum quia hæc generationi & corruptioni ſubijciuntur nō ſunt æterna niſi in ſpecie, ut ſupra ſatis abūde declaratum eſt. Corpora cæleſtia uiuunt, atque intelligentiæ æternitate perfruūt participata. Deus etiā uiuere dicitur, quia in eo eſt fons uitæ ut dixit Proph. quoniā apud te eſt

Anſ. mō. 24. & Boe. 5. de phy. cō.

i. cœl. 100.

pſal. 35

eſt fons uitæ. Plantæ itaque ac animalia omnia æterna dici non poſſunt, cum nō habeant uitam interminabilem, generationi enim & corruptioni ſubdita ſunt. Corpora uerò cæleſtia, & ſi quadam ratione æterna ſint, quia carent contrarietatem, at quia motus eorum uita eſt, & quia motus non habet totam eſſe ſimul, cum ſit de genere ſucceſſiuorum, non habet uita totam ſimul, ut in definitione legitur æternitatis. Intelligentiæ uerò licet non habeant eſſe ex motu, & ſint de genere permanentium, quia tamē ab æterno à Deo ſunt producta, licet habeat uitam totam ſimul qui eam accipit ab alio, ut pote à Deo opt. Max. ideo non habet eam perfectam, quæ eſt altera particula æternitatis. Solus itaque Deus æternus ſimpliciter dicetur, cum in eo ſit. Interminabilis uita tota ſimul & perfecta poſſeſſio: Ex his meo quidem iuditio liquido conſtat ex ſententia PLAT. mundum eſſe æternum & qua æternitate potiatur & à quo, quaue ratione æternitas quæ in ſupremo Opifice inuenitur, ab ea quæ in mundo eſt differat iam declarauimus: ſupereſt modo ut ex optimis Platonicis id ipſum commonſtremus.

PLOTI.

PLOTINI SENTENTIAE de mundi æternitate secundum Platonem.

QVia omnium Platonicorum sententias nimis satis lõgum esset enarare de mũdi æternitate, ideo ex multis paucos illosque præcipuos in medium adducere decreui. Et quia Plotinus præcipuus extitit, non grauabor eius mẽtẽ explicare. Nã Enn. tertiæ lib. secundo c. primo inquit. Quoniam uero mũdum hunc arbitramur esse quidem semper nunquam uerò non esse, merito prouidentiam consequenter mundo assignare debemus: hoc ipsum, quod secundum mentem sit, mensque sit ante ipsum, non quasi præcedens tempore, sed quoniam hic est à mente, priorque natura mens est, quam mundus, causamq; mens existit mũdi, ac uelut principalis forma atque exemplar, mundi inquam huius uelut imaginis per exemplar illud existentis, eodemq; modo inde perpetuo subsistẽtis. hæc ille. Quæ supra declarauimus non potuit quispiam aperire, potiss. prioritatem illam naturæ non temporis. Præterea. Enn secundæ. lib. primo. c. quarto inquit. Proindeq; hoc ipsum quod mundus nunquã inceperit (alioquin absurdum fuerit) de futura eius perseuerantia facit fidem. Quid enim causæ esse potest, ut mundus

dus aliquando desinat? non enim elementa mũdi instar lignorum, reliquorumq́ talium conteruntur. Cum igitur semper maneat, nimirum manet uniuersum. Manet quin etiam si continue commutantur, nihilominus permanet uniuersum: quippe cum mutationis causa perseueret. Mutationem uerò mundi futuram aliquando ob quendam animæ pœnitentiam opinari, uanum esse alibi demonstrauimus. præsertim cum gubernatio mundi procul ab omni labore, & detrimento sit posita. Quin etiam si quando corpus totum disperdi queat, nihil tamen ex hoc animæ accidit alienum. hæc ille. Et ibidem lib. 9. c. 7. Dictum est alibi hunc mundum neque incepisse unquam, neque desinere, sed esse tandiu, quam diu sunt diuina. hæc ille. Præterea. Enn. tertiæ li. 7 c. dum scrutatur diligenter, quid est æternitas, dicit? Quid ergo potiss. id ipsum erit, pro quod totum diuinum mundum esse dicimus. æternum atque sempiternum? Quidve sempiternum est? siue idem ipsa existat æternitas. hæc ille. Possem & alia quidem ac penè infinita Plotini testimonia de mundi æternitatem in medium afferre, at quia ueritas non in multiplici uerborũ serie sita locataque est, sed in adæquata ratione quadam rerum ad intellectũ, ob id quæ diximus dicta sufficiant. In hanc eandem sententiã uenerunt. Porphyrius. Iamblicus, Proclus, & ARI. cuius rationes adeo perspicue sunt in octauo de phy.

phy.aud. & in primo de cœl. & mund. ut non sit opus huc eas adducere. Verum emergit hac in re grauis difficultas, cùm de mente PLA. tũ etiam ARI. quomodo mundum æternum ac factum statuere possumus? cũ æterna à primo rerum omnium opifice in genere causæ finalis solum pendere uideamus? Verum antequam difficultates, aduersus quas iam determinauimus adducamus, uolumus, ut prius uideamus an simplex hæc emanatio inueniatur tam in doctrina ARI. quàm Auer. Mens autem PLAT. ex his quæ iam diximus ex Timeo perspicua est.

ARIST. SENTENTIAE æterna pendere in genere causæ efficientis.

ARIST. tunc sententiam hanc posuit principio cœli cum dixerit, à primo quidem esse communicatum est omnibus t.c.100
esse, & uiuere, his quidem clarius, his uero obscurius. Si ergo Deus Opt. Max. communicat omnibus esse his quidem clarius, ut pote intelligentijs ac spheris cœlestibus, his uerò obscurius, scilicet rebus corruptibilibus, communicare uerò esse est agere ac producere, pendent ergo omnia ab eo in genere causa efficientis. Præterea t.c. 81.
primo de physi au. inquit. Existente enim quodam diuino, optimo & appetibili: aliud quidem

contrarium esse ipsi dicimus, aliud autem aptũ natum est appetere & desiderare ipsum secundum ipsius naturam. Per diuinum, optimum, & appetibile nihil aliud intelligere debemus, nisi formam: & quia suprema omnium formarum Deus est, non quidem inhærens, sed exemplaris, materia uerò hanc formam assequi quò ad fieri potest contendit, quemadmodum turpe bonum & fœmina marem. Verum quia non potest nisi successiua quadam generatione, formas has caducas consequi, in hoc diuinam illam ac optimam Dei naturam participare dicimus. Hoc uerò desiderium omnibus quibusq; rebus à natura inditum est, iuxta unius cuiusque rei præstantiam, ut idem refert secundo de anima. Na
t. c. 34. *turalis. enim operum uiuentium est quæcunque perfecta & non orbata, aut spontaneam generationem habentia generare tale quale ipsum est, animal quidem animal, planta autem platam quatenus ipso semper & diuino participent secundum quò d possunt. Omnia enim illud appetunt: illius causa agunt omnia quæcunq; agũt*
t. c. 1. *secundum naturam. Præterea, præcipuus locus ARI. est nono met. ubi dicit. In plus est potentia & actus eorum quæ dicuntur secundum motum solum. Et Auer. in com. dicit. Et hoc nomen potentia dicitur pluribus modis eis, secundum quos dicuntur potentia & actus in rebus transmutabilibus. hæc ille. Concludamus ergo*

cum

cum ex his quæ ARI. dixit, tum ex his quæ Auer. expoſuit, potentiam & actum inueniri etiam in rebus æternis. Quo ergo deducetur ad actum hæc potentia? non reducetur certe niſi per ſimplicem hanc emanationem quæ motus non eſt. Præterea Auer. primo cœl. Defendentes autem PLA. dicunt quòd aſſimilatio generationis mundi &c. Verum quia authoritas hæc ſupra fuit à nobis inducta, nec non exacte declarata, ob id ſilentio prætereo. Præterea Auer. diſp. tertia in ſol. 18. dubij, dicit. Deinde aſcenderunt inueſtigare de ſupercœleſtibus corporibus & apparuit eis quòd ſunt ingenerabilia non ſicut inferiora corpora &c. & ſubdit. Vnde ſi corpora ſuper cœleſtia generabilia eſſent modo iſtius generationis, indigeret alijs corporibus præcedētibus eis &c. Deinde probās qua ratione cœlum ſit productum, dicit. Talia habere cauſam agētem ab æterno, quia in illo genere entium qui dat finem dat etiam eſſe, quia forma & finis in illis ſunt unum & idem. Inſuper Auer. 11. diſp. in ſol. primi dub. inquit. Dicunt peripatetici loquentes ſecundum ueritatem, quòd entia procedunt ab eo ſ. Deo modo altiori quàm ſit natura, & quàm ſit humana uoluntas, probatum eſt enim demonſtratiue quòd impoſſibile eſt procedere aliquem ab ipſo Deo naturali modo, ſeu uoluntario, iuxta uoluntatis intentionem in nobis. hæc ille. Præterea Auer. 6. met. c. 2. de-

C.105.

clarans quomodo naturalia à rebus diuinis ac uoluntaria differant, dicit. Nam ſicut naturalia ſunt illa in quorum definitione ponitur natura, & uoluntaria ſunt illa in quorum definitione ponitur uoluntas, ſic diuina ſunt illa in quorum definitione ponitur Deus. Has itaq; ARI. & Auer. ſententias ad ſtatuendam ſimplicem hanc emanationem in medium attuli, ne noſtrum hoc commentum quis eſſe opinaretur. Verum anteaquam difficultates aduerſus hanc noſtram aſſertionem adducamus, fundamenta quædam prius more mathematico iacienda ſunt, ut facilius eas diſſoluamus.

DISTINCTIONES PRO ſolutione difficultatum.

PRincipio dicamus agens duplex, uerum & ſimilitudinarium, uerum eſt principiũ unde motus, ut teſtatur ARIS. 2. de phy.
t.c. 29. *au. ſimilitudinarium eſt agens ſine motu, per ſimplicem emanationem. Diſtinctio uero*
c. 1. *hæc eſt Auer. 4. cœ. Inquit enim, Res æternæ non habent agens niſi ſecundum ſimilitudinem nec habent ex quatuor cauſis niſi formalem, & finalem, & ſi habuerit aliquid quaſi agens, non erit niſi inquantum eſt forma illi, & conſeruans ipſum. Animaduertendum eſt hic diligenter, Auer. appellare agens uerum, quòd per mo-*

tum

tum operatur. Nominatur etiam agens ſimilitudinarium, quaſi agens, quia operatur ſine motu, & ſic operatur Deus in productione æterna intelligentiarum, & ſpherarum.

Secundum. Agentia quædam præcedunt ſuũ effectum tempore, quædam natura. Diſtinctio uero hæc eſt Auer. 2. cap. de ſub. or. & primum declarat dicens: quemadmodum ſunt illa, quæ exiſtunt in ſphera actiuorum, & paſſiuorũ, quæ generantur per motum: Secundum, inquit, ut in corporibus cœleſtibus, & in ſubſtantiÿs æternis, quæ non ſubduntur motui, & tempori. Hoc ipſum etiam dicit primo de cœ. & mundo. Quod .c106. *natum eſt, in tempore reperiri non inuenitur ſine tempore, & quod non eſt reperiri natum ſine tempore, non habet prius, & poſterius, niſi ſecundum eſſe, quod eſt de lineis cum figura, & magis de rebus abſtractis.*

Tertium, in omni generatione, ſeu productione, non eſſe præcedit eſſe, & hoc uel eſt priuatiuè, uel poſitiuè, in his quæ per ſimplicem emanationem producuntur, non eſſe præcedit eſſe, priuatiue, in his uero quæ per motum fiunt, non eſſe præcedit eſſe poſitiue, quia non eſſe in his quæ fiunt, cum motu, præcedit eſſe tempore, in æternis uerò non niſi natura.

Quartum. Poſſibile duplex, phyſicum, & logicum. Primum reperitur in his, quæ materia potiuntur, quæ eſt generationis principium, &

non caret contrarietate. Secundum est in rebus æternis, utpote in cælo, ac in intelligentijs. Superest modo, ut ad difficultates accedamus.

DIFFICVLTATES CONTRA SIMPLICEM EMANATIONEM.

ET quia hanc conclusionem tenemus, non modo iuxta PLA. & ARIS. mentem, sed etiam Auer. ideo prius contra eam
c.10. *adducam rationes Auer. qui 4. cœ. inquit. Res æternæ, non habent agens nisi secundum similitudinem, & de quatuor causis, non habet nisi formalem, & finalem. Præterea, si*
2. *cœlum esset causatum a prima intelligentia sequeretur, quòd id quod est contingens ex se, perpe*
c.79. *tuaretur ab altero, id uero aduersatur Auer. 8. phy. contra Alexandrum & Auic. consequentia probatur per ipsum met. Auer. 12.*
c.41. *met. & ita inquit. Quod est possibile ex se, & necessarium ab altero solum reperitur, in motu cœli, non ergo in substantia eius. Et reddit causam, quia motus est ab alio, sed substantia est à se, sed dicere à se excludit causam efficientem, æterna ergo, non dependent à Deo in genere causæ effi*
3. *cientis. Insuper præsuppono duo de mente ARI. primum quod ex nihilo nihil fit. Secundum quod motus cœli nūquam inceperit. primum satis cla*
t. c. 34. *ret ex primo phy. secundum ex 8. physi. Vnde si mate-*

materia, quæ de ſe æterna eſt, eſſet facta à primo rerum omnium opifice, materia eſſet antequam fieret: conſequentia eſt Auer. 12. met. uel daretur proceſſus in infinitum in materijs, uel fieret ex nihilo, hæc omnia ſunt abſurda, in commodum ergo erit æterna pendere à primo ente in genere cauſæ efficientis. Et ob id Auer. c.44. *12. met. reprehendit Auic. qui poſuit intelligentias productas à primo.*

Amplius in omni productione ſunt duo termini à quo, & ad quem, ut teſtatur ARIST. 4. *5. phy. ſi ergo cœlum eſt productum, terminus* t.c.3. *à quo erit non eſſe cœli, & ad quem eius eſſe, ſed hoc eſt contra ARI. primo de cœ. & mun. non erit, ergo cœlum productum.*

Præterea, à quo remouetur diffinitio, ab eodem remouetur, & definitum, ſed à primo ente remouetur definitio efficientis cauſæ, nam hæc ſic definitur ab ARI. 2. phy. eſt principium unde motus: modo Deus non eſt principium unde mo- t. c. 29. *tus in productiqne cœli, & intelligentiarum, ergō hæc non pendent ab eo in genere cauſæ efficientis. Inſuper ſi concluſio eſſet uera, Deus eſſet* 6. *prior, & poſterior ſe ipſo, quòd eſt contra ARI. & Auer. 12. met. Probo conſequentiam, quia* t. c.39. *eſt cauſa finalis Deus, quæ prior eſt cauſa efficiente, & tu ponis eundem eſſe cauſam efficientẽ, ergo idẽ reſpectu eiuſdem prius, & poſterius.*

Præterea, in æternis poſſibilitas eſſet, hoc ue- 7.

c. 30. *ro aduerſatur Auer. 12. met. & 2. cæ. ubi di-*
c. 33. *cit in ente neceſſario, nulla eſt poſſibilitas. De-*
ducitur uero conſequentia hoc pacto. Omne, quod
eſt productum anteqꝫ productum eſſet, poſſibile
erat produci, & quicquid tale eſt nouum eſt, ma
teria uero nouitatis cauſa eſt, per eam enim res
t. c. 21. *poteſt eſſe, & non eſſe 7. met. quòd ſi huiuſmodi*
eſſent intelligentiæ, generationi, & corruptioni
ſubderentur, hoc uerò abſurdum eſt.

8. *Amplius. ARI. 9. met. Nullum ſempiter-*
t. c. 17. *num eſt potentia, ſed omne tale eſt actu ens, &*
t. c. 32. 3. *phy. dicit. In æternis non differt eſſe, & poſſe.*

9. *Præterea, æterna eſſent in continuo fieri. Et*
deducitur. Nam omne quod fit, uerum eſt dice-
re, quòd producitur, uel aliquando fuit uerum
dicere, quòd productum eſt, ſi dicamus ſecun-
dum eſſe uerum, ergo non fuit æternum, quòd eſt
contra aſſertum, ſi uero dicamus primum, erit
de genere ſucceſſiuorum, ut tempus, & motus,
quæ tunc ſunt quando fiunt.

10. *Amplius ARI. 8. phy. probauit abſtractum*
eſſe, ſeu genus abſtractorum via motus cum nul
la uia poſſit probari, ut inquit Auer. primo
c. 83. *phy. & 12. met. Quando ergo dixit ARI. ſi cæ*
c. 5. *lum eſt factum, ergo per mutationem præceden*
tem, ergo motus ante motum, & mundus ante
mundum, quando hoc dixit ARI. uel cognouit
hanc ſimplicem emanationem, uel non, ſi cogno
uit, & non poſuit, fuit ergo diminutus: nam qui-

ſpima

spiam potuisset illi respodere, cœlum seu intelligẽtiæ sunt facta, uerum nõ per motum, sed per simplicem emanationem. sed si in illa diuisione intellexit hanc productionem sine motu, ergo alia uia quam per motum possumus conuincere abstractorum genus esse, hoc uero aduersatur Auer. ut supra diximus, non ergo datur simplex hæc emanatio. Præterea, Si ARI. cognouisset æternã hanc efficientiam, eam posuisset potiss. in 11.
5. met. ubi de quatuor causis loquitur, sed nõ posuit, immo cum de causa efficienti loquitur, repetit illam eandem definitionẽ, quam 2. phy. tradidit ARI. quòd est principiũ unde motus, ergo nõ alia efficiẽs causa datur. Vltimo. adduco ratio- 12.
nem Auer. 12. met. quo in loco probat intellectũ c.17.
in habitu nõ esse productũ, & hæc iuditio meo est fortiss. omnium rationũ quæ posśũt adduci in hac materia. ita. n. argumẽtatur, si intellectus in habitu fit uel fit per motũ, uel sine motu, si p motũ cum motus, præsupponat subiectũ, uel materiã; necesse esset intellectũ possibilem esse eius materiã at ARI. dicit 3. de anima illũ esse potius locũ, q̃ t.c.6.
materiã, ergo nõ fit cũ motu, neq; etiã fieri potest sine motu, quia fieret ex nihilo; ergo intellectus in habitu nulla ratione fit. Non secus nos arguere possumus de alijs intelligentijs à Deo. Deducere possumus alias penè infinitas difficultates in hac materia, uerum quia hæc uidentur mihi deficiliores, ob id has tantum adducere decreui.

Solu-

SOLVTIONES ARgumentorum.

Videamus iam ferè inextricabiles difficultates, qua ratione dissoluere eas possumus & quomodo unà cum mundi æternitate stare possit eius generatio. Verum si ad ea quæ iam diximus diligenter animaduertamus non erit difficile has difficultates dissoluere. Ad
Ad 1. *primum ergo dicendum, cum dicit Auer. Res æternæ non habent agens nisi secundum similitudinem, hoc autem dixit in comparatione agentis, quod est principium unde motus, nam hoc est agens uerum secundum Auer. Et cum subdit quòd de quatuor causis non habet, nisi causã formalem & finalem, hoc intelligitur per exclusionem agentis ueri quod est per motum, & non agentis per similitudinem, nam hoc coincidit cum causa formali & finali. Ad secundum.*
Ad 2. *Quod est posibile ex se non potest ab altero perpetuari, uerũ est in substantijs generabilibus & corruptibilibus, quæ cũ in se materiam claudãt sunt possibilia ab intrinseco, quia materia causa est physicæ posibilitatis. Verum cœlum & intelligentiæ aliæ à Deo, cum materia careant, non habent in se hanc possibilitatem, sed solum logicam: quæ est illa dependentia à primo rerum omnium authore. Verum motus æternus cum pos*

sibilis

ſibilis ſit ab intrinſeco ratione quietis, poteſt per petuari ab extrinſeco. Et hoc ſolū uerificatur in motu æterno & nō in ſubſtantÿs. Sed roget quis, Auer. ſecundo cap. de ſub. orb. de intelligētÿs loquens dicit: Intelligentia largitur orbi non ſolū motum, ſed permanētiam æternam. Ergo ſicuti motus qui poſſibilis eſt ab intrinſeco ab intelligentia perpetuatur, nō ſecus orbis ab eadem perpetuabitur cum ei, non modo largiatur motum, ſed etiam permanentiam ſempiternam. Impugnatio. *Cui reſpondemus, motum in ſe poſſibilitatem continere intrinſece & formaliter. at cælum non habet poſſibilitatem niſi logicam.* Reſpō. *Ad tertium. Ex nihilo nihil fit, uerum eſt de nouo & poſitiue, quia nihil non poteſt eſſe materia entis, uerum ex nihilo priuatiue & ab æterno poteſt aliquid fieri.* Ad 3. *Ad id uero quod de productione materiæ dixit ARI. concludit materiam fieri non poſſe per motum, & de nouo, & non loquitur de productione æterna, quæ fit per ſimplicem emanationem. Quod uero dictum eſt de productione intelligentiarum contra Auic. Dicimus Auicennam fuiſſe reprahenſum ab Auer. quo ad modum ponendi, non quo ad rem in ſe poſitam. Opinabatur enim Auic. primā intelligentiam produxiſſe ſecundam, & ſecūda tertiam, & tertia quartam, & ita de alÿs, quo ſi dixiſſet omnes fuiſſe productas à primo ab æterno per ſimplicem emanationem non fuiſſet ab Auer. reprahenſus. Et hoc*

est quod ipse dixit. Non est illic prouentus nec
c. 44. *consecutio, nec actio, ita quòd dicamus, quòd una actio consequitur agentem tantum enim est ibi causa & causatum, secundum quod dicimus intellectum esse causam intelligentis. Ecce quomodo Auer. in æternis ponit causam & causatum.*
Dub. *Sed hoc dictum nō caret scrupulo. dicit enim Auer. ibidem. Mos autem qui est inter modernos in dicendo quo à tali motore prouenit talis motor, aut cōsequitur, aut præcedit, aut alia uerba non uere intelliguntur in istis principijs abstractis. Omnia enim ista sunt dispositiones agentium superficietenus non uera. Ab agente enim nihil prouenit nisi extrahere illud quod est in potentia ad actum. Videtur ergo ex his non modo reprehendere Auic. in modo ponendi, sed*
Respō. *etiam in re posita. Immo dicimus eum solum in modo ponendi damnare, in hoc enim sermone iam inducto posuit utrunque agens, primum per simplicem emanationem cū dicit. Omnia enim ista sunt dispositiones egentium superficietenus non uere, declarans postea agens uerum dixit. Ab agente enim nihil prouenit nisi extrahere.*
Ad 4. *Ad quartum, in omni productione &c. In omni productione noua quæ fit per motū, non esse positiuū, præcedit esse positiuū non modo natura, uerū etiā tpe, at in his quæ fiūt ab æterno per simplicē emanationem nō esse priuatiuum præcedit*
Ad 5. *esse positiuum non tempore, sed natura. Ad quintum,*

tum de diffinitione efficiẽtis quòd est principium unde motus dicimus. Agens duplex uerum, & similitudinarium, definitio hæc est agentis ueri & ibi fit mentio de agente naturali quòd agit per motum. Sed urgebis ad huc. Si qua scientia Dub.
agere deberet de agente similitudinario potissimum hoc faceret metaphysicus, sed quinto met. definiens causam efficientem illam eandem assignauit quam etiam secundo phy. ergo non datur efficiens per simplicem emanationem, & si ARI. assignauit deffinitionem huius efficientis, da locum. Dicimus. Ob id. ARI. quinto met. Resp.
agẽs de quatuor causis & potiss. de causa efficienti, illam eandem assignauit, quam tradidit secũdo phy. non quod illa esset metaphysica, sed quia notior erat, & quia id quod ignotum est per notius debet declarari, ut dicit Auer. tertio met. c. 1.
Et si petis à me ubi ARI. locutus est de altera t. c. 1.
causa efficienti, dicã. 9. met ut supra dictum est. Ad sextum dicamus non esse inconueniens idem Ad 6.
esse prius & posterius in diuersis generibus causarum. Vel dicendum non esse inconueniens secũdum nostrum modum intelligendi, ut inquit Auer. 12. met. ubi agens de attributis diuinis, c. 39.
licet (inquit) aliquid prius de Deo intelligamus, aliquid uerò posterius, non tamen ita dicendum est esse in Deo; sed tantum in intellectu nostro. Et subdit. Multiplicitas igitur in Deo non est nisi in intellectu differentia non in esse. Et nota

hoc

Cõtra Sco. *hoc cõtra Scotum de distinctione ex natura rei. Ita enim dicendum est de priori & posteriori in Deo Ad septimum dico, duplicem esse potẽtiam*
Ad 7. *logicam & priuatiuam, & physicam & positiuam, maior adducta uera est secundo modo, nõ primo, & ista reperitur in intelligẽtijs secundis,*
c.5. *ut dicit Auer. tertio de anima, quòd in omni substantia citra primam reperitur ista potentia & ista non opponitur necessitati, uerum stat simul.*
Ad 8. *Ad octauum. In æternis non est potentia loqtur de potẽtia physica & non de potentia logica, & priuatiua. Et cũ dicit. In æternis non differt esse & posse. i. non prius potuerunt esse quin fuerint.*
Ad 9. *Ad nonũ negatur consequẽtia, quia talia sunt ꝓducta ab æterno, in quodam esse permanẽti, & eorũ fieri fuit suum factũ esse. sicuti dicimus de his quæ fiũt subito, ut pote de illuminatione & de cõgelatione.*
Ad 10. *Ad decimũ dico, quandò. 8. phy. probauit mũdum esse æternum, cognouit simplicem emanationem, sed non posuit eam, quia ad phy. non pertinebat, quia illa est productio sine motu & ita conuincitur ARI. non fuisse diminutum. Nec etiam sequitur quòd alia uia quam uia motus possit probari abstractum esse. Omnis. n. debet cõstare ex notioribus, uerũ quia emanatio ista non est notior mundo aut intelligentijs, ob id per huiusmodi emanationem non possumus cõbare abstractorum genus. Sicut enim ad physicum spectat probare uia motus abstractum esse*

ut

ut ARI. fecit. 8. phy. sic ad eundem spectat probare multitudinem in illis, ut fecit ARI. in tertio de anima, ut inquit Auer. primo de anima C. 2.
& tertio de anima, in solutione tertiæ quæstionis. C. 5.
dicit enim loquendo de intellectu possibili. Nisi esset hoc genus entis quod sciuimus in scientia de anima, non possemus intelligere multitudinem in rebus abstractis. Ad undecimum: dico ideo Ad 11.
ARI. quinto met. ideo assignasse eandem definitionem quam etiam assignauit. secundo phy. non quod esset definitio methaphisica, sed adducta est per repetitionem sicuti de multis alijs & definitionibus & demonstrationibus, ut dixit Auer.
12. met. Ad duodecimum, dico Auer. fuisse locu Ad 12.
tum de productione noua intellectus in habitu. Nam si de nouo fieret, uel cum motu, uel sine motu, si cum motu intellectus possibilis esset eius subiectum: at secundum ARI. est locus, si verò sine motu de nouo esset productus nihil fuisset eius materia, quòd est absurdum. Verum nos loquimur de productione æterna.

SOLVTIONES AVTHORITATUM PLATONIS IN CONTRARIAM ADDUCTARUM.

PRincipio huius nostræ disputationis de mundi æternitate adduximus nonnullas authoritates PLA. quæ mundum potius factum demon-

demonſtrabant, quam æternum, ob id illæ etiam diſſoluendæ ſunt, antequam huic tractatui ultimam manum imponamus. Et ad authoritatem PLA. in Phylebo dicimus. Si uniuerſum illum ſermonem conſideremus nihil aliud PLAT. demonſtrare uoluiſſe, niſi ad rerum generabilium productionem, non modo concurre cauſam materialem, ut multi ueteres falſo opinati ſunt, uerum etiam formalem & efficientem, & ſi de productione materiæ ab uno agente loquitur, nõ erit noua, ſed æterna, non per motum & mutationem, ſed per ſimplicem emanationem. Quod uero dicit in Timeo mundum conſtare ex quatuor corporibus non ob id dixit ex his factum eſſe de nouo, ſed ab æuo tanquam ex tota ſua materia, quòd non minus id ipſum affirmauit ARI. ut ſupra declarauimus. Quod uero ſupremum Opificem ſecundos illos Deos condidiſſe eisq́ præcipiſſe creare alia, non ſunt ſic uerba PLA. intelligenda ut ſonant, ſed ſecundũ quen
c.44. *dam miſticum ſenſum, ut Auer. inquit 12. met. Hoc autem quod PLA. dixit in ſuis uerbis obſcuris, quòd creauit angelos manu, deinde præcepit creare alia mortalia, & remanſit ipſe in quiete ſine labore, non eſt intelligendum ad literam. Et forte exiſtimare hoc in Deo fuit cauſa ſabbati poſiti in lege filiorum Iſrael. hæc ille. Quod uero ſupra dicit. Mundum eſſe factum eo quòd uideri & tangi poteſt. Dicimus mun-*


dum in se uarias ac diuersas partes continere, principio cœlestes globos qui uidentur, non quia colorati, sed quia luminosi, tanguntur etiam nõ contactu mathematico & quantitatiuo, nec contactu naturali, quia contangens & contactum debent communicare in materia & in qualitatibus sensibilibus, nec contactu essentiali, sicuti forma contingit materiam & intellectus agẽs intellectum possibilem, ut inquit Auer 3. de anima, sed cõtingimus eum contactu uirtuali, nam cœlũ agit in ista inferiora motu & lumine, ideo per motum & per lumen cõtingimus illud. Ob id quia sic cœlum tangitur & uidetur est generabile & corruptibile, sed si contingeretur contactu naturali procederet argumentum. Continet etiã ea quæ sunt in sphæra actiuorum & passiuorum & hæc uere generantur & corrumpuntur & ita non est inconueniens mundum secundum aliquas sui partes generari & corrumpi, sed secundum se totum & sic sumus loquuti cum diximus eum æternum. Quod uero dixit. Mũdum esse animal, idque intelligens re uera diuina prouidentia constitutum. Totum hoc uerum, sed nõ dixit PLA. esse à Diuina prouidentia constitutum in tempore, sed ab æterno, non dixit constitutum per motum, sed interpretari debemus cõstitutum per simplicem emanationem. Quod ultimo loco dixit concludens hãc disputationem. Neque duos, neque innumerabiles procreati sũt,

c. 5.

ſed unus mundus unigenitus fact ueſt, & erit. Dicimus utique mũdum eſſe factum & unum, non tamen in tempore, ſed in æuo, ut ſæpenumero dictum eſt. Sic coucludimus hanc diſputationem de mundi genitura ac eius perpetuitate, quæ & ſi longe plura enarrare potuiſſemus, breuitatis gratia pauca hæc annotauimus. Mundũ uero eſſe æternum quia agimus perſonam PLA. ac ARI. determinauimus: fide tamen cõfitemur à Deo per creationem eſſe factum, ac deſiturum, rationeſque phyloſophorum tam leuiter ſoluũtur quam leuiter nobis obijciuntur.

Libri ſeptimi Finis.

LIBER OCTAVUS.



ON est mirum (clementiss. Princeps) si uaria ac diuersa phylosophorum de tẽpore sententia extiterint, & illa quidem inuicem pugnantes, cum adeo eius peritia difficilis sit, ut uix à nobis dignosci ac concipi mente possit. Tempus enim cum ex præterito ac futuro constet, & horum neutrum sit, primum non cum iam factum sit ac præterijt, secundum etiam minime cum nondum factum sit, ac rerum difficultas præcipue ex duobus oritur, uel quia obiectum nostram intelligentiam excedit, uel quia rei intelligibilis natura adeo exilis, ut uix eam mouere possit, atque hac potiss. de causa tempus cognitu difficilius est. Ob id literatorum uirorum opiniones uariæ in hac materia emerserunt. Quidam enim tempus sphærã esse dixerunt, quidam uerò circulationem, alij uero motum, PLA. autem æternitatis in unitate fluentem quandam in numero imaginem tempus posuit. ARI. uero, aliorum sententijs eiectis, tempus numerum motús secundum prius & posterius statuit. Quomodo uero ac qua ratione eius sentẽtia cum illa PLA.

coire ualeat elaborandum est. Sed id præcipue forte mihi uitio peritiores dabunt, cum nulla ex parte Aristoteles PLA. sententiam impugnauerit, cur eos dissentire de temporis natura dixerim, ac eos sic discidentes ad concordiam reducere. Quibus respondendum sic opinor. Nam cum inter has opiniones iam proxime enumeratas ea sit quæ affirmet, motum seu ambitum uniuersi esse tempus. Hancq; Eudemus, Theophrastus, & Alexander PLA. mentem esse dixerunt, doctiss. Simpli. 4. de physi. aud. referen-

t. c. 93. *te, ut ergo ab his calumnijs Diuinum PLAT.*

& 94. *eximeremus hunc laborem assumpsimus. Opinati uero sunt hi circumuectionem & motum*

fo. 738. *esse tempus, quia PLA. in Timæo dixerat. Nox*

Cor. *ergo & dies propter hæc facta sunt unius circularis, circumuectionis ambitus. Mensis autem postquam Luna suo obitu circulo Solem apprehendit. Annus autem cum Sol suum circulum obierit. Cum aliorum ambitus homines non cogitauerint, præterquam pauci ex multis, neque nominantes, neque considerantes inter se certis dimetiuntur numeris. Quare ut semel dicam eorum errores nesciunt esse tempus. Vel ut alij in Romanam linguam transtulerunt: Quare, ut ita dicam, nesciunt tempus esse horum uagationes, multitudineimmensa, & admiranda uarietate contingentes. hæc ille. Concludit PLA. ex his, quòd sicut ex reuolutione Solis & Lunæ, quæ sunt temporis particulæ, tempus constituitur,*

tur, sic ex omnibus reuolutionibus uniuersorum orbium tempus, totum completur. Verum hi grauiter allucinati sunt, cum ex his quæ ex PLA. adduxerunt, non concludant tempus esse motum, sed bene esse mensuram motus secundum prius & posterius. Si enim PLA. naturam temporis potius in discreta magnitudine constare ut pote in numero, quàm in continua statuit, eamq; quo ad suum esse formale potius ab anima pendere, quàm à motu, cuius ipsa mensura est, non ergo posuit motum continuum, sed discretam magnitudinem, quam anima facit in continuo, intelligendo vnum mutatum esse ab altero distinctum, uel unum moueri ab alio discriminatũ. Hoc uero totum quod dicimus ex uerbis Plotini colligere licet, in eo potissimum sermonẽ in quo de æternitate ac tempore agit. Inq̃t.n. Si quis ergo dicat tempus esse actum animæ in trãsitorio quodam motu ex alia uita in aliam perpetuò procedentem forte nonnihil afferre uidebitur. Si enim æuum est uita in statu, & in eodem simili habitu permanens, iamq; infinita, atque oportet tempus esse æternitatis imaginem, quemadmodum & hic mundus est mundi illius imago, certe loco uitæ quæ illic uiget, alteram oportet uitam hic asserere in quadam animæ mundanæ potentia, tanquam æquiuocam & pro intellectuali motu alicuius partis animæ motum. hæc ille. Et paulò infra dicit. Oportet

Enn. 3. lib. 7. c. 10.

autem nequaquam extra animam tempus accipere, quemadmodum neque æuum ibi extra ipsum quod ens appellatur, neque rursus consecutionem esse, neque posterius quicquam, quemadmodum neq; ibi, sed intus inspectu aliquid quod
lib. 1. c. 21. & 22. insit, simulq; sit, sicut & illic æuum. hæc ille. Plutarchus etiam de placitis phyloso. referens hanc eandem PLA. sententiam inquit. PLA. Aeui effigiem mobilem, uel mundanæ motionis intercapedinem statuit. Et paulò infra dicit. PLA. essentiam temporis cœli motum. Stoicorum plerique motionem ipsam &c. Verum quàm longe hi à uera PLA. sententiam distent quisque uel mediocriter initiatus in eius doctrina facile cognoscere poterit. Sed hoc lucidius apparebit cũ PLAT. opinionem minime disentire ab ea ARI. demonstrabimus. Sed ostenso tempus non esse motum secundum PLAT. reliquum est, ut esse motum minime posse declaremus secundum ARI. Nam 4 phy. sic inquit. Motus & muta-
t. c. 95. tio semper est in eo quod mouetur & mutatur: Motus enim cum actus sit mobilis ex tertio de phy. auditu, in eo necesse est esse, at tempus non est in eo quod mouetur, sed ubique, s. tam in eo quod mouetur quàm in eo quod quiescit, tempus ergo motus non erit. Et infra subdit. Motus dicitur uelox uel tardus, tempus uero nec uelox nec tardum, tempus ergo non est motus. Præterea uelox & tardum tempore mensurantur,

nam uelox illud, est quod in æquali tempore maius percurrit spatium, uel in minori æquale, & tardum illud est uel quod in æquali tempore minus percurrit spatium, uel quod in maiori æquale, si ergo tempus esset motus ipsum etiam diceretur uelox uel tardum, & cum utrunque definiretur, tempore definiretur, sicq́; idem esset notius ac minus notum, cum definitio innotescendi gratia assignetur. Multi etiam alij referente Simplicio motum uniuersi tempus non esse, ut Eudemus qui ita fatur. Motus uniuersi in ipso est sicut Diaris ingressus in Diare. Ergo cœli quoque in cœlo per se perfectus. Hoc autem est absurdum. Non uidetur enim tempus esse in cœlo, sed cœlum potius in tempore. Præterea autem est absurdius non esse tempus alibi Cœlum enim in ipso semper est in nullo autem alio. Non erit ergo tempus, nec in terra nec in mari. Si autem non totus ambitus dicendus est tempus, sed similiter ambitus cuiuslibet ex partibus, unaq́; autem pars est alia à cœlo, similiter autem cœlum quoque à partibus: motus sunt alij uniuersi & uniuscuiusque partis. Si ergo inquit motus sunt alij, tempus autem non aliud, sed idem, non fuerit motus tempus. Quare neque uniuersi, neque partium motus est tempus. Deinde progressus hæc quoque dixit. Qui autem dicunt motum Solis esse tempus quid dicent de alijs stellis? Non sunt enim omnium idem motus: si ergo sunt om

Eudemii rationes.

nes tempora, cum ſint alij: hoc ipſum eſt abſurdum: & erunt multa ſimul tempora. Si non ſunt aliorum quoque motus tempora dicenda eſt differentia, cur Solis quidem motus eſt tempus, non eſt autem tempus Lunæ motus, nec motus aliorum? Hoc autem non uidetur facile. hæc ille. Qua ratione hæ Eudemi rationes, quæ uero non, cum PLA. cũ ea ARI. minime diſſentire declarabimus, hoc etiam aperiemus Iamblicus, & id ipſum demonſtrans inquit in octauo commentariorum in Timæo. Omnis motus eſt in tempore. Multi ſunt ſimul motus. Temporis autem partes ſunt aliæ aliæ. Motus fertur circa aliquid quod manet. Tempori autem quiete nihil opus eſt. Motui motus uel quieti eſt contrarius, ei quidem qui eſt in genere, is qui in genere: ei uero qui eſt in ſpecie, is qui eſt in ſpecie. Tẽpori autem nihil. hæc ille. Plotinus etiam uenit in hanc eandem ſententiam. probatq́ motum tempus non eſſe. Et licet uideantur rationes eius concidere cum illis Iamblici, libuit etiam illas recenſere. Inquit enim tempus quidem eſſe motum eſt impoſſibile: neque ſi cunctos ſimul motus accipias ex cunctis quaſi unum efficiens, neque ſi motum duntaxat ordinatum: nam motus vterque ſit in tempore. Si quis verò motus dicatur non in tempore fieri, multo longius ab hoc inſuper aberit, ut ſit tempus quaſi aliud quidem ſit in quo motus agitur, aliud vero ſit ipſe

[Margin: Iamblici ratio nes.]

[Margin: Ploti. Enne. 3. li. 7. c. 7.]

ipſe motus. Quum uerò ſint & alia quæ dicantur dictaq; ſint, id ſufficit, atque ſufficiet, quod videlicet motus deſinere poteſt, atque intermitti, attamen & hic motus: ſi modo circuitum ille dicat, in quodam ſit tempore, atque in idem quandoque reuertitur non in eo quidem ſpatio quo dimidium eius impletur: & hic quidem motus eſt dimidius, ille vero duplus, dum videlicet vterque motus eſt vniuerſi, tum ab eodem redit in idem, tum qui dumtaxat peruenit ad medium. hæc ille. Et quia iſtæ ferè rationes ſunt quas ſupra ARI. adduxit, eas ob id ſilentio prætereo.

Secunda opinio erat tempus eſſe circulationẽ uel circumuectionẽ, & hanc referente Plutarcho fuiſſe ſententiam Stoicorum opinatus eſt, quam ARI. impugnans ſic inquit. Qualibet pars temporis eſt tẽpus, non qualibet pars circũuectionis eſt circumuectio, ergo circumuectio nõ eſt tẽpus. Præterea multæ ſunt circumuectiones, unde ſi circũuectio eſſet tempus multa eſſet tempora, hoc autem eſt incõmodum. Io. Gram. hanc eandem opinionem impugnans inquit. Tempus habet præteritum & futurum, ſed circumuectio caret præterito & futuro, ergo circumuectio non eſt tẽpus. Non adduco ſecundam eius rationem, quia non differt ab ea ARI. Præterea. Tempus diuiditur in momentum, præteritũ & futurum, ſed circũuectio his non diuiditur, circumuectio igi- Ioan. Gram. fo. 106.

tur

mus hæc ille. Si ergo ut PLA. dicit Deum creasse lucernam, quam nos Solem uocamus ut appareret uelocitatem tarditatemque motus orbium quarum tempus mensura est, motus ergo nõ erit tempus. Propter enim duo Deus lucernam hanc condidit, primo ut apparet uelocitas tarditasq; in motibus astrorum, erraticorum, deinde ut appareret tempus quod est mensura istorum motuum, ideo dicit. Quo uero euidẽs quadã mẽsura esset inter ipsa in tarditate, ac uelocitate, & quæ circa octo reuolutiones essent progrederentur: lumen Deus accendit &c. Verũ dato quòd PLA. aliquando dixerit tempus esse motum non fuit piaculum. neque in hoc ab ARI. fuit dissentiens. Nam posteaquam declarauit non esse motum, immediate subdit non esse tamen sine motu, neq; sine mente, aut omnino concipi posse sine motu. Dormientes autem quia non concipiunt neque sentiunt motum tempus nec etiam intelligere queunt. Comprobauit autem testimonio eorum Heroum qui dormierunt in Sardo sicuti fabulãtur poetæ. Quod ad fabulam rei huius attinet, fertur ut ait simp. Herculis nouem liberos, quos ille ex Thestij filiabus susceperat cum in Sardiniam applicuissent, ut Strabo etiam in quinto meminit, ibidem mortuos esse atque ad ARI. usque tempora, & fortasse usque ad Alexandri Aphrodisei incorruptis integrisq; corporibus perdurasse, dormientium speciem præ se ferrent,

atque

atque hi ſunt quorum hic ſit mentio. Apud hos (inquit Simp.) probabile eſt aliquos aut ſomniorum, aut alterius uſus gratia longiores ſomnos dormiuiſſe, quibus à ſomno excitatis tempus nullum præteriyſſe, & ſupra quam credi queat dixerunt. Plinius etiam in lib. 7. refert ſe ſcriptum legiſſe, puerum æſtu & itinere feſſum, in ſpecu ſeptem & quinquaginta dormiyſſe annis, rerum faciem mutationemq́ mirantem uelut poſtero experectum die. Eudemus ſcriptum reliquit feſtorum dierum quos Apatura appellabant celebritate publica Athenis, cum in ſpecu quadã largius bibiſſent, non multo poſt ebrietate detentos, ſomno maxime occupatos fuiſſe, ac per totam noctem & ſequentem diem eiuſque diei noctem dormiuiſſe, quorum cum nocte illa quidam excitatus eſſet, & conſpectis ſtellis toto cœlo ſplendentibus primam noctem nondum præteryſſe exiſtimaret, ad ſomnum iterum profectum fuiſſe & dormiuiſſe. Cũ uero tertius acceſſiſſet dies extatus fuiſſet, & illum diem tanquam ſi eſſet proximus à primo feſtum egiſſe. Sũt autem & alia exempla quæ breuitatis cauſa omitto. Concludamus itaque ac dicamus non modo eos qui ſomno occupati motum cœli ac tempus non percipiunt, uerum hi qui uigilant, ac uehementer cogitationibus laborant, quoniam nullam ſentiunt mutationem, & ſi multum temporis conſumpſerint, potiſs. cũ in rebus iucundis verſatur parũ tẽporis

ris præteriÿsse opinentur. Contra verò cũ in miseria sumus, & si in ea paruã moram traxerimus. multã fuisse putamus iuxta illud Mimi Publiani. Vita felici breuis est, misero uero longa. Tẽpus itaq; ac motus sensibilia cõmunia sunt, ut ARI. 2. de anima refert. vtrunq;. n. sensu percimus, ac sicut motus in mobili fundatur, nõ secus tẽpus in motu, & nõ in quocunq; ne tempora multiplicemus, sicut motus, nã unũ est in cœlo, in mari, & vbiq;, vt ARI. refert 4. de phy. au. sed insequitur tẽpus motum primi ut in eodẽ opere testatur ARI, & ex hic quasi ex quibusdã fundamentis erigere possumus. firmissima hanc conclusionem, tẽpus materialiter idem esse quod motus primi mobilis, & ob id Auer. cõsiderans maximã inter tempus, & motũ affinitatem, dixit. Tempus impossibile ut imaginetur nisi cũ motu. Ideo definiens ARI. tẽpus dixit esse numerum secundum prius & posterius. Tempus enim accidens est cuius natura est, ut per subiectum diffiniatur, quod cum sit motus, necesse est ut in eius definitiua ratione ponatur. Iccirco dixerat Auer. tempus imaginari non posse sine motu. At quia motus ut subiectum præcedit tempus, ob id possumus illud imaginari sine tempore, ut infrà refert idem Auer. dicens. Tẽpus non imaginatur sine motu, & motus imaginatur extra tempus. Et si dicas. appositum ipsemet dicit. 12. met. sine tẽpore impossibile est imaginari motũ.

idem Aristo. 4. ph. t. c. 98. t. c. 64. t. c. 95. & 150. t. c. 152. ibid. c. 95.

Respon-

aliquis? Et d[illegible] soluens hanc quæstionem, ita fatur. Si enim esse non potest id quod est numeraturum: fieri etiam non potest ut sit aliquid numerabile. Quare clarum est, quòd nec numerus? Numerus enim est uel id quod est numeratum, uel quod potest numerari. Si autem nulli alij nisi animæ, & menti innatum est ut numeret, fieri non potest ut sit tempus sine anima. Huius uero argumentandi uis in hoc, iudicio meo, consistit. Relatiua sunt simul natura, ut uno posito ac concesso, reliquum est, ut concedamus aliud. Nã posito patre, sequitur ut sit filius, sic posito numeraturo .i. id quod numerare põt, necesse est ut ponamus, id quod numerari potest, & si concedamus numerantem actu, necesse est, ut id quod numeratur actu sit. Et licet contra hanc rationem multa adducat Boetius referente Simp. quæ omnia retexere nimis longum esset, nihil minus, si ea ralatiua suo correlatiuo fiat conueniens assignatio, omnes illæ obiectiones de medio tollentur. Nam si tollitur pater necesse est ut filius auferatur, & si remanebit patre uita functo, ut sæpenumero uidemus, non tamen remanebit ut filius, sed uel ut Franciscus, uel Cicero, & sublato visu & visibili tolli necesse erit, & si tale remanebit, visu sublato, non tamen in eo quod tale, sed in eo quod album vel nigrũ. Pendet ergo natura temporis ex duobus, cùm à continuo, tum à discreto, continuitatem uero tem

pus

cundum suum esse formale habent esse in anima: non secus dicendum esse, ut opinor, de tempore quod quidem, cum sit idem q; motus primi mobilis ad cuius esse nihil facit anima, ideo nullo homine cogitante, remanet quidem tempus secundum illud esse materiale, at secundum illud esse formale non remanet, cum sit eius generis tempus, quod partim habet esse extra animam, partim uero in anima. Animaduertendumq; est diligenter; motũ qui in definitione temporis ponitur non esse motum quencunque, sed eum dumtaxat qui in primo mobili reperitur, in quo animus concipiens hoc moueri prius distingui ab hoc moueri posterius, facit tempus secundum suum esse formale. Dicitur ergo tempus secundum ARI numerus motus secundum prius & posterius. Tempus enim accidens est, & in genere quantitatis celebratur, non quidem continuæ, sed discretæ, licet dixerit in prædicamentis illud esse in genere quantitatis continuæ, sed ibi secundum ueterum opinionem locutus est: in quarto uerò phy secundum mentem propriam, & quia accidentia definiuntur per sua subiecta, ideo apposui motum cum in eo fundetur. Et non solum tempus appellatur numerus motus primi, sed etiam passiones primi motus, dicit enim. Id uero etiam consideratione dignum est, quo 4. phy.
nam modo ad animam affectum est tempus, & 130.
quæ causa sit, ut in omnibus tempus esse, tum in

 terra

terra & mari tum etiam in cœlo videatur. An quia motionis affectio quædam est, aut habitus, hæc ille. Et quamuis ARI. id sub dubio proponat, hanc tamen esse mentem eius firmiss. credendum est. Numerus itaque iste in primo motu, qui (vt sæpenumero iam dictum est) fit anima numerante tempus secundum suam rationem formalem est, quod partim habet de continuo & partim de discreto. Et quia hoc ad unguem
4. phy. 109. *declarauit Auer. placuit adijcere uerba eius: Inquit enim. Et quæret aliquis, si tempus quodammodo est continuum, & quodammodo discretum, quare definitum est per discretum, cum dicitur ipsum esse numerum? Dicamus igitur ad hoc, quòd extra mentem non est nisi motus, & motus tempus non fit, nisi quando mens diuidit motum in prius & posterius, & hæc est intentio motus .i. motum esse numeratum: ergo substantia temporis, quæ est in eo quasi forma, est numerus, & quod est in eo quasi materia, est motus continuus: quoniam non est numerus simpliciter, sed numerus motus. continuatio igitur accidit ei gratia materiæ, & discretio .s. numerus, gratia formæ, & est compositum ex duabus quantitatibus .s. discreta, & continua, & ista compositio accidit mensuris quando diuidun tur: & cõsideratio quæ est in decimo Euclide de magnitudinibus, in illo tractatu considerat de magnitudinibus secundum quòd sunt numerus.*

hæc

hæc ille. Volui autem omnia hæc Auer. uerba recensere, quia adeo declarant temporis naturã, ut nihil amplius desiderari possit. Verum cum numerus bipartita diuisione, secari potest, vt ARI. inquit, in numerum numeratũ, & numerum quo numeramus, videndum est, quis sit iste numerus, qui in temporis definitione statuatur. At anteaquam ad huius rei declarationẽ accedamus, his numeris tertium adijcere possumus, qui erit numerus numerans, ut pote anima quæ à PLA. dicta est numerus, se ipsum mouens. Numerus ergo iste numerans causat numerum in primo motu, quo mensurantur reliqui motus ac mutationes. Ille ergo motus qui in definitione temporis ponitur, non est numerus numerans; quia esset anima, quæ substantia est, & non discreta quantitas, & non est numerus quo numeramus: nam ista, vnum, duo, tria. 4. & huiusmodi: his enim numeramus duos homines duos equos, duo ligna, duos lapides & huiusmodi. Et etiam ternario numero metimur tres homines, tres equos, tria ligna &c. & ita deductio fieri potest in infinitum. Relinquitur ergo ex his numerum in definitione temporis positum, esse numerum numeratum. i. res ipsa quæ numeratur. Hoc uerò satis ex ARI. verbis claruit atque Simp. (inquit enim) Hoc ergo soluens vtitur eo quod prius dictum est tempus esse numerum, nõ ut quod numerat, sed vt quod

4. phy. 109.

4. phy fo. 128.

esse poterit. Diximus enim supra tempus esse numerum non quidem numerans, quia esset anima, neq; quo numeramus, nempe esset duo, tertia, quatuor, & huiusmodi, sed est numerus numeratus .i. res ipsæ numeratæ. & huiusmodi, cum specie differant, nam decem homines, decẽ equi, decem canes, specie differunt, quomodo harum rerum omnium idem tempus, poterit esse mensura? Verum huic difficultati non erit difficile respondere, si harum rerum denarios supra numeratos, in eo .s. quòd homines, equos, canes, spectemus specie different: uerum si quatenus omnia hæc in denario conueniunt eadem specie, eaq; idem tempus poterit mensurare. Subdit postea, secundum prius, & posterius. Prius & posterius in magnitudine, prioris, & posterioris in motu causam esse opinãdum est, & prius & posterius in motu causam esse prioris & posterioris in tempore, his itaque uerbis ARI. declarare intendit tempus esse non de genere permanentium cuius esse in simultate partium consistit, sed de genere successiuorum, quorum esse in ordine partium situm locatumq; est. Verum posteaquam declarauimus definitionem temporis traditam ab ARI. aperire opus est definitionem PLA. dixit enim tempus esse æternitatis in unitate manentis æternam quandam in numero fluentem imaginem. Sed ut magis commode rem hanc intelligamus paulò altius or- Respõ.

diendum eſt. Principio illud ad memoriam reuocandum eſt, diuerſum fuiſſe phyloſophandi genus PLA. & ARI. non tamen diuerſa doctrina, nam ille à cauſis altiſſ. exorſus ad ſenſibilia magis deſcendit. iſte uero è regione ſenſibilia magis ad intelligibilia conſcendere conſueuit. Nam ipſe PLA. à rebus diuinis ad res humanas pertractando deſcendens naturæ ordinem immitatus eſt. ARI. longe diuerſo tramite proficiſcitur, conſiderans noſtrum modum intelligendi qui à rebus ſenſibilibus originem trahit, ideo ab his ad ea quæ intelligibilia ſunt aſcẽdendum opinatus eſt. Ideo PLA. ſuo genere docendi delectatus, poſteaquam de intelligentijs, anima mundi, de ſphæris cœleſtibus, ac etiam de mundi ſtructura locutus eſt, de tempore docuit, definiensq́; illud dixit eſſe imaginem æui, quia ſicut æuum eſt menſura æternorum, ſic tempus rerum temporalium, & in hoc eſt imago æui, ambo enim habent rationem menſuræ. Et quia in ratione definitiua temporis æternitas ſtatuenda erat, iccirco æui naturam latenter inſinuauit dicens. Aeternitatis in unitate manentis &c. Sicut.n.ratio temporis in numero conſtat, ſic ratio æui in unitate. Nam æternitas, ut
Enn. 3. li.7.c.2 *inquit Plotinus, eſt uita ſimul tota & plena, & ubique prorſus indiſtans. Theologi uero noſtri*
Boe. de phy.cõ. c.5. *parum ab hac doctrina diſſentientes dicunt. Aeternitas eſt interminabilis uita tota ſimul & perfe-*

perfecta possessio. Et ut Plotini uerba ac Boetij cũ PLA. cõcordemus, perpẽdamus primò illud dictum. Tempus esse æternitatis in unitate &c. Ratio enim æternitatis potius in unitate quàm in numero consistit. Quod enim numerum in primo motu causat concipiens hoc moueri prius distingui ab hoc moueri posterius animus est, qui nihil prorsus ad esse æternitatis conducit. Inquit etiam, in unitate manentis. manet enim æternitas & non defluit per loca & tempora, sicuti entia transmutabilia, ideo dicimus esse mensuram primi entis. Esse enim de se dicit quid permanens, motus uero quid de genere successiuorum, æternitas uero entis permanentis. Dicit postea, fluentem, Quod fluit esse permanens, ac totum simul haberi non potest, sicuti æternitas quæ uniuersum suum esse totum simul habet, & in hoc tempus etiam ab æternitate differt. Dicit vltimo loco. In numero fluentem imaginem. Fluit enim in numerum imago ista æternitatis quam nos tempus appellamus, cum potius discreta quantitas sit, quàm continua. Et ex his facilè colligere possumus ARI. vniuersam temporis definitionem à PLAT. accepisse, cum dixerit. Tempus esse numerum motus secundum prius & posterius. Particulam illam numerum, ARI. accepit ab eo quod PLA. dixerat, in numerum &c. Quod uero dixerat motus secundum prius & posterius: accepit ex

rius. hæc ille. Verum posteaquam hanc phylosophorum controuersiam ad concordiam reduximus, quia in contrarium facere uidentur, ac labefactare particulas in definitione temporis positas, super est modo ut de medio tollamus. Plotinus in eo potissimũ opere in quo de æternitate ac tempore loquitur, probat tempus non esse mensuram corporei motus insita motui, nec ut mẽsura continua, nec ut numerus. Et licet hunc egregiũ phylosophum semper magni fecerim, quia uero hoc in loco & PLA. suum ac ARI. deserere uidetur, non erit mirum, si eum nos nemini nisi ueritati adicti deseramus. Vnde si ab eo quod sit tempus sciscitaueris, respondet esse actum animæ in transitorio quodam motu ex alia uita in aliã perpetuo procedentem. Ponit enim tempus esse in animam mundi, ac qua ratione in ea existat, ita subdens inquit. Si enim æuum est uita in statu & in eodem similiq; habitu permanens, iamque infinita, atque oportet tempus esse æternitatis imaginem, quemadmodum & hic mundus est mundi illius imago, certe loco uitæ quæ illic uiget alteram oportet uitã hic asserere in quadam animæ mundanæ potentia, tanquam illius æquiuocam, & pro intellectuali mota, alicuius partis animæ motam. hæc ille. Verum iam tempus est, ut ad impugnationem definitionis temporis ueniamus ac quanti momenti sit, perpendamus. Quantum uero ex uerbis ipsius colligere potui, Enne. 3. li. 7. c.8.

hæc

hæc est prima dubitatio. Principio ergo dictum
Dub. *est, tempus esse numerum motus &c. & iuxta PLA. sententiam tumultuarius ille cœli motus hunc regularem præcessit, si motus omnis tempore mensuratur, quomodo fieri poterit ut idem tẽpus utrunque motum, qui inter se adeo diuersos, ac differentes metiri poterit? At ne studiosorũ mentes multitudine argumentorum confundamus, sigillatim unicuiq; satisfaciendũ duximus.*
Resp. *Dico itaque quam breuiss. motum inordinatum non quidem tempore, sed nam regulare hunc quem uidemus præcessisse, sicuti cum de mundi æternitate disputaremus, declarauimus. Et ob id cum motus inordinatus præcedat regularem solum secundum nostrum modum intelligendi, sic tempus quod ab animo conditum est, illud metiebatur, quod quidem dicere possumus tẽpus imaginarium, ut etiam Theo. nostri dicere consuerũt. At motus regularis tempore uero & reali mensuratur. Hæc ob id aliquid incommodi nobis contingere potest, si duo tempora posuerimus licet ARI. dicat unum duntaxat tempus esse in mari in cœlo &c. quia ipse de uero ac reali loquitur, nos uero & de hoc, & de imaginario.*
Dub. *Præterea obijcit, si tempus est numerus ac mensura motus, mensurabit tam uelocem quam segnem & tardum motum, ac etiam motum tã decem hominum, quam decem equorum, esse etiam poterit mensura tam decem humidorum quam*

quam decem siccorum; ergo non debemus dicere esse numerum motus sed motuum. Nec dicere possumus tempus multiplicari secundum numerum quod mensuratur, quia est unum in cœlo in mari &c. quid ergo? Huic difficultati non erit difficile respondere, si ea ad memoriam reuocemus, quæ supra à nobis iam declarata sunt. Diximus ergo tempus esse numerum motus scilicet primi, secundum quod in eo animus concipit prius & posterius, & secundum hanc considerationem mensurat quencunq; motum: & quia motus primi mobilis unus est, ob id unum erit tempus mensurans omnes motus. In super, rogat & inquit, si tempus est numerus seu mẽsura, uel erit discreta, uel continua, si dixeris discretam, quomodo idem tempus numero poterit numerare duos denarios specie differentes, ut pote decem æquos, decẽ canes & huiusmodi? Si uero diceres esse continuam, quõ simul curuam ac rectã lineã metiri posset? ac concurrentem non concurrentẽ lineã? Respondeo tẽpus esse mensuram discretã, ac posse numerare illos denarios, q̃ licet specie differant, vt homines & equi, conueniunt autem ambo in denario. Idem dicimus de linea curua uel recta, concurrente & non concurrete, quæ licet ut curua uel recta specie differant, communicant autem in natura illa generica lineæ. Amplius si tempus esset numerus seu mẽsura motus, uel erit motus mensuratus tẽpus, uel magnitudo

Resp. Dub.3. Resp. Dub.4.

super

dictum est) tempus est, ac motus iste primus vt æternus est, tempore non mensuratur, verum si qua eius pars, vt pote reuolutio hodierna per aliam motus eiusdem partis quatenus in ea animus discretam quantitatem concipit poterit illam mensurare.

Vltimo loco Plotinus probat animum nihil conferre posse ad formale esse temporis dicens. Quid autem prohibet esse tempus antequam sit anima metiēs? nisi forte quis generationem eius dixerit ab anima proficisci. Per ipsam tamen mensurationem nullo modo est ipsum ab animo fieri. Existit enim quantum est etiam si nullus dimetiatur. hæc ille. Cui sic respondemus, tēpus esse prius quam animus dimetiatur secundū suum esse materiale concedimus, at non secundū suum esse formale, nec incommodum sequitur si cessante anima cogitare de illo priori & posteriori in motu, cesset tempus secundum suam rationem formalem. 5.

Resp.

Præterea dubitat & inquit. Quis est ille numerus qui in definitione tēporis ponitur, uel erit numerus ex unitatibus constans, vt pote ex uno, duobus, tribus & huiusmodi uel cōstat ex rebus istis numeratis, & deducit vt prius fecit deducēdo in infinitum, uel quod idē esset mensura & mensuratū. &c. Huic difficultati facimus satis reuocando ad memoriā ea q̄ iā dicta sunt sci. triplicē esse numerum .s. numerans, anima qua tē- 6.

Resp.

pus

pus minime est, sed potius tẽpus facit, quò ad suum esse formale, ut millies iam dictum est: est etiam numerus monodicus, & constat ex vnitatibus, utpote 2.3.4. & huiusmodi, & iste uocatur numerus quo numeramus, & est postremo numerus numeratus, & est res ipsa numerata, & iste numerus ponitur in definitione temporis, pro ut anima in motu primo illum facit, ut sæpenumero dictum est, quòd repetere non sumus grauati, quia res adeo cognitu perdifficilis est, vt vix ab homine studiosissimo intelligi possit, sicuti de relatiuis dicere consueuit ARIS. Fortasse autem difficile sit de huiusmodi rebus vehementer afferre, nisi id sæpe pertractatum sit. Non secus de tempore dicendum. Possemus huic tractatui penè infinitas alias difficultates adijcere, uerum ne in immensum hoc opus protraeretur, ac studiosus lector facile ex alijs eruditiss. commentarijs capere posset, solum has difficultates, quæ à Plotino contra ARI. obijciebantur, cum non adeo in vsu sint in medium adducere decreui, ex quorum solutione facile quisque poterit cæteras difficultates dissoluere. &c.

Libri octaui Finis.

DE RERVM OMNIVM COMMVNITATE.

LIBER NONVS.



Ontrouersiam de Rerum omnium cõmunitate, quæ inter ARIS. & PLA. diu versata fuit, non erit difficile conciliare, modo vtriusque diuersum genus phylosophandi contemplemur. ARI. enim Reip. munus potius in actione quàm in contemplatione posuit, ideo à sensibus non discedens, opum, filiorum, ac vxorũ communitatem damnasse videtur. Verũ PLA. diuinam illam dum intuetur, in qua omnia pene communia esse cernimus, dum hanc illi persimilem reddere quò ad fieri potest, studet, communia omnia esse oportere affirmauit. Vnde quanto oculus præstat manibus, caput pedibus, ratio sensibus, anima corpori, tanto Respub. à PLA. instituta, illi quæ ab ARI. descripta est, eiusq; consideratio, Aristotelicæ considerationi præstare videtur. Remp. bene fortunatam, ac optimis legibus recte institutam, diuq; permansuram opinamur, cum ciuium concordia, mutuaq; dilectione administratur. Cõcordia enim (vt Salustij sermone vtar) paruæ res crescunt, discordia verò maximè dilabuntur. Quæ quisententia

beneuolentia, ac charitate unita ciuitas meritò uocitari potest, quæ tanto diuturnior futura censetur, quanto & animorum consensus, & rerum communitas inter incolas maior fuerit. Verum hanc cohabitantium communionem, PLAT. à multis etiam barbaris accepisse opinor. Diodorus enim insulam in Oceano, meridiem uersus describit, in qua præter cætera, communes etiam sint uxores, viriq; philosophiæ plurimum astrologiæq; studiosi. Pomponius quoque Mela testis est Garamantes in extremis Aphricæ partibus, communia habere in Rep. omnia. Similem præterea bonorum fuisse communionem inter phylosophos Brachmanos, Gimnosophistas, Esseos, Pythagoricos, & si liceret diuina prophanis miscere, hanc communionem etiam fuisse inter illos priscos Christianæ pietatis fundatores non dubitarem affirmare, potissimum cum legamus: Multitudinis autem credentium erat Act. 4.
cor vnum, & anima vna, nec quisquam eorũ, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebant, sed erant illis omnia communia. Verum; quia non licet transcendere genus dicendi, neque ponere manum in alienam messem, satis me fecisse arbitrabor, si huic persimilem Rempu. PLA. declarauero, non quidem rerum, filiorum, coniugumq; admixtione, sed beneuolentia, ac dilectione. At ne quod dicimus nostrum esse commentum quis opinetur, verba PLA. ad

ducemus. In quinto enim de leg. agens de multiplici Rep. & primam aggreditur declarandam & dicit. Prima itaque ciuitas & resp. est, & optime leges, ubi vetus illud verbum per omnem ciuitatem, quàm maximè locum habet, quore uera dicitur, quod amicorum omnia sunt cōmunia. Hoc igitur siue nunc alicubi est, siue aliquando erit, ut communes sint uxores, communes liberi, communes pecuniæ, & opes omnes, omni studio id quod proprium dicitur, ex omni vita vndique totum exemptum est. Id verò contra pro uiribus curatum est, ut etiam ea, quæ natura propria sunt, quodammodo cōmunia facta sint, vt videlicet oculi, & aures, & manus, communia videre, & audire, & facere se putent, & vt eadem omnes uno ore laudent, & uituperent, de eisdem gaudentes, & dolentes, & his præsertim legibus quantum possunt, quæ unam maximè ciuitatem efficiunt, horum profecto ad uirtutem excellentia, nemo unquam rectiorem, aut meliorem terminum statuet, si alium statuet. Talis itaque ciuitas est, & siue dij, siue deorum filij plures vno in ipsa habitant, sic sanè degentes in delitijs viuunt. Quapropter Reipub. exemplum non aliunde considerare oportet, sed huic inhærentes talem quantum maximè fieri potest, quærere. Quam verò nunc hic tractauimus proximè ad immortalitatem accesserit. hac ille. Hæc

fo. 844.

Prouerbium.

Exemplum.

est

est illa ciuitas, ac optima instituta Resp. in qua degunt, vel Dij, vel deorum filij, ad cuius instar omnes formandæ sunt, ac instituendæ, si illius imaginem eas participare desideramus. Hoc est quod principio huius nostræ disputationis dicebamus considerato, ac diligenter perspecto utriusque.s. ARI. Platonisq; ordine, ac modo phylosophandi, facile apparentem eorum controuersiam de medio tollemus. Quod non modo ex his, quæ accepimus ex quinto de legibus à PLA. cognoscere licebit, verum enimuero ex his, quæ in Protagora legimus colligere possumus. Protagoras enim sophista quibusdam poetarum figmentis, ac velaminibus hominem inermem, nudumq; à natura productum, cætera verò animalia valde satis armata, atque contra hostes ad pugnam instructa, ad cibosq; sibi parandos non mediocriter erudita studio, ac diligentia Epimetei.i. malorum dæmonum. Proinde Epimetheus qui non ita ualde sapiens erat, non animaduertit se facultates in bruta animantia expendisse. Restabat adhuc ipsi inornatum hominum genus; & quid cum ipso ageret, ambigebat. Ad dubitantem ipsum venit Prometheus inspecturus distributionẽ, & vidit reliqua quidem animalia accurratè omnia habere, hominem verò nudum, & non calceatum, & non intectum, & inermem. Iam autem dies à fatis præstituta aderat in qua etiam hominem fo.438.

ex terra in lucem prodire oportebat. Consilij itaque inopia prahensus Prometheus quamnam hominisalutem reperiret, Vulcani, & Mineruæ artificiosam sapientiam vna cum igne furatur. Verum raptus iste meo quidem iudicio sic auspicandus est. Prometheus, qui bonorum angelorum ordinem demonstrat, rationalis animæ gubernator, ex officina Mineruæ quæ ingenij peritiam, & artem tribuit, & ex officina Vulcani, qui efficiendi facultatem continebat artificiosam sapientiam subfuratus est, simul ac ignem quod instrumentum potissimum naturæ ac artis est, ob sui magnam actiuitatem, vt ita loquar, hisq; itaque ornamentis præditus homo quibus poterat facile sibi, & uitæ necessaria, & arma parare in lucem prodijt. Artem verò versandi in Rep. non habebat. Erat enim apud Ioue͂, &c. Hæc uerò omnia recensere, ideo uolui, ut aliquando ostenderemus ex PLA. mente Reip. instituendæ rationes ex illa diuina quæ apud Iouem est, emersisse, in qua omnia esse communia non est ambigendum. Præterea in sexto de leg. Optime dum conatur Remp. constituere à Dei inuocatione orditur, ita dicens. Athen. Deum itaque ad ciuitatis constitutionem inuocemus. Ille verò & audiet, & ubi exaudierit, propitius & benignus nobis veniet, vnà nobiscum gubernaturus ciuitatum, & leges. Cli. Veniet equidem. Et paulò infrà declaraturus quænam sit

Homo ex terra.

.i. boni angeli.

fo. 830.

optima instituta Resp. auream illam Saturni inducens, opinatur, cui Deus Opt. Max. non præest eam semper erumnis, ac miserijs plenã, seditionibusq; refertam inducit. Et ut res hæc perspicua magis reddatur PLA. ipsum loquentem audiamus. Cli. Valde ut apparet operæprecium fuerit de ipso audire. Athen. Mihi fo.831.
equidem apparet. Quapropter etiam sermonibus ipsum in medium adduxi. Meg. Rectissimè sanè fecisti, & sequentem fabulam si absolueris quatenus conuenit, valde recte feceris. Athen. Faciendum est uelut dicitis. Fama itaque accepimus beatã eorum, qui tunc vixerunt, vitam, quòd luculenta, & sua sponte prouenientia omnia habuerunt. Horum autem causa talis quædam fertur. Quum cognosceret Saturnus, quòd velut nos exposuimus nulla humana natura per se posset humana omnia gubernare, ut non contumelia, & iniustitia repleatur, hæc sanè animo secum voluens, constituit reges & principes ciuitatibus nostris, non homines, sed diuinioris, & melioris generis dæmones, velut nunc nos facimus circa ouilia, & mansuetorum animalium greges Non enim boues bouum, neque capras caprarum principes facimus, sed nos his dominamur præstantiores quàm sunt illa generis. Eodem itaque modo etiam Deus qui hominum amans esset, præstantius genus nobis præfecit ipsorum dæmonum, quod multa tũ

ſua, tum noſtra facilitate, noſtri curam gerens, pacemq́ʒ, ac pudorem, & libertatem, & iuſtitiæ copiam exhibens, à ſeditione aliena, & felicia hominum genera efficiebat. Proinde etiam nunc hæc narratio veritate utens dicit, quòd quibus ciuitatibus non Deus, ſed mortalis aliquis princeps præfectus eſt, eis non eſt malorum, neque laborum effugium. Quare omni ſtudio imitari oportere cenſet, vitam eam quæ ſub Saturo fuit, vt quantum in nobis immortalitatis ineſt, ei pareamus, & publice, & priuatim, habitationes, ac ciuitates gubernemus, & intelligentiæ gubernationem legem appellemus. Si uerò unus homo, aut paucorum principatus quidam, aut etiam populare dominium, in quibus eſt anima uoluptatum, & cupiditatum appetens, & his expleri deſiderans, nihil autem continens, ſed inefficaci, & inexplebili malo morbo occupata, imperium obtinebit in ciuitate, aut aliquem priuatum, talis conculcatis legibus, id quod modo dicebamus, nullam ſalutis ſpem relinquit. hæc ille. His itaque diligenter conſideratis, atque perſpectis, facile colligere ualemus. Remp. Diuina ope, ac conſilio magis gubernari quàm humano. Quod ſi ita eueniet, dubio procul hæc noſtra in terris, diuinæ illi quæ in cœlis eſt, ubi prorſus omnia cõmunia ſunt, per quàm ſimillima reddetur. Nec non ex his quæ in medium adduximus concludere poſſumus communitatem

nitatem hanc, non in rerum admixtione, ac confusione, sicuti Anaxagoras suas illas rerum omnium partes commiscuit constare, sed potius usu quodam amicabili, ac pudica, castaq́ conuersatione. Et ut hanc communitatem melius intelligere ualeas, nec eam ARI. impugnasse, uerum enimuero mirificè compluxum fuisse, uerba illius adducemus, quibus PLA. potius in uerbis carpit, quàm in sensu. 7. n. lib. Poli. c. 10. postquam de ciuitatis partibus loquutus est, demonstraueritq́ agricolas quorum munus est agros excolere, non esse partes ciuitatis, transiens ad diuisionem regionis, ita fatur. De distributione uero ipsius regionis, & quæ & quales debeāt esse cultores dicendum est primum. Quandoquidem neque communes omnium censemus esse debere possessiones, ut quidam tradidere, sed usu amicabili communes fieri, neque deesse ulli ciuium alimenta. hæc ille. Animaduerte (optime Princeps) ac diligenter perpende illud uerbum. Vsu amicabili, ut facile intelligas non nisi hanc communitatem tum PLA. tum ARI. posuisse. Verum quia ARIST. sententia satis perspicua est, non tamen illa PLA. ideo subijcienda sunt uerbis eius quibus omnem aliam communitatem præter hanc demolitur. Com. Arist.

Principio itaque demonstrabimus opes non esse nisi usu quodā amicabili, ut supra diximus cōmunes, idemque de uxoribus ac filijs ostende-

mus. Nam si opes communiter possidendæ essent neque prædia, neque agri essent diuidendi, nam quæ à multis communiter possidentur diuisione

fo.655. mar. *non egent. Verum PLA. hanc sectionem demonstrauit quinto de legibus dicens. Quis erit igitur rectæ distributionis modus? Primum quidẽ quantum esse oporteat numerum constituendum censeo. Deinde asseuerandum, per quot, qualesque partes distributio sit ciuibus facienda, postremo agros, habitationesq́; ipsas æqualiter quam maxime diuidendum. Quanta autem multitudo sufficiens sit, non aliter recte discitur, quam agrorum, uicinarum quæ ciuitatum collatione. Ager quidem tantus sit, ut tot moderatis hominibus sufficiat, neque maiori opus. Tot uero esse debẽt, ut iniuriantes uicinos possint depellere, & iniuriam patientibus auxiliari. hæc ille. Ex his itaque concludere possumus rerum cõmunionem dari non posse, nisi ut iam dictum est. Et paulò infra in eodem opere de rerum diuisione ita in-*

fo.658. n.ar. *quit. Danda etiam opera est, ut in geminis his partitionibus, quod modo de fœcunditate regionis, & infœcunditate diximus, pergatur, ut uidelicet in eis multitudine, & paucitate distributionis æquatio fiat. Quin etiam diuidere in partes duodecim uicos oportet, quemadmodum & cætera bona omniũ prorsus æqualitate seruatá, omniaq́; describere. Deinde duodecim sortes, dijs duodecim attribuere, & partem quamlibet*

sortis,

ſortis participem ſuo conſecrare Deo, tribumque ipſam uocare. &c. hæc ille. Præterea ſi omnia cõmunia eſſe oporterent, nulla fuiſſet de furibus legum ferendarum neceſſitas, quandoquidem non magis domini quam furis, quæ furtim, ac dolo malo ſublata ſunt, cenſeatur. At PLA. inſtituit leges contra perditiſſimos hos homines, ſignũ eſt ergo non eſſe rerum cõmunitatem, quo ad poſſeſſionem, ſed quo ad amicabilem illum uſum, ut pauperum indigentiæ, ac inopiæ ſubueniamus. Dicit.n. de furibus PLA. 9. de leg. At furi ſiue magnũ, ſiue paruũ quod quis furet, una lex poſita ſit, ut una omnibus pœna. Quod.n. furto ablatũ eſt, duplum rependere oportet, ſiquis furti condemnatus fuerit, & ſuffecerint ipſæ reliquæ opes ſupra ſortem, ad perſolendum. Sin minus in uincula conijci debet, donec perſoluerit, aut ei perſuaſerit, qui ipſum condemnauit. Si uero quis furti publici cõdẽnatus fuerit, perſuaſa ciuitate aut furti duplo repenſo, è uinculis liberetur. &c. hæc ille. Inſup nemo dicendus eſſet diues, nemoq; paup; at PLA. lõge aliter ſentit, ac in Eraſitrato ſiue de diuitijs ita fatur. Adhuc ergo etiam ſi inquam ego, reliquum fuerit conſiderare quales ſint opes, vt ne paulo poſterius de hoc rurſus contendere uideamini. Nam uerbi gratia, Cartaginenſes hi numiſmate utuntur eiuſmodi. In corij fruſto paruos deligata eſt magnitudo maxime quanta eſt ſtateris, quid verò ſit id, quod illigatum

fo.902. lex de fur.

fo.1031.

tum est, nemo nouit, nisi hi, qui faciunt. Deinde signato hoc, pro numismate utūtur. Et qui plurima huiusmodi possidet, hic plurimas opes possidere uidetur, & ditiss. esse. Si uero quis apud nos plurima talia possideret, nihilo magis diues esset, quam si multos calculos montanos haberet. In Lacedæmone verò fereo pōdere, pro numismate utuntur, & quidem inutilis ferri, & qui multū huiusmodi ferri pondus possidet, diues esse putatur, Cum alibi nullius precij possessio hæc sit. In Ethiopia verò lapidibus insculptis utuntur, quibus Lcedæmonius vir ad nullam rem uti posset. In Scythis autem Nomadibus si quis Pulytionis domum possideret, nihil ditior esse uideretur, quam si apud nos Lycabettum. Proinde manifestum est non singula hæc opes esse, siquidem aliqui possessores nihilo deteriores inde uidētur, sed sunt inquam singula hæc alijs quidem opes & diuites sunt, qui hæc possident, alijs autem neque opes sunt neque inde deteriores sunt, uelut neque pulchra, & turpia omnibus talia sunt, sed alijs alia. Si verò considerare uelimus cur tandem Scyhtis quidem domus non sunt, opes nobis autem sint, aut Cartaginensibus coria, nobis autem non, aut Lacedemonijs ferrum opes nobis autem non, non ne sic maxime inuenerimus? uelut uerbi causa. Si quis Athenis lapidum horum, qui in foro sunt, & quibus ad nihil utimur, possideret pondere mille talenta, num ditior esse putaretur?

Varia numismatum genera.

retur? &c. hæc ille. Ex his atque alijs sexcentis locis, quæ ex PLA. adducere possem, satis commonstrasse opinor, opes non debere esse cõmunes, nisi usu quodam cõmuni dilectionis ac claritatis in subueniendis pauperum, egenorumq; calamitatibus. Modo superest vt videamus an uxores, ac liberi communes esse debeant. Hoc autem facile erit commõstrare, si diligenter dicta PLA. introspiciamus & potissimum si quæ de procreandis filijs ac de mulcta adulterorum dixit, cõtẽplemur. Ita enim loquitur in sexto de leg. Spõsum, & sponsam cogitare oportet, ut quã pulcherrimos, & optimos quoad fieri potest, liberos ciuitati exibeant. Omnes autem homines, qui cõem aliquam actionẽ tractant, quãdo, & sibypsis, & actioni animaduertũt, omnia pulchra & bona efficiunt. Vbi vero mentem non adhibuerint, aut non habuerint, contra. Proinde sponsus etiam ad spõsam, & ad liberorum procreationem, animũ intẽtum habeat. Eodem modo etiã sponsa, præcipue eo tẽpore, quo nõdum liberos susceperũt &c. hæc ille. Si ergo tam sponsus quam sponsa tanta diligentia in procreandis filijs nauare debeant vt ciuitas ingenuis, ac liberis repleatur, & non spurijs, cõmunes ergo mulieres non erũt. Qui enim suæ libidinis explendi gratia ad alterius uxorem accesserit, non animaduertet qui filij sint procreandi, sed qua ratione inordinati amoris flãma belluarũ more extinguatur &c. fo. 86

Et

Et paulo infra de pœna adulterorum infligenda loquens sic ait. Postquam verò liberos secundum leges generarint, siquis cum aliena muliere in talibus consuetudinem habuerit. aut mulier cum viro, siquidem illi adhuc liberos procreāt, eadem mulcta ipsis irrogetur, quemadmodum de his, qui adhuc generant dictum est &c. hæc ille. Si cōmunis filiorum procreatio, ac possessio censenda esse, nemo posset de morum acerbitate, aut de insania patrem iam senio cōfectum apud iudices, ac custodes legum accusare, aut patrimonium adire, quæ sententia PLA. opinioni contradicit. Ait enim undecimo de legibus. At vero si quem morbus aliquis, aut senectus, aut etiā morum acerbitas, aut omnia hæc simul, insigniter præ alijs dementem faciant, & res ea lateat alios præterquam eos, qui simul uitam degunt, is autem uelut rerum suarum dominus rem familiarem perdat, filius autem ambigat, & cunctetur aduersus patrem dementiæ actionem instituere, lex ipsi posita sit, primum quidem ut seniores legum custodes accedat, & patris calamitatem exponat. Ille verò iustè considerata, cōsultant an iudicium dictare oporteat, aut non. Si verò consuluerint, exhibeant accusatori testes, & causæ defensores. Ille verò condemnatus, reliquo tempore nullam potestatem habeat vel minimum quiddam suarum rerum gubernandi sed uelut filius & puer per reliquam uitam habitet

fo.866. / fo.939. (marginal references beside "da loquens sic ait" and "tradicit")

bitet

bitet & c. hæc ille. Si communes essent uxores, cõmunesq; liberi, nullæ dandæ fuissent leges, quorũ filij essent futuri hi, qui ex temerario ac fortuitu isto concubitu orirentur. At PLA. in eodẽ opere fo. 940.
leges tulit, dicens. Quũ in confesso est, id quod genitũ est, esse prolem eorũ qui eã sibi uẽdicant, sed iuditio opus est, quẽ ea sequi debeat. Serua quidẽ si commixta fuerit cum seruo, aut libero aut liberto, omnino seruæ domino id quod natum est, detur. Si vero libera aliqua cum seruo coiuerit, serui dominus etiam nati dominus sit. At siquis ex serua sua, aut aliqua ex seruo suo sobolem susceperit, & manifestum hoc fuerit, eam quidem quæ ex hora nata est una cum patre in aliam regionem ablegent legum custodes, quæ verò ex domino, una cum matre & c. hæc ille. Præterea si cõmunes futuræ essent mulieres, nulla lex de diuortio dãda fuisset. verum PLA. hanc dedit in eodem opere, cõmunes ergo vxores non erunt, dicit enim. Porrò si maritus & vxor nullo modo consentiant ob morum infelicem acerbitatem, decem ex legum custodibus viros medios talium semper curam gerere oportet, decem item fœminas connubijs destinatas. Et si quidem illos reconciliare possunt rata ipsorum sententia habeatur. Si vero animi ipsorum maiore modo æstuarint, quærant pro viribus vtrique quibus cohabitent. Consentaneum autem est tales non mansuetis moribus temperatos esse & c. hæc ille.

Item

Item si res, filij, ac uxores communes essent, non essent fures, prædones, ac adulteri occidendi, uerum PLA. impunes hos necandos esse affirmauit, non ergo hæc cōmunia esse dicenda sunt.
fo.910. *Ait enim nono de leg. Hæc itaque una sit lex præcipua de cæde lata. Atque hæc quidem de talibus huc vsque ita se habeant. Quo uero quis occiso, & quibus de causis rectè purus fuerit, hæ sint. Furem noctu in ædes ingressum siquis deprehensum occiderit, purus sit. Et si quis liberam mulierem, aut puerum ad Venerem cogat, impunè occidatur, & ab eo cui vim intulit, & à patre, aut fratribus, aut filijs. Si maritus vxorem uim passam offenderit, occiso uiolatore, purus lege sit. &c. hæc ille. Possem si uellem penè innumeras PLA. sententias ad tollendam hanc tum rerum, tum uxorum, ac filiorum communitatem adducere, at ne multis tibi (opti. Princeps) obstrepem, eas silentio prætereo. Et antequam adducam ARI. cauillos, quibus Remp. PLA. euertere uisus est nonnihil de Opt. instituta Rep. dicēdum est, deq; rerumpu. diuerso genere, de mutationibus earum, quibus medelis, ac documentis, seditiones tollantur, postremo adducemus cauillos ARI. aduersus PLA. ostendemusq; uniuersam hanc disputationem potius uerbalem, quàm realem fuisse. Et vt id de quo sermo habendus est, facilius intelligatur à Reip. definitione ordiemur. Opti-*

ma

ma Reſp.(ut PLA.placet)eà erit cum in idem Quid
ſapientia, & temperantia in homine inciderit reſp.2.
maxima poteñtia. ARI. verò eandem decla- Plat. 4.
rans ſic inquit: Eſt autem reſp. ordinatio ciui- dele.fo.
tatis & circa magiſtratus alios, & maxime 830.
circa id, quod ſummam in ciuitate habeat au- 3. Pol.
ctoritatem, & ſi ſit principaliſſimum &c. Or- c.4.
do enim in Republica potiſſ. requiritur, ne caſu, ac temere Reipu. negocia tractentur, & unumquodque ſuum locum retineat, ne Reip. facies, decorque tollatur, ac confundatur. Merito enim dicit ARI. Remp. ordinationem eſſe in ciuitate circa magiſtratus, & potiſſimum circa id quod ſummam in ciuitate habet authoritatem. Sicuti enim non omnes qui in naui ſunt, clauum tenent, mouentque nauim, cæteriſque imperant, ſed qui graui iudicio, ſummoque ingenio pollent, hi & ſalutem aliorum procurant, nauique præſunt. Sicq; in humano corpore cæteris membris dominatur caput, uireſq; tribuit, non ſecus qui ingenio illuſtri, & clarus in Rep. fuerit unà cum authoritate coniuncto, reliquis præeminet, reliqui uerò qui in miſtico Reipu. corpore degunt quaſi membra capiti famulantur. Vnde ſicuti caput non ſolum propriæ utilitati ſtudet, ſed communi totius corporis commoditati incumbit, ſic qui Reipu. præſunt cōmunia potius quàm
propria curare debent. Inquit enim ARI. Con- 3. Poli.
ſtat igitur, quòd quæcunq; Reſp. ad communem c.4.
vtilita-

vtilitatem intendunt, hæ certe sunt secundum simpliciter iustum. Quæcunque uerò ad propriam eorum quæ præsunt utilitatem solam, aberrant quidem, suntq; omnes rectarum Rerumpu. transgressiones, & labes, gubernantur enim quasi à dominis. Ciuitas autem est liberorum societas.

Posteaquam quid Respu. sit declarauimus secundum PLA. diuinam mentem & ARI. reliquum est vt ad eius sectionem diuisionemq; ueniamus, vt ex ea Reipu. diuersa genera colligamus. fo.661. & fol. 183. *Secatur autem à PLA. 8. de Repu. & de Regno uel ciui. in quinque partes. Omnis enim Respu. uel est regia, uel optimaeum, uel paucorum potentum, vel popularis, uel Tirannica. Et hanc eandem sectionem ex PLA. accipiens ARI. 3. Pol. c. 5. declarando dicit. His determinatis consequens est Respu. considerare quot sunt, & quæ. Et primo quidem eas quæ sunt recte, nam labes earum ex illis patescunt. Cum uero gubernatio ciuitatis, & regimen idem significent. Regimen autem est potestas ciuitatis, & arbitrium huiusmodi aut penes vnum esse, aut penes paucos, aut penes multos. Quando igitur vnus uel pauci, uel multi communẽ utilitatem in gubernatione sequuntur, has esse rectas rerum publicarũ species necesse est. Quando autem ad propriam vtilitatem uel vnius, uel paucorum, uel multitudinis gubernator, transgres-*

trangressiones sunt & labes. Aut enim dicendum est non esse ciues, aut ad participationem utilitatis sunt recipiendi. Vocare autem consueuimus cum unus ad utilitatem communem respiciens gubernat regiam potestatem. Cum uerò pauci gubernant plures tamen uno optimatum gubernationem, uel ex eo quia optimi præsunt, vel ex eo quia ad optimum publicum administrant. Cum autem multitudo gubernat ad communem vtilitatem, vocatur communi nomine omnium Respu. Contingit enim rationabiliter, vnum enim excellere secundum uirtutem difficile est, paucis enim datur, ut uerò multitudo excellat ad omnem virtutem difficile est, sed maxime ad bellicam, hoc enim in multitudine fit. Quare in hac Reipu. specie principalissimum ac potentissimum est id in quo robur belli consistit, & in his ipsis illi qui sunt possessione armorum. Prolabuntur vero ac transgrediuntur huiusmodi species ex regia quidem gubernatione in Tyrannidem, ex optimatibus uerò in paucorum potentiam, ex Repu. autem in popularem statum. Tyrannidem enim esse dicimus dominatum unius ad proprium commodum intendentis. Paucorum autem potentiam cum ad opulentorum commodum gubernatur. Populare autem statum cum ad commodum egenorum. Harum enim nulla ad communem vtilitatem respicit, hac ille. Hanc verò longam

Regi. pote.

optim

Tyran. quid.

Quid pau. pote.

Popu. quid.

ex ARI. uerborum seriem ea ratione adducere uolui, ut non modo duorum phylosophorum sententias conuenire de diuersis Rerump. speciebus demonstrare, uerum vt omnino aperirem (opti. Prin.) qualem ab auis, ac proauis tuis regendam Rempu. gubernandamq; susceperis. Quã si diligenter intueamur eam nisi regiam esse intelligemus, cum vnus pro utilitate communi gubernet ac dominetur. Vnius enim dominium aut Tyrannicum est, aut Regium. Inter vtrunque verò hoc discrimen posuit ARI. dicens Tyrannus autem (vt sæpe diximus) ad nullam communem respicit utilitatem, nisi gratia proprij commodi. Est autem obiectum Tyranni quod placeat, Regis quod honestum sit. Quamobrẽ & illa in quibus plus habent, sunt Tyrannis quidem pecuniæ, Regibus autem honores. & custodia Regi à ciuibus suis est, Tyranno autem à peregrinis, &c. hæc ille. Ex his quatuor differentijs facile quisque cognoscere poterit regium esse dominium tuum. Principio quidem quia non propriæ commoditati studes, sed communi utilitati non secus ac prisci tui illi proceres incumbis. Si enim commodis tuis inseruires, longe maior tibi esset rerum prouentus, opesq; uberiores, at quia pro loco, pro tempore, proq; personarum dignitate, ac ratione illis non parcis, ideo communia proprijs semper antetulisse cognouimus. Deinde non quod tibi aut sensibus placet,

5. Poli. c.10.

placet, sed quod honestum est semper imitatus fuisti. Neque pecunias magni fecisti, sed honores, & quæ regio homine digna. Ad tui custodiam non peregrinos conducta mercede, sed ciues tuos, & illos quidem regia persona digna asciuisti. Non enim ut Thrasybolus Periandri consilio uteris, super eminentiores spicas decerpendo, hoc exemplo viros illustriores de medio tollendos demonstrans, sed pro hominum dignitate, ac pro cuiusque virtute munera distribuis. Verum quia multa sunt genera regiæ Rei pu. super est, ut de singulo quam tum huic operi conducere uidetur dicamus.

Quinque uerò genera esse Regiæ Reipu. satis ex ARI. cognouimus. Primum quidem illud extitit quod apud Lacedæmonios fuit, ubi Reges non omnem potestatem habebant, neque enim capitali sententia quempiam plectere ac punire, poterant, sed cum regnum Lacedæmoniorum cum exercitu egressi fuissent, & delinquentes interficere, ac pro criminum qualitate pœnas iungere, & sacrificia, Deorumq; cæremonias exercere valebant. Quod in Agamennone fuisse testatur Homerus, qui etsi in ciuium concione iurgijs ac maledictis afficeretur, cum uerò cum exercitu extra regnum egrederetur, dixisse fertur: Quem ego procul à pugna fugientem conspexero, non sibi sat erit fugare canes, & aues, nam penes me occidendi potestas. Pol. 10.

Secundum verò genus fuit apud barbaras exterasq́ nationes in Asia, & non in Europa degentes. Huiusmodi verò genus tyrannicæ Reipu. simillimum est, quia graue seruitutis iugum quibus dominatur, imponit, hi verò æquo animo sufferunt, non tamen omnino tyrannicum est, quia Reges secundum morem patriæ ciuium suffragijs eliguntur, Tyranni uerò, vi, metu, dolo, aut fraude, instituuntur, Reges à ciuibus (vt supra diximus) custodiuntur, Tyranni uerò ab exteris mercede conductis, & reges secundum leges, & uolentibus, tyranni verò inuitis dominantur. Itaque alteri ciuibus custodiuntur, alteri contra ciues custodiam parant. Tertium verò genus regiæ potestatis ac dominij, non nihil in se tyrannidis habet, & nonnihil regiæ dignitatis. Tyrannicum enim erat uiro indigno ac obscuri nominis in consuetam hanc facultatem tribuere, quæ tandiu in eo residebat, quandiu vita sibi comes erat, non enim ad posteros transire poterat. Vel ideo tyrãnicum erat, quia rebus gestis finiebatur. Regium uerò dominium erat, quia multorum immo omnium ciuium suffragijs eligebatur, huiusmodi uerò electionem esymnetas appellabant, est autem hæc (vt simpliciter dicamus) electiua tyranni. Ita enim Mytilenei elegerunt Pittacum aduersus exules suos, quibus præerat Antimenides. Et Alcæus poeta suis carminibus hos reprehendit,

quia

quia Pittacum hominem obſcuri nominis, ac generis laboranti ciuitati præfecerit. Quartum genus erat Heroum & potiſſimum eorum qui uirtute citra quàm credi aut cogitari poterat, pollebant. Hi dominabantur ſecundum mores, ac patrias leges, vel ob beneficia Regno collata, uel ob artem, ſicuti in Italia Saturnus fuit, qui primus artem ſerendi agros adinuenit, uel ob victoriam in bello partam, uel ob adeptam regionem. Quintum verò genus eſt quando unus omnium habet poteſtatem quemadmodum vnaquæque gens, & ciuitas unaquaque, publice ordinata ad exemplar gubernationis domus. Vt enim gubernatio patrisfamilias eſt regia quædam poteſtas domi, ita regia poteſtas eſt ciuitatis & gentis unius aut plurium, quaſi domeſtica quædam gubernatio. Hæc uerò genera omnia regiæ potentiæ, ideo animo conſtitui tibi Clementiſſ. Principi enarrare, vt intelligeres dominium tuum regium eſſe, & potiſſ. Heroum cum omni genere virtutum polleas, ac ſecundum mores patriasq; leges dominaris, atque ob innumera penè beneficia populo collata, obq; egregias in bello victorias aduerſus ſæuiſſ. ac truculentiſſ. hoſtes adeptas. Ibi.c.11.

Poſteaquam multa eſſe communia Rerump. ſatis demonſtrauimus, ſupereſt ut iam declaremus, unde originem habuere. Et vt à regia ordiamur, dicamus cum ARI. Optabilius ſem- 5. Poli. 11.c.

per fuisse ciuitatem ab optimis gubernari, quàm à Rege, unde optimatum Resp. illa nomen accepit, uerum quia ab initio pauci admodum huiusmodi reperiri poterant, ob id forsan rex ab initio repertus est. Vel ideo creati sunt, Reges quia beneficia contulerunt Reip. uel ut iam diximus ob insignem aliquam artem aut disciplinam. Postea uerò quàm successu temporis multi pares uirtute inuenti sunt, non amplius regem tollerarunt, sed communem quandam Rempu. instituerunt. Cum uerò hi, qui in hac Repu. deteriores facti fuissent, lucrum sibi quærentes ex gubernatione Rerumpu. paucorum hinc potentiam exortam fuisse credendum est. Honorabāt enim diuitias, ex his uerò in tyrannide transire: ex tyrannis rursus ad plebem. Ex paucorum enim potentia suboritur tyrannus, qui cum ex eorum numero esset, cæteris potentior factus, tyrannidem exercere cœpit. At plebs hoc ipsum uidens, acceptis armis, tyrannidem euertit, popularemq́ ordinem instituit. Vnaquæque ergo Resp. siue regia, siue optimatum, siue paucorum potentum, siue popularis (vt tandem ad diuerticulum sermo noster reuertatur) semper communia proprijs anteposuit, uetusq́ illud adagium magnifecit, ut amicorum omnia sint communia. Quomodo uerò regnum seruetur, quomodo tyrannicum dominium & reliquæ Respu. modo auspicandum est.

Vnius

Vnius autem dominium seu imperium uel regium, uel tyranicum ut supra diximus censendum est. Ambo verò eisdem legibus ac rationibus seruari minime opinandum est. Contrarijs enim institutis (vt ARI. Placet) reguntur ac gubernantur. Regium enim dominium illud durabilius, ac magis perenne erit cuius facultas, aut potestas temperatior erit, hoc autem fit cum Rex gubernandi autoritatem non omnem sibi uendicat, sed partim ciuibus suis, & potiss. illis qui sapientiss. iuditio omnium censentur tribuit. Quo fit vt minus inuideatur ciues, et licet regia potestas videatur iminuta, perpetuiate tamen compensatur. Ob id apud Molossos ac Lacedæmonios longo tempore durauerunt Reges, quia à principio regiam potestatem diuiserunt, ac postea successum temporis Teopompus ad mediocritatem magis reduxit, Ephororum magistratum instituens, unde conquesta fuit vxor eius, eo quod longe minorem potestatem regiam reliquisset natis suis, quam à parentibus accepisset. Cui respondisse fuerunt, nō profecto, nam relinquo eis multo durabiliorem. Egregia quidem sententia & regio homine dignam, qui maluit à ciuibus suis amari, quam timeri, cū eos in partem regiæ dignitatis, ac sollicitudinis asciuerit. Quod non secus factum fuisse à priscis tuis parentibus, Clementiss. Princeps, conijcio, qui & si non locupletiorem, ac digniorem potentiam tibi reliquerint, 5. Poli. 11.

diuturniorem tamen tradiderunt. Tyrannicum verò dominiũ multis quidem modis cõseruatur, illis quidem contrarijs regiæ poteſtati. Principio vt iam Periandri exemplo docuimus eminentiores ſpicas decerpẽdo, vt oſtenderet, hoc eſſe tyrannis inſtitutum, optimos, ac illuſtres uiros de medio fore tollendos, neque communes, aut multorum epulas permittere, neque conuentus hominum, neque bonarum artium diſciplinas, aut Academias. Qui enim egregiè ſunt in liberalibus initiati diſciplinis, facile poſſunt inſurgere contra tyrannum, atque animos hominum commouere, vt arma capiant, eumq́ interficiant. Vult ac præcipit, ut ſatellites ſui in foro uerſentur ubi maior eſt hominum concurſus, ac frequentia ut quòd de tyrãno dicitur, aut agitur percipere poſſint. Et hac ratione homines perterrefacti animos in ſeruitutem redigere aſſueſcunt non ſecus, ac barbari, & potiſſimum Perſæ. Solent etiã exploratores quam plurimos inſtituere, ſicuti Siracuſis Hieron ordinauit, hi enim præſto erãt in concionibus, ac in homnium conuentibus, & quiquid uel dicere, vel attentare molirentur, tyranno deferebant. Præterea oẽm operam impendũt tyranni, vt amicus in amicũ inſurgat, plebs in ciues, & diuites in ſeipſos, vt diſſentiẽtes facilius eis dominentur, Subditos etiam ad paupertatem redigunt, nam opes bella nutriunt, ac facile ad ſeditionem inuitant, ob id Tyranni noua,

inconsuetaque tributa, ac uectigalia imponunt; vt graui inopia pressi contra eos insurgere nequeant. Sic enim Dionysius dominari consueuit Siracusanis; qui quinque annorum spatio in soluẽdis tributis uniuersas facultates emerunt. Quotidianis etiam molestijs afficiunt, vt his atque alijs prægrauati discant non insurgere; sed obedire tyrannis. Huius autem rei perspicua exempla erunt, piramides Aegypti, donaria Cypselidarũ, sumptuosa Olympij ædificia à Pisistratide facta, & Policratis opera circa Samum. Excitant lites & iurgia Tyranni inter ciuies, ut dũ inter se digladiantur, ac pugnant, non possunt quidpiam in eos demoliri. Regum amicis potissimum saluatur, volunt enim ciues Regem dominari, Tyranni autem nec amicis, nec parentibus fidunt, adeo omnibus sunt infensi. Fauent mulieribus, ac seruis, his plenum dominium super viros suos tribuendo, hos uerò manumittunt, ut ea quæ domi geruntur cognoscãt. Non enim insidiantur serui, & mulieres Tyranno si bene tractentur. Tyrãni amant quàm maxime popularem statum, ac dominium quod est pessimum omnium. Et quia in populari statu uigent adulatores, & magno in precio habentur, non secus, & sunt apud Tyrannos. Nam propter hoc ualde admodum paucos amicos habent, ex hoc, quòd adulatoribus gaudent. Id uero nemo faceret, qui mentem haberet libe-

ro homine dignam. Hic bonos viros amat, & non adulatores, ficuti eſt in prouerbio. Clauus clauo. Nullo quidem honeſto, ac libero uiro delectari tyrannicum eſt. Se enim ſolum eſſe talem putat tyrannus. Subditi uerò qui honeſtati uel libertati ſtudent eo quòd minuere excellentiam, & præeminentiam tyrannidis videntur, oderunt illos tyranni tanquam euerſores poteſtatis ſuæ. Peregrinos etiam in conuiuia ac familiarem vſum magis recipere quàm ciues, tyrannorum eſt quaſi illos quidem habeant hoſtes, hos verò non aduerſantes. Hæc autem omnia à tyrannis fiunt pro dominatione retinenda, nec quicquam omittunt prauitatis aut ſceleris. Hæc etiam omnia ex ARI. breuibus reſtrinxi, ut ſciant omnes quam alienum ſit dominium tuum Regium à tyrannico. Neque etiã illud omittendum duxi, Tyrannum videri erga religionem Deorum affici vehementer. Minus enim formidabunt populi nequid contra iuſtitiam fiat, ſi religioni deditum illum exiſtimabunt principem, ac diuinum timorem habere, minusq; contra illum audebunt inſurgere, quaſi Deum habeat propitium, & fauentem. Verum ut aliquando de tyrannico ſtatu ſermonem claudamus, ſolum ſupereſt ut uideamus quàm breuis ſit, & hoc ex ARI. Tyrannicum uero dominium id maximè diuturnum fuit apud Sixinios, Orthagoræ ac filiorum

Ex 5. Pol.c. 12.

qui

qui vsque ad centesimum annum peruenerunt. Tandiu enim hi in tyrannide extiterunt, quia satis admodum familiaritate vtebatur subditorum. Vnde legimus de Clisthene Orthagoræ filio, qui seniorum ac iudicum calculo, censura, ac iudicio se subijciens coronasse quendam iudicem ferunt qui victoriæ ipsius contradixerat. Aiunt verò quidam huius iudicis statuam illam, quæ in foro sedebat. Cipselidarum apud Corynthum satis esse diuturna fuisse: tribus.n. & septuaginta annis perdurauit. Cipselus enim ipse tyrannidem exercuit annis triginta. Periandrus verò quadraginta quatuor. Psammeticus autem gordij annis tribus, causa uerò durationis eadem fuit. Cum enim popularis esset Cipselus, ac gratia apud multitudinem praualeret, sine vlla corporis custodia in dominatione perseuerauit. Periandrus autem eius filius magis tyrannice se gessit, sed vir erat bello egregius. Tertium uerò gens fuit Pisistratidarum Athenis, sed non fuit continuum, bis enim ex tyrannide pulsus fuit Pysistratus. Itaque ex annis triginta tribus solum annis septem, & decem tyrannidem exercuit. Filij verò eius annis decem & octo, atque ita omnes simul anni fuerunt quinque & triginta. Et reliquis verò illa quæ apud Syracusas fuit, Hieronis & Geloms, sed non longa tyrannidis fuit, hic enim annis non amplius quàm duo de uiginti durauit.

uit. Gelon enim septem annis cum tyrannidem exercuisset, octauo defunctus est, Hieron autem decem. Thrasibulus verò mense decimo excidit. Cæterarum verò tyrannidum pleraque breui tẽpore durauerunt omnes. Quæ igitur sint tam circa gubernationem pluriũ, quam circa gubernationem unius solus per quæ corrũpantur illæ & seruentur ferè dictum est, hæc ARI. Verum quia de causa corruptionis rerum pu. non nihil discriminis inter ARI. & PLA. esse uidetur, ideo recitanda est PLA. sententia, quam impugnare uidetur ARI. quæ licet admodum sub obscura videatur, perspicuam tamen pro uirili eã reddere conabimur. Dixit PLA.

5. de re pu. fo. 512. *Ideo resp. ac Ciuitates pereunt quia natura sic comparatum est, vt nihil permaneat æterno tẽpore duraturum, sed successu temporis interire. Esse vero principium horum (inquit) sexquitertius quinario coniungatur duas exibet harmonias (inquiens.) Quando numerus digrammatis huiusmodi efficiatur solidus, vt puta natura producente prauos, & meliores disciplina: hoc ergo forsan (inquit) non male. Fieri enim potest vt sint aliqui quos disciplina institui, ac bonos fieri uiros impossibile est. Sed hic non propria mutatio foret illius Reipu. quam optimam esse vult, magis quam aliorum omnium, & uniuersorum, quæ fiũt etiam in tempore. Propter quod (inquit) omnia mutari, & quæ nõ simul incipiũt*

Imp. Pla.

simul q̃

ſimulq́; mutantur. Ceu ſi prima dies eſſet mutationis ſimul mutarentur. Præterea quam ob cauſam ex illa trãſit ad Lacedæmoniorum Rempublicam. Sæpe enim in contrariam tranſeunt Reſpu. omnes, uel in ea, quæ ſunt propinqua. Eadẽ ratio eſt de alijs quoque mutationibus &c. Et vt aliquando ad rem propius accedamus licet per difficilis ſit, ac ingenijs mei vires excedat, dicã tamen quod ſentio, quod ſi rei ueritatem fuero aſſecutus gratiæ Deo immortali reddantur, ſin minus meæ ignauiæ aſcribatur. Diximus principio huius operis longe aliter PLA. de Repu. fuiſſe locutum, quam ARI. Ille enim ab illa diuina exorſus potius in contemplatione, quam in actione eam ſtatuit, atque ad illius imaginem hanc quæ apud nos eſt, inſtituere conabatur. ARI. vero neglecta diuina ſolam humanam proſequebatur, & ob id in actione eam poſuit. Cauſam ergo ceſſationis Reipu. PLA. redditurus quibuſdã mathematicis numeris id efficere ſtudet, quia mediam quãdam naturam obtinent inter diuina & humana, vnde de utraque Repu. locuturus, nihil adeo accommodatum ad utriuſque naturam explicandam inuenit, quam quorundam naturam numerorum. Verum anteaquam ad hos numeros recitandos pariterq́; impugnandos deſcenderet ARI. communem quandam cauſam PLA. aſſignans dicit. In Republica 5. Pol
verò PLA. Socr. de mutationibus loquitur, nec 12.

tamen

tamen recte. Illius enim Reipu. quæ est optima atque prima mutatio nulla propria assignatur. Inquit enim causam esse mutationis, quia sic natura comparatum sit, ut nihil permaneat, sed in ambitu quodam temporis mutationem recipiat. In hoc ergo reprehensione dignum iudicauit PLA. ARI. quia hac causa corruptionis non magis Reipu. quàm cæteris rebus corruptibilibus congruit. At pro salute PLA. ita dicendum duxit. Cum nos causam peculiarem rei alicuius assignare nequimus; satis censendum est nec fuisse si communem quandam rationem assignabimus; quòd ita factum esse in re hac opinandum est. Cum enim infinitæ penè causæ mutationis Reipu. esse possint, & infinitum vt infinitum consequi nō possit, nō est mirum si PLA. illis neglectis solum communem causam asignauit. Quod verò hoc idem sentiat ARI. ipsum iam loquentē in eodem loco audiamus. Præterea tyrannidis utrū mutatio sit, uel nō sit, dicit, propter quā causam, nec in quam Reip. speciem trāsit. Huius verò causa est quod non facile dicere valebat, infinitum enim &c. Hæc enim ultima uerba quasi excusans præceptorem suum PLA. retulit. Quod verò dixit. Illius enim Reipu. quæ est optima atque prima mutatio nulla propria assignatur. Merito mutationem nullam optimæ Reip. assignauit, quia in beatissima illa superorū Reipu. mutatio nulla accidere potest; neque aliquando

quando potuit, cum omni prorſus alteratione careat. Modo ad numeros accedamus quos cauſam diuturnitatis Reipu. dicit PLA. Illa enim Reſpu. diuturna magis eſt, iuxta diuinam eius mẽtem, quæ magis ad unitatem accedit. Vnitus enim quæ omniũ numerorum principium eſt, omnino indiſolubilis eſt. Vnitas verò proprie Dei, qui in ſe uniciſſ eſt, quæ poſtea ab eo emerſerunt, cum ab ea perfectione ceciderint, numerum fecerunt, qui non cum æquè omnes ab unitate diſtent, non æquè etiam perfecti erunt. Etenim entia omnia, quæ ex numeris magis unitatem participantibus conſtabant minus corruptioni obnoxia erant (loquitur enim PLA. more Pitagoreorum, qui omnia ex numeris conſtare opinabantur.) Vnde in numeris proportio reperitur. Nam proportio eſt certa habitudo vnius quantitatis ad aliam. Numerorum autem proportio quædam eſt magis temperata; quædam vero minus, ea magis temperata eſt, cuius extrema magis ad naturam vnius accedunt, ſicuti eſt natura ſexquialteræ, ſclicet duorum ad tria, quàm natura ſexquiſextæ, uel ſeſquiſeptimæ, vel duplæ aut triplæ. Et quemadmodum ex his numeris conſtant entia omnia, non ſecus ex illis eiſdem conſtant Reſpu. Vnde illæ Reſpu. quarum cubus ſuper tertius numerus proportionem continens, ſexquitertiam, quæ inuenitur primo inter quatuor & tria, quæ aggregata

faciunt

faciunt septem coniunctus, quinario, qui continet proportionem sexquialteram quæ primo reperitur inter tria, & duo, ex quibus si totalis numerus conficiatur, ex his numerus duodenarius suborietur. Puta ex 7. & 5. fit 12. ex partibus .n. 7. si una per aliam multiplicetur semper duodenarium numerum reddetur. Iste vero numerus duodenarius digrammatis nuncupatur .i. figurationis, & ex eo quòd constat ex septennario qui habet in se proportionem sexquitertiam, & ex quinque qui habet proportionem sexquialteram, ex quibus resultat .12. uel ex partibus septemnarij, si vna per aliam multiplicetur, uel septimo quintum coniungatur non minus duodenariũ numerum restituet. Ob id duodenarius appellatur numerus solidus, quia ex his duobus constat potiss. vnitati accedentibus. Vnde si qua Resp. ex 12. numero constabit, satis admodum firma, ac stabilis erit. Hæc sunt quæ mihi PLA. dicere voluisse iudicaui. Quæ si memoria teneamus dubio procul quæ PLA. obijcere videntur dissoluemus.

Argumẽtum primũ. *Superest modo ut rationes ARI. adducamus paritérq; dissoluamus, vt autem compendio dicam, quæ fusius ARI. in PLA. adduxit, ita perstringo primum cauillum. Nemo sanæ mentis est, qui in syllogismo æquiuoca uoce vtatur, quandoquidem syllogismus huiusmodi ex quatuor terminis constabit, & sophisticum, ac*

litigio-

litigiosum syllogismum constituet: at Soc. de rerum, uxorum, ac filiorum communitate loquẽs vtitur termino æquiuoco, cum dicat omnis dicere possit, hoc est meum. Male itaque vt ab ipsa locutione ordiamur, dixerat Soc. omnia esse communia. Nam, omne, bifariam accipi potest, collectiuè, & distributiuè, si enim in Repub. PLA. quidam dicent, hoc est meum, si collectiue summatur vera erit locutio, signum erit quod res illa ab omnibus illis sic collectiue sumptis communiter possidetur. Verum si distributiue capiatur, erit falsa, nemo enim ex se dicere potest, hoc est meum, potissimum si sermo fiat de re, quæ communiter possidetur. Et vt exemplo quod dicimus magis perspicuum reddatur dicemus: si tria ex vna parte statuant, tria vero ex altera, possumus dicere hæc paria, & imparia esse. Nam si collectiuè summatur, cum constituant numerum senarium, erunt paria, at si distributiue contemplentur, erunt imparia, singulum enim ternarium de se est impar numerus. Non secus dicendum est de omne, de quo erat sermo in Repu. Soc.

Non opinor PLA. adeo dialecticæ ignarum, vt in syllogizando termino æquiuoco vteretur. Mirifice enim dialecticam prosecutus est, ac summis laudibus extulit. Appellauit eam coronam disciplinarum omnium, vt inquit in 7. de Repu. Nunquid videtur tibi inquam, dialecti- Resp. fo.657

ca velut corona reliquis disciplinis supernè imposita esse, & non amplius: aliam disciplinam hac superiorem recte imponi, sed habere iam finem ipsas disciplinas.&c. Non enim semper in dialectica facultate versari debemus, sed cum ad trigesimum annum deuenerimus ea relinquenda sunt, quæ iuuenibus licet. Aetas enim illa ea facultate quasi ludo utitur, & in contradicendi peritia exercetur. Qui iuuenes sunt dū iuuentutis flore fruuntur, non sibi satis constant, sed in diuersa rapiuntur, sic hac quidem arte delectantur, quæ ad contradicendum vtrinque aptissima est. At cum ad quinquagesimum annum deuenerimus in cōtemplatione summi, infinitiq; boni versemur. Hæc omnia ibidem paulò infra retulit PLA. Cuius sententia vt magis perspicua tibi reddatur, subijcienda sunt eius verba. Nonne vt ne contingat hæc commiseratio, circa trigesimum annum cum cautione omni modo disserendi, studium tibi attingendum est? Et ualde inquit. Nunquid vna quidem hæc magna est cautio, vt ne dum iuuenes sunt illud gustarunt, velut ludo ipsa vtuntur, semper ad contradicendum vtentes, & redarguentes imitantes, ipsi alios cum voluptate redarguunt, ita vt velut catuli proximos semper disputando trahant ac uellicent. hæc ille. Et paulo infra. At senex inquam ego à tali quidem insania abstinebam, eum uerò qui disserere uelit,

lit, & veritatem considerare, magis imitabitur, quam eum, qui lusus gratia ludit & contradicit, & ipse moderatior erit, & studium ex infami honoratius reddet. hæc ille. Ex hoc quidem loco facile colligere valemus, quam sint infames, & acri reprehensione digni, qui omne studium, ac diligentiam in alienis lucubrationibus carpendis consumunt, cum grauia sua errata minime videant. Præterea inferius etiam dicit. Postquam verò ad quinquagesimum annum peruenerunt hi, qui seruati sunt, & per omnia vbiq; tum in operibus, tum in scientijs, rem optimè gesserunt ad finem iam perducendi sunt, & cogendi, vt reclinato animæ radio ad ipsum quod omnibus lucem exhibet respiciant, & vbi ipsum bonum conspexerint, illo exemplo vtantur, & ciuitatem, & per priuatos, & se ipsos singulos ex parte per reliquam vitam ornent, ita ut per multam eius partem in philosophia conuersentur, vbi verò Reipu. negocia expetunt, in his administrandis se fatigent, & singuli princeps sint ciuitatis gratia, non uelut qui pulchrum quiddam, sed velut qui id quod necessarium est faciant, & postquam sic alios semper erudiuerint tandem talibus ciuitatis custodibus pro se relictis ad beatorum insulas abeāt, isticq; habitent. hæc ille. Ex his omnibus colligamus opus est, PLA. ad eam ætatem iam peruenisse, cum de optima Repu. loqueretur, cui dialecticæ

nugæ minime congruebant, sed iam ad eam ætatem peruenerat, quæ grauioribus studijs erat exornanda. Ob id vt cauillum aliquando dissol uamus dicendum, PLA. non fuisse vsum æquiuoca voce quamuis sub ea æquiuocari contingat, sed eam solummodo sub vna significatione accep.t.s.collectiue tantum. Si enim aliquando col lectiuè, aliquando verò distributiuè accepisset sophisticum syllogismum construxisset, minimeq; culpa vacasset. Verum si non est vsus distinctione, cum æquiuoca prius sint distinguenda quam diffinienda, vel in syllogismo recipienda id fecit, quia ætati suæ non congruebat.

2. *Adducit secundum cauillum dicens. Quod multorum commune est, huic cura longe minor adhibetur. Nam quod communiter possidetur, communiter negligitur, quandoquidem quod quis facere studet alius negligit, & sæpenumero contingit neutrum id efficere dum alius aliū respicit.*

Resp. 2 *At si memoria retinemus quæ supra iam diximus, non erit difficile soluere quod obijcitur. Diximus hanc communitatem non consistere in rerum admixtione, sed potius in animi affectione. Vnde communitas hæc non tollit rerum proprietatem, verum confirmat, & auget. Nam si sumus bene affecti, erga eos qui naturæ legibus nobiscum non sunt astricti, quanto magis futuri sumus beneuoli, erga eos quos natura affi-*

nitate, ac consanguinitate cōiunctos nos genuit? Rerum ac filiorum neglectus ex hac Platonica communitate non modo non oritur, verum cura maior, non modo erga propria, sed etiam erga communia emergit.

Praeterea: si filij essent communes si quis aliquem iuuenem studiosum, aut vitijs onustum posset dicere, hic est meus filius, vel frater, vel nepos, vel contribulus, verum hoc incommodū magnum est, cum mille, & amplius de vno atque eodem dicere possint, non est ergo dicendum filios debere esse communes. 3.

Hoc incommodum aduersus PLA. sequeretur, si filiorum communitas existeret in illa mulierum ac virorum carnali admixtione, quam semper diuinus PLA. fuit detestatus cum statuat adulterorum pœnas, vt supra dilucide satis commonstrauimus. Ad 3.

Sequeretur etiam neminem posse dicere hunc esse meum filium, aut alium, & hoc si communes sint vxores, nisi quis suspicetur, ac dicat illum esse suum filium, qui sibi persimilis quàm maxime sit. Filij enim parentibus similes esse solent. Et ob id in superiori Libya, vbi mulieres carnali commixtione sunt communes, statutis quibusdam diebus, diuidunt filios per similitudinem virorum. Et hac de causa aequa illa pharsalica iusta fuit nuncupata, quia suos fœtus genitoribus suis quam simillimos edebat. 4.

Resp. Ad 4. *Huic difficultati dicere possumus, vt iam dictum est, procedere ex malo intellectu, quia PLA. non posuit mulieres communes carnali complexu, sed honesta quadam conuersatione ac beneuolentia.*

5. *Praterea. Cum in ciuitate iurgia, ac cades sapenumero oriantur, si communes filij essent, accideret patrem aduersus filium insurgere, ac filium interficere genitorem suum, quod inhumanum ac sacrilegum est, non est ergo communitas hac admittenda.*

Ad 5. *Diluitur difficultas, quia sape sapius dictum est hanc cõmunitatem non esse commixtione carnali, sed casta ac pudica quadam beneuolentia ac charitate. Nam si ex confusa, ac indistincta virorum, ac mulierum admixtione procreãdi essent filij, quomodo PLA. posuisset adulterij pœnam, ac mulctam parricidarum? At vtrorumque supplicium statuit, non itaque admittit hanc admixtionem. De adulteris iam supra commonstrauimus, ideo repetere eadem non est necesse: Verum quia de parricidis nihil dictum est, non erit ab re subijcere verba PLA.*

o.908. *De leg. 9. ita inquit. Si verò quis adeò impotens ira aduersus parentes fiat, vt per ira insaniam parentes occidere audeat, siquidem occisus anteaquam moreretur, authorem cadis vltrò liberum dimiserit, quemadmodum hi qui non voluntariam cadem perpetrarunt purgatus, &*

alijs,

alijs, quæ illi facere solent peractis, purus sit. Si verò non dimiserit, multis legibus obnoxius sit, qui hoc facinus perpetrauit. Nam & vltimi supplicij pœnæ reus erit, & impietatis similiterq́; sacrilegij, vt qui genitorem anima spoliauit. Quare si fieri posset, vt idem sæpe moreretur, etiam eum qui patris, aut matris cædem ex ira perpetrauit, iustissimum esset, multis mortis generibus perire. hæc ille. Ex his verò satis perspicuè colligere valemus, hanc molestiam Reipu. PLA. contingere non posse, cum quisq; suum parentem seu matrem agnoscat, cum non tumultuaria illa generatione oriatur &c.

Si communes essent mulieres, sæpenumero eueniret filium habere rem cum matre, patrem cum filia, ac fratrem cum sorore, hæc vero omnia incommoda sunt, non itaque hæc communitas ponenda est. 6.

Cui fit satis per ea quæ iam dicta sunt, nam si adulterorum mulcta, & lex à PLA. iam lata est, vt acriter puniantur qui ad alienam uxorem accesserit, quanto grauiori pœna erit dignus filius, si cum matre commixtus fuerit, vel parens cum filia? Hi enim non modo adulterij crimine, verum & sacrilegij pœna rei erunt. Quam turpe sit vel paternum, seu maternum torum violare, quisque nouit. Quanto studio PLA. docuerit nos honorare parentes, hi sciũt, qui legerint vndecimum de legibus, dicit enim, Resp. fo.940.

 Proin-

Proinde cogitemus id quod paulò ante diximus, nullum nos preciosius apud Deos simulachrum habere posse, quam patris & aui ætate confectorum, & similiter matrum eandem vim habentium, quos ubi quis honoribus colit, Deus lætatur, alioqui enim ipsos non exaudiret. Amirandum itaque nobis est progenitorum simulachrũ insigniter præ his inanimata sunt. Quæ enim animata sunt, dum à nobis coluntur, subinde pro nobis præcatur, & contra dum contemnuntur. hæc ille. Nemo adeo ad iracundiam excitare poterit Deos immortales, & parentes dehonorare, quàm eorum torum temerare. Debemus enim summa modestia uti potissimum in re amatoria, alioqui, & superos, & homines lædemus, neq; graui discrimini subijciemus, dicit
fo.290. *enim PLA. in Symp. Totius igitur cupiditatis ac expetentiæ nomen est amor. Et ante hæc velut dixi unum eramus. Nunc autem propter iniustitiam dissecti sumus à Deo quemadmodum Arcades à Lacedæmonijs. Timendum igitur est si non modesti fuerimus, erga Deos, vt ne etiam rursus dissecemur, & obambulemus, veluti hi qui in columnis expressi sunt naribus dissectis, facti exclunes, & circa coxas extenuati, uelut animacula quæ Lispæ appellantur. hæc ille. Id ipsum nobis accideret, si parentum ac filiarum torum uiolaremus.*

7. *Si communes essent mulieres, filij agricolarũ*

extollerentur, & filij custodum qui Ciuitatem gubernant, deijcerentur, hoc verò absurdum est, ergo id ex quo sequitur. Consenquentia satis claret ex his quæ diximus &c.

Non euenit hoc incommodum cum non dicamus fœminas esse cōes carnali admixtione, sed honesta quadam conuersatione à parentibus cura quam diligentiss. adhibēda est, vt filij optimi ciues euadant, atque hac de causa Demodocus filium suum ad Socratem deducebat, vt optimis legibus ac institutis exornaretur, vt PLA. in Theages, seu de sapiētia dixit. Præterea, optima Respu. ea est, vt etiam Soc. placet, in qua ciuium amicitia sanctissime conseruatur, & vt Aristophanes etiam inquit, amantes natura esse unum desiderant si possent. Verum quia id effici nō potest, fieri autem unum dilectione nituntur. At ex tali amicitia diminuitur uel tollitur filiorum & mulierum communio, non erit itaque vt Soc. inquit ista communitas amoris, ac beneuolentiæ causa, sed potius dissensionis. Resp. fo. 371. 8.

Sequeretur hoc incommodum si vt centies, ac milies, vt iam dictum est communio ista esse ex admixtione carnali, verum quia cōsistit in amicabili illa beneuolentia ob id nullum incommodū sequitur. Nam si communio ista carnalis esset nō dixisset PLA. 5. de leg. spurium enim illegitimumq́, ac prophanum filium, censebimus ipsum ciuitati constituere. Cum verò iam mulieres & viri Resp. fo. 622.

viri statutam iam gignendi ætatem excesserint, asserimus ipsos viros liberos esse vt coeant cum quacunque uelint excepta filia, & matre, & filiarum liberis, & superioribus matris cognatis. & vt rursus mulieres coeant cum quibus uelint excepto filio & patre, & superioribus, ac inferioribus talium cognatis. hæc ille. Ex his facile colligere ualemus in ipsa generationis legitima ac conuenienti ætate, neque viro neque mulieri licere matrimonij iura temerare, quando vero senio sunt confecti, & ad generationis cõgressus inepti poterunt coire cum quouis hominum generi præterquam cũ patre & matre, filijs, ac filiabus etc. quòd facile colligere possumus nõ esse communes filios saltim, contra ARI. nec etiam fœminas in omni ætate. Præter ea ætate iam confecta quia libido in eis iam extincta est.

9. Præterea, Soc. præcipiebat filios statim natos fore transferendos ad alienas nutrices ne domi à proprijs matribus nutrirentur, & sic nemo agnoscerent suum filium, sed quisque quęcunque uidisset, tãquam suum filium complecteretur ac diligeret. Ex hoc etiam illud incommodum eueniret, vt filij agricolarum cum filijs custodum ciuitatis admixti assumerẽtur ad ordinem custodum, quòd non nisi egregij, ac libero patre nati ad eum gradum ascendere consueuerunt &c.

Resp. Non erit difficile soluere difficultatem hanc, si quam graues erumnas patiantur parturien-

tes, contemplemur. Ob id ne maiori angustiarũ cumulo prægrauaretur, cara pignora ad alienã custodiam transmittebãtur, & qui alienos filios nutriendos suscipiebant, non secus, ac suos nutriẽbant, eorum quæ curam gerebant. Non est autem opinandum ob id PLA. curam liberorum neglexisse, eosque in unum quendam locum conclusisse pecudum more, vt ibi à custodibus ciuitatis alerentur, optimisque institutis erudirentur. Nam si hoc uerum esset, cur tanta contentione Demodocus filios suos ad Socratem docendos ac bonis artibus instruendos deduxisset, vt PLA. testatur in Theage uel de sapientia, Dicit enim: Omnes stirpes eodẽ modo se habere uidentur, & quæ fo. 368. *ex terra nascuntur, & animalia tũ animalia, tum homo. Etenim in stirpibus facilimum hoc nobis est, qui terram colimus vt præparemus omnia anteaquam plantemus, & facilima est etiam ipsa plãtatio. Verum postea quam id quod plantatum est uiuit, magna iam, & molesta, ac difficilis est eius quod productum est cultura. Sic autem & circa homines res se habere uidetur, Nam de meis rebus coniecturam etiam ad alia transfero. Etenim filij huius siue plantatio siue generatio dicenda est, omnium facilima mihi fuit. Verum educatio difficilis est, & cum timore coniuncta dum pro ipso sollicitus sum. Et multa quidem alia dicere possem, sed ea quæ nũc illi ualde me perterret. Est enim illa non quidem*

dem in generosa, sed tamen dubia. Cupit enim hic velut ipse fatetur, ò Socrates, vt sapiens fiat. Et mihi uidetur quòd populares quidam ipsius coætanei ipsum perturbant, dum ad urbem descendunt, quos æmulatur, & iam dudum mihi molestus est, & rogat vt curam ipsius suscipiam & pecuniam Sophistæ cuidam persoluam, qui ipsum sapientem efficiat. Mihi verò pecuniarum quidem minus curæ est, uerum arbitror hunc nō ad exiguum periculum hoc suo studio tendere. Hactenus igitur consolando ipsum detinui, sed cum non amplius possim, optimum esse duxi, vt ipsi morem geram, vt ne dum sæpe sine me cum alio conuersatur, corrumpatur. Nunc igitur ea gratia venio, vt alicui ex his qut sophistæ esse uidentur, ipsum commendem, commode itaque tu nobis apparuisti, cum quo ego maxime consilia conferre cupio, quid hic me facere oportet. Quare si quid habes quod consulas in his quæ ex me audisti, & licet, & conuenit. hæc ille. Quum accurate Demodocus à Socrate requirit præceptore æquo eius filius liberalibus disciplinis imbuatur, vt doctior in dies euadat. Non sunt ergo filij in commnuni quodam loco nutriendi ac instituendi, tanquam in causa pecudes.

10. *Præterea, postquam ARI. puerorum ac mulierum communitatem de medio tollere, saltim secundum uocem conatus est, agreditur opum communitatem demoliri, & inquit. Si opes essent*

sent

ſent communes, hoc eſſet, vel quia prædia eſſent propria & prouentus communiter diuidendus, vel quòd prædia eſſent communia, & communiter colerentur, ſed redditus proprius uniuſcuiuſque, uel quòd tam prædia quàm redditus ſint communes, neuter verò ſtare poteſt, ergo id ex quo ſequitur. Nam ſi agri eſſet communes, eſſet opus, vt vel ab extraneis colerent, vel à ciuibus, ſi ab extraneis eſſet ualde admodum difficile inuenire tot extraneos qui eos colerent, ſi à ciuibus, cum non omnes æquè apti ſint ad labores, potiſſimum qui pollent ingenio, & in Reſpu. adminiſtratione uerſantur, ac hi plus redditus conſumunt, quod hi qui plus in agris colendis laborant videntes cruciantur, ac ægrè ferentes eriguntur contra delicatiores, indeque lites, iurgia, contentionesq́; oriuntur. Vnde ex rerum communitate, non modo non oritur pax ciuitatis ac Reipu. verum enimuero unitas eius potius dirimitur.

Sequeretur & concluderet ARI. ratio, ſi agri ac eorum redditus communiter poſſiderentur, uerum hoc non dicit PLA. qui quinto de legibus quomodo agri ſint diuidendi optime docuit. Ex ſexto etiam de leg. poſtquam de cuſtodibus ciuitatis locutus eſt, cœpit agere, de agrorum curatoribus, ex quo loco ſatis claret agros non eſſe communes, ita quòd communiter poſſideant, ſed quòd poſſeſſores amica quadam beneuolen- Reſp. fo.854

neuolentia debeant subleuare alienas miserias non secus ac suas &c.

11. *Insuper:non est possibile vt diuitiæ in cõmunes ac si unà uiueremus, nam hi qui unà uiuunt sæpenumero dissident, ac digladiantur, quẽadmodum hi qui peregrinantur ex communibus expensis contentiones suboriuntur, unde ex hac communitate potius dissipatur vnitas ciuitatis quàm comparetur.*

Resp. *At totum uerum est, si communia omnia possiderentur admixtione diuitiarum, sed non sequitur si id fiat admixtione dilectionis &c.*

12. *Præterea. Domini sæpe excandescunt ex communi seruorum famulatu. Serui enim qui multis inseruiunt, impossibile est vt omnibus satisfaciant, hinc est quòd communitas hæc potius dissipet quam construat Reipu. unitatem &c.*

Resp. *Huic difficultati sic satisfaciemus, si eam cõmunitatem seruorum ponemus qualem posuimus diuitiarum, filiorum, ac mulierum &c.*

13. *Insuper. Si agri sint proprij nulli dubium quin quisque maiori ac diligentia eos colet, quã si communes essent, bene tamen uerum est quòd proprietate seruata vsu quodam amicabili sint cõmunes, quo fit vt cum rerum proprietate stet communitas, sicque uerum erit illud adagium, amicorum omnia sunt communia. Nec non illud quòd opes nobis siue à natura, siue à fortuna euenerint, non solum nobis data sunt, vt solum nostris*

stris commodis deseruiant, sed partim amici, partim patria sibi uendicat, sicuti apud Lacedæmonios æqui, canes, vehiculi, ac serui commu nes erant quo ad usum. ergo PLA. communitas non statuenda erat.

Ob id volui has ARI. rationes in medium adducere, vt aliquando intelligeremus, hanc eandem communitatem quam PLA. posuit, illam eandem posuisse ARI. hac de causa volui adducere uerba eius. Resp.

Præterea, Non est damnandus qui se ipsum, ac res suas diligat, cum à natura nobis amor iste inditus sit. Sed ille merito damnandus esset, si seipsum plus æquo, ac res suas, diligeret. At si PLA. communitas poneretur, amor iste naturalis tolleretur, cum ea quæ propria essent in communem vsum expenderentur, ergo &c. 14.

Non tollitur amor iste naturalis, quia cum rerum proprietate quo ad dominium stat rerum usus communis. Resp.

Insuper: si communitas rerum poneretur, tolleretur omnino ea voluptas quam capimus in iuuandis amicis, potissimum in eorum necessitatibus, hoc verò quod ARI. dicit, facile deducere possumus. Nam si opes essent communes, si amicus eas expenderet in subleuandis alterius amici calamitatibus, non ita beneficium sentiret, neque ille qui impendit, neque qui recipit, quod enim communiter possidetur, si in usum 15.

transis

transit alicuius, id accipit tanquam proprium. & qui dat non proprium, sed commune exire existimans amittit eam voluptatem quam accipere solemus de collato beneficio, sic ille non se teneri de suscepto munere.

Resp. *Tollitur cum eadem distinctione, quia cum proprietate dominij stat vsus communis rerum, qui secundũ iudicis prudentiã cõcedi debet, etc.*

16. *Improbat simul & uxorum, & diuitiarum communitatem dicens. Si tam fœminæ quàm opes essent communes, tam temperantiæ quàm liberalitatis opera tollerentur, hoc verò magnum incommodum est, non ergo communitas ista ponenda est. Facile vtranque consequentiã deducere possumus, primùm, quia actus temperantiæ abstinere ab aliena muliere, & hoc tollitur si communes sint omnes: actus verò liberalitatis est propria pro loco, tempore, ac dignitate distribuere, id autem tollitur si opes sint communes: nam quæ communiter possidentur, facile quisque dilapidare nouit, nec ex hoc discernere possumus liberalitatis actus.*

Resp. *Non sequitur primum inconueniens, quia nõ ponimus mulieres communes turpissima illa admixtione, sed casta, ac pudica illa beniuolentia, ac charitate. Si temperantiæ actus damnasset PLA. non tam longum sermonem fecisset de temperantia in Carmide, siue de Temperantia. Si quis verò desiderat quanti semper fecerit*

rit PLA. hanc virtutem cognoſcere, perlegat vniuerſum illud opus. Neque tollitur liberalitatis actus, quia non ponimus opes communes, niſi vſu quodam amicabili, ſummopere laudatur à PLA. liberalitas, & deteſtatur ſordida auaritia, immo 8. de leg. duas cauſas aſſignans cur eſt, quòd ciuitates, neque aliquod honeſtum ſtudium, neque ea quæ ad bellum ſpectant, iuſte exerceant, primam eſſe, dicit diuitiarum inordinatum amorem, & cupiditatem habendi. Audi (clementiſſ. Princeps) verba PLA. fo.889. *Altera quidem quod præ diuitiarum amore nihil temporis ad alia curanda impendimus, ſed in priuatis opibus augendis toti occupati ſumus. Ex quibus dependens totus cuiuſque ciuis animus, nunquam aliorum curam gerere poteſt, præterquam quotidiani lucri, & quicquid ſtudij, & induſtriæ, ad hoc conducit, id qui uis priuatim, vt diſcat & exerceat, promptiſſimum eſt, reliqua verò deridet. Hoc equi[...] vnum, & hanc vnam cauſam eſſe aſſerendum eſt, vt neque huic, neque vlli alij honeſto ſtudio ciuitas dedita eſſe velit, ſed propter inexplebilem auri, & argenti cupiditatem, qui uis omnem artem & induſtriam, & honeſtam, & turpem ſubire cupiat, ſi diues inde futurus ſit, & omnẽ actionem, tum piam, tum impiam, & penitus turpem nulla moleſtia peragere, ſi ſolum facultatem habeat, vt ſibi ipſi velut beſtiæ, omnigenã*

edendi ac bibendi, & omnem rei Venereæ satietatem suppeditet. hæc ille. Dici itaque non potest quam acriter PLA. detestetur cupiditatem, & commendet liberalitatem. &c.

17. *Præterea, posuit Soc. omnia esse communia in ciuitate ne iurgia & lites oriãtur, & inde cædes, & bella: at ex hac communitate non modo hæc non tollentur, verum in dies longe maiora emergunt, sicuti apparet in multis Respub. ac ciuitatibus in quibus ob opes publicas bella ciuilia, & plusquam ciuilia nata sunt, ergo communitas ista PLAT. de medio tollenda est, &c.*

Resp. *Non est difficile soluere cauillum, si aspiciamus ad communitatem secundum vsum, & non secundum dominium. &c.*

18. *Insuper: legislator in condendis suis legibus, non modo quot incommoda, & mala, à ciuitate & Repub. tollantur, animaduertere debet, sed etiam quot bona ab eisdem excludantur, debet enim aliqua mala tollerare quàm multis, ac penè infinitis bonis priuari, hoc autem eueniet si mulierum ac opum communitas ponatur; ergo, &c. Facile autem hoc cognoscemus si repetamus, quæ supra à nobis incommoda in mediũ adducta sunt.*

Resp. *Sequærentur hæc incommoda si communitas dominij statuisset, & non vsus tantum.*

19. *Insuper impugnat causam seu motiuam Soc. & per*

& per Soc. intellige PLA. qui ideo Soc. appellauit, quia ferè in omnibus introducit eum loquentem. Posuit autem hãc cõmunitatem, quia sine ea ciuitas non diceretur vna, inquit ARI. bene ciuitas dicenda est vna, sed non tanta vnitate quanta est domus. Vnde si omnia essent communia, maior esset ciuitatis vnio quàm domus, quòd est inconueniens. Nam in consonantijs musicalibus si quis vniuocam vocem cum altero emittat, non consonantiam constituet, cum sit parium dispariumq́ vocum quædam proportio, & si quis rithmos ex vno tantum pede constituat, cum ex multis adinuicem proportionem habentibus constare debeant. Ciuitas enim ea vna erit si communi disciplina, philosophia, moribus, ac legibus, instituta sit. Si qua verò communia esse debeant, potissimum erunt serui, & iumenta, ut apud Lacedæmonios, uel commessationes quædam, vt apud Cretenses, &c.

Nec PLA. aliam communitatem posuit in ciuitate, illamq́ recte institutam, ac bonis optimisq́ legibus gubernari iudicauerit, quæ dilectione, ac amore coniuncta esset, ciuiumq́ animi ac lege astringerentur: dicit enim in Symposio. Si igitur hac industria ciuitas construeretur, aut exercitus colligeretur, vt ex amatoribus, & amatis constarent, non fieri possit, vt melius illa habitaretur, dum hi ab omnibus turpibus abstinerent, & magna inter se actione ad Resp. fo.284.

honestam contenderent. Quin & in prælijs tales inter se iuncti, etiam si pauci essent, omnes tamen vt ita dicam, homines superarent. Nam vir qui amat, aut ordinem deserere, aut arma abijcere, in amati conspectu minus sustinuerit quàm si ab alijs omnibus id facere videatur, & prius vtique mori optauerit. Sed & vt amatum relinquat, aut periclitanti non subueniat, nullus adeò ignauus fuit, quem non ipse amor numinis sui afflatu ad virtutem concitauerit, ut ei q optimus natura sit, similis euaserit. hæc ille. Satis meo quidem iudicio iam claret qualis esse debeat optima ciuitas ac quibus legibus debeat gubernari, quæve res illa sit quæ omnia reddat communia; amor siquidem ac mutua charitas. Nec enim vnitatem ciuitatis cum vnitate domus aliquando confundit. Nam quæ sit ciuitas absoluta & fœlix, si quis desiderat cognoscere legat PLA. in 5. Repu. in calce, eiusq; vnitatem non tantam quantam domus asseuerat. Si-

Eco. li. 1. c. 1. *cuti ipsemet ARI. testatur, inquit enim quid sit Ciuitas. Est multitudo, agro, & pecunijs sufficienter abundans ad bene uiuendum. Quid ue-*

Poli. li. 1. c. 1. *rò sit domus ipse alibi dicit. Quotidiana igitur societas secundum naturam constituta domus est. &c. Si ergo PLA. sicuti ARI. distinguit inter vtranque vnitatem non ergo fecit consonantiam ex vniuocis nec rhytmũ ex vno pede.*

10. *Præterea, ea lege instituenda Respu. est ut perpe-*

perpetuo quo ad fieri potest conseruetur, sed si omnia sint communia cito Respu. casura est potissimum, si cura agrorum colendorum non agricolis demandetur, sed custodibus, ergo &c. Non secus de diuisione ciuitatis agrorum ac armentorum. &c.

Soluere hoc incommodum non erit difficile si aspiciamus ad ea, quæ dicit PLA. in Ciui. vel de Reg. Ibi declarauit quid sit regis officium, quid ciuis, quid agricolarum. Verum quia multa diximus supra de diuisione ciuitatis, ac prædiorum; ex hisq́ huic difficultati optime satisfactum esse opinor, ob id ea omittēda censeo. &c. Resp.

Insuper impugnat PLA. de insufficientia legis Reipu. Nam ciuitas est multitudo hominum diuersorum statutum, sed rerum, mulierum, ac filiorum communitate seruata, non facile esset modus assignandus cõuersationis politicæ. Quia si omnia sint communia non possum causam assignare, cur magis hi artifices sint dicendi quàm custodes, & custodes hi magis quàm agricolæ; & sic in ciuitate ordo qui potiss. est tolletur. 21.

Dicimus PLA. posuisse omnium rerum cõmunionem quo ad amicabilem conuersationem, & hæc communio non tollit ciuitatis ac Reipu. ordinem. Quod facile intelligere poterimus, si ea adducemus quæ PLA. dicit in his quæ de Regno. Nam Ciuilem virum scientia præditũ esse oportere tradidit. At non ita dicendum de Resp. fo. 164.

viro plebeio ac vulgari. Verum si magis rem hanc cognoscere desideramus videamus, quid fo.492. *dicat in Gorgia. Inquit enim, Neque ego, ò beate hos vitupero, quantũ ad ciuitatis administrationem attinet. Immo videntur mihi in administratione diligentiores his qui nunc sunt, fuisse, & qui magis potuerint ciuitati procurare ea, quæ illa cuperet. At enim cupiditates transmutare & non permittere, suadendo, & cogendo ad hoc, vnde meliores euasuri sint ciues, quod solum boni ciuis opus est, nihil plus illi quàm hi potuerunt. hæc ille. Ex his collige quàm præclarum sit munus ciuilis viri, quod cæteris in ciuitate degentibus non quadrat. Lege obsecro te ibidem PLA. paulò infra. Ego igitur puto te sæpe confessum esse, & statuisse, duplicem hanc esse & circa corpus, & circa animam, curam. Et altera quidem ministrat & suppeditare potest, siquidem esuriant corpora nostra, cibos, si verò sitiant, potus, si frigeant, vestes, stragula, calceos, & alia quæ corpus expedit. Et de industria tibi eadem exempla recenseo, quo facilius intelligas. Hæc suppeditare, ita vt quis caupo sit, aut mercator, aut opifex alicuius ex his, pistor, videlicet aut obsonator, aut textor, aut sutor, aut coriorum tinctor; nihil miri est, vt hinc & sibi, & alijs corporis curator esse videatur, siquis non sciat esse præter has omnes, artem gymnasticam, & medicam, in quibus re vera*

corporis

corporis cura consistit, quas etiam his omnibus artibus imperare conuenit, & harum operibus vti, eo quòd sciunt quid bonum, quid malum in potibus, ac cibis sit, quod ad virtutem corporis attinet: quum aliæ omnes hæc ignorent. hæc ille. Ecce quàm diuersa posuerit PLA. munera artificum in ciuitate à muneribus ciuium, nam hæc potius ad corporum valetudinem spectant, hæc animorum. Non ergo diuersos hominum gradus & officia in ciuitate negauit, verũ enimuerò hos & distinxit, & statuit.

Præterea, si omnia essent communia, iurgia, lites, contentiones, ac cædes suborirentur, & ob id Soc. lex de rerum communitate proprio fine frustaretur, cum ob tollendas contentiones instituerit, ac magis repullulant ex hoc quòd communia sint. Sunt enim multi qui minus laborant, & rebus communibus plus potiuntur, idq; videntes qui plus operis impendunt conqueruntur, sicq; lites emergunt, & iurgia. 22.

Sequerentur hæc incommoda si res essent cõmunes admixtione prædiorum ac mulierum, et non mutua dilectione, quæ adeo hominum animos nectit, vt omnẽ litem dirimat, & cõponat. Resp.

Insuper PLA. omnem curam colendorum agrorum agricolis mandauit, illisq; præcepit, vt vniuersum agrorum redditus, ciuibus suis offerrent, cuius studium erat in Repub. gubernanda. Ex hac verò PLA. lege non modo non se- 23.

quitur, vt agricolæ magis diligant ciues suos, verum ob talem subiectionem magis eos odio prosequentur &c.

Resp. *At si ciuilis viri definitionem intueamur, vt supra dixit PLA. de Reg. quòd vir ciuilis debet esse omni virtute præditus, facile soluemus cauillum: Nempe si talis erit, dubio procul erit & magnificus, & liberalis, eritque iustus, cuius munus erit reddere unicuique quod suum est. Non ergo agricolarum portionem subtrahet, verum potius bona propria illis donabit, vnde rem hanc animaduertentes agricolæ summo at ingenti amore suos ciues prosequentur.*

24. *Præterea, lex Soc. de rerum communitate ac mulierum non demonstrauit quibus legibus, custodes, ciues, contribules, artifices, & agricolæ viuere debeant, quod non est facile harum rerum rationem assignare. Ergo lex illa satis diminuta est.*

Resp. *Immo, præter rerum omnium communitatem singulis hominum generibus leges tulit. Si vis scire quid sit Regis officium, & quibus legibus uiuere debeat, quod uir ciuilis, legas PLA. de Reg. Ibidem singulorum hominum munia distribuit. Artium uerò diuisionem, ac artificum*
fo 462. *opera diuersa si cupis cognoscere, uide in Gorgia.*

25. *Præterea, si mulieres essent communes, & agri proprij agricolæ non poterunt ministerio mulierum vti, cum illæ in ciuitate cum custodibus*

dibus & artificibus degerent, Et si communes sint agri, mulieres vero propriæ non poterunt simul agricultura, ac mulierum seruitio indulgere: at hæc omnia incommoda sunt, ergo nec rerum, nec mulierum communia non sunt. Impugnat postea dictum quoddam P L A. qui non est ueritus affirmare eadem exercere debere viri ac mulieres vt pote arma capere, belligerare, filios educare, rem familiarem curare, similitudine accepta à bestijs. Inquit: similitudo non est aliqua ex parte conueniens, cum omnino & mores brutorum ac ratio substantiæ sit diuersa. Insuper mulieribus domi rem familiarem curare ac pertractare, satis cõuenit, viris vero minime.

Cui respondemus communes esse & mulieres, opes & agri, verum quæ sit ista communitas, cũ Resp. *sæpenumero à nobis dicta sit, non repeto, quæ si diligenter contempletur, omnia ista absurda de medio tollentur. Quod vero dicit ad brutorum similitudinem mulieres unam cum viris pugnare debere, ac cætera uirorum opera exercere, meminisse oportet quæ dixit Auer. 2. de anima. De exemplo non requiritur nisi manifestatio, non ue-* c.67. *rificatio. Similitudo autẽ eousque progreditur meo quidem iuditio. Nam mulieres cum uiros suos maiorem in modum diligant, nec non mulieres viri, non possunt etiam in bello sese deserere quemadmodum multi etiam hac natura tempestate faciunt, unde cum mulieres suos viros in*

aliquo

aliquo graui discrimine uiderint, non possunt se continere, quin arma capiant, ut uiros suos tueātur. Verū qua ratione arma capere, ac pugnare
fo.881. *mulieres debeant, declarat PLAT. & inquit. 7. de leg. Mulieres verò eruptiones, & castrorum acies, & arma sumendi, ac deponendi usum attigerint, si alterius rei gratia saltim si quando opus sit, ut passim collectis omnibus uiribus relinquenda sit ciuitas, & extra militandum, sufficiant qui pueros, & reliquam ciuitatem custodiāt, aut etiam si contra, velut nihil non timendum est, hostes extrinsecus Barbari siue Greci, magna vi ac robore irruant, ut necesse sit pro ciuitate depugnare: magna sane Reipu. pernicies fuerit ita turpiter mulieres educatas esse, ut neque uelut aues pro filijs aduersus quancunque fortissimam bestiam pugnantes mori, & omnia pericula subire substineant, sed statim ad templa diffugiant, omnesq; aras & altaria compleant, & eam de hominum genere opinionem inducant, omnium animalium timidissimū id esse. hac ille. Iam satis ut opinor liquet quæ sit ratio mulieribus sumendi arma ac belligerādi.*

26. *Præterea, perperā dixit Soc. quendam semper dominari, reliquos verò semper subijci. Mouebatur autē hac ratione. Sicut enim in quibusdam terræ partibus solum aurum innascitur, in quibusdam vero semper argentum, in quibusdā autem ferrum, non secus in quibusdam hominū*

animis

animis quadam uirtutum semina oriuntur, quæ uelut aurum cēsenda sunt; & hi potissimum natura domini censendi sunt; reliqui vero serui, seu subditi. Inquit enim ARI. si unus semper dominetur, seditiones, & bella orirentur, neque etiam diuinum illud aurum in animo eiusdem hominis semper residet, neque semper ferrum in animo alterius, ergo &c.

Facile ipsemet ARI. sophisticam hanc importunitatem dissolueret, si ea quæ de regia Repu. dicit memoria repeteret. Nam ille vere Rex est, qui aliena commoda suis utilitatibus anteponit, ac omnem diligentiam, omneque studium adhibet, vt suos defendat, ac tueatur. Et quis est, qui non cupiat quietam, ac trāquillam uitam agere, illumq́, qui huius rei causa est, perpetuo uiuere? Verum si ille qui dominatur non Rex, sed tirannus esset, cuius munus est propria cōmunibus anteponere, ac suis commodis inseruire, & non ciuitati prodesse, bene cōtentiones & bella orirētur; neque esset ciuitati requies ulla malorum. Quod vero dicit de auro, id gratia exēpli dictum est. Resp.

Præterea. Legislator in legibus cōdendis ad Reipu. felicitatem potissimum respicere debet, sed Soc. hac lege de rerum ac filiorum & uxorū communitate sustulit de medio omnem Reipu. felicitatem, cum nihil proprij reliquerit, nam opes propriæ filij, ac cōiuges, sunt instrumēta quædam consequendæ felicitatis, quòd si custodes nō 27.

erunt

erunt felices, quomodo felices erunt artifices, & vulgus? Nō recta ergo fuit Resp. instituta à Soc.

Resp. *Posuit quidem Soc. rerum omnium communitatem, quo ad affectum, non tamen quo ad rerum admixtionem: & communitas hac non modo non tollit rerum, filiorum, ac mulierum proprietatem, uerum enimuero auget, & tanto maior erit ciuitatis felicitas, quanto inter ciues maior erit amoris, ac charitatis dilectio. Hac sunt (clemētiss. Princ.) qua de Repu. ARI. & PLA. dicenda mihi uisa sunt, ac in cōciliandis eorum controuersiis, non mediocriter laboraui, quòd si harū rerum studiosis satisfeci, grates Deo habeo immortales, sin minus, mea inscitia ascribatur &c.*

Libri noni. Finis

ex nitate, ac consanguinitate cōiunctos nos genuit? Rerum ac filiorum neglectus ex hac Platonica communitate non modo non oritur, verum cura maior, non modo erga propria, sed etiam erga communia emergit.

Praterea: si filij essent communes si quis aliquem iuuenem studiosum, aut vitijs onustum posset dicere, hic est meus filius, vel frater, vel magnum est, cum mille, & amplius de vno atque eodem dicere possint, non est ergo dicendum filios debere esse communes.

DE MATERIA AC priuatione.

LIBER DECIMVS.



Va res sunt, quæ captu ac intellectu difficiles esse sapientes omnes iudicarunt, Deum Opt. Max. ac materiam primã, cum ambo infiniti rationem subeunt, non tamen uno atque eodẽ modo vt in hoc tractatu aperiemus: & quia infinitum ex ea siquidem parte qua infinitum, ignotum est, ob id non erit facile iudicare seu declarare qua nam sit materiæ natura, & an priuatio ab ea distinguatur. Et ne multis (Opti. Prin.) purgatiss. aures tuas obtundam, uenio ad declarandam materiæ primæ naturam, deinde cõtrouersiam an priuatio à materia secernatur, vt ARI. opinatur, an sint idem vt PLA. dicere videtur, sedabimus. Principio itaque de materia locuturus uarias ac pœne diuersas fuisse de ea ueterum sentẽtias retulit ARI. 2. de Gen. & cor. t.c.2. *Nam quidam esse unum, quidã vero plura numero statuerunt. Qui vero unam, hi quidem aut aerem ponentes, aut ignem, aut aliquod horum intermediorum & corpus existens & separabile, Diogenes Apolloniates, & Anaximenes*

aerem

aerem statuerunt. Heraclitus Ephesius & Hippassus ignem. Thales & Hippon aquam. Anaximander verò aliud quid præter quatuor elementa. Horum vero sententias non erit difficile confutare, si diuersarum transmutationum subiecta diligenter consideremus. Nam generationis subiectum non ens in actu, sed in pura potentia esse declarauit ARI. ens verò in actu subiectum motus, undè si ignis, aer, aut aqua esset prima rerum omnium materia, generatio esset alteratio, quod quantum à ueritate distat bene nouerunt hi qui ARI. studiosius euoluerunt in quinto de phy: auditu, ubi generationem à tribus speciebus motus distinxit. Præterea, si ignis aut aer, &c. essent prima rerum omnium materia, omne quod ex his generaretur non remaneret idem secundum nomen, & diffinitionē à principio motus, usque ad finem, hoc uerò est quod dirimit generationem à motu: nam quod mouetur idem numero est à principio motus, usque ad finem, retinetq; nomen ac definitionem, non tamen hoc usu uenit in his quæ generantur, nam si ex aere generetur ignis principio tranmutationis nominatur, & est aer, in fine uero nominatur, & est ignis. Patet ergo ex his nullum horum elementorum primam materiam dici posse. Anaximander uero qui corpus medium à quatuor elementis distinctum posuit primam materiam grauiter allucinatus est. Nā si

quintum

quintum corpus per se subsistes esset loco contineretur; & esset simplex corpus; unde uel esset graue aut leue, uel simpliciter; uel in respectu, si leue simpliciter, sic erit ignis, si leue in respectu, sic erit aer, si graue simpliciter, sic erit terra, si graue in respectu, sic erit aqua. Non dabitur ergo quintum corpus simplex quod prima materia dici possit. Praeterea, si corpus quintum simplex daretur uel esset primo calidum & siccum, uel secūdo calidum, uel primo humidum, uel primo frigidum, uel primo siccum. Si primo calidum sic erit ignis. si primo humidum sic erit aer, si primo frigidum sic erit aqua, si primo siccum erit terra. Non itaque dabitur quintum corpus simplex. Hi vero qui multa esse ex parte materia affirmarūt, bipartita narratione censentur, nam quidam numero finita esse, quidam vero infinita statuerūt. Qui vero finita ignem & terram, alij vero citra hac aerem addiderunt, nonnulli aquam quartum, quemadmodum Empedocles, ex quibus congregatis & disgregatis, uel alteratis accedere generationem in rebus arbitratus est. vt refert ARI. 2. de Gen. & cor. Ignē vero & terram Parmenides posuit. sed perurgebit iunior; quomodo Parme. ignem & terram statuit si omnia unum esse asseuerauit? sed facile hanc difficultatem de medio tollemus, si memoria repetamus quā Auer. primo phy. dicit. Nam Par. duo genera entium statuit unum uerorum t.c. 2. Dub. Resp. c. 40.

aliud

aliud existimatorũ. primum quidem unum est, secundum vero multa sicuti multa sunt quæ generationi ac corruptioni subdita sunt. Qui vero tria instituit elementa Ion chius fuit tragedus referente Io.Gram. Empedo.vero quatuor statuit. His vero qui ita dicunt illæ eadem difficultates quæ his qui unum dũtaxat elementum posuerunt accidunt. Nam siue unum siue duo, aut omnia elementa ponamus entia, erunt in actu & sic generatio erit alteratio &c. Aduersus Emped. inquit ARI.generationẽ esse segregationẽ seu alterationẽ cũ ex illo sphero lite & amicitia partes tollantur ac separẽtur. Qui infinita elementa seu materiales causas statuerunt Anaxagoras & Democritus fuerũt, ille infinitas similares partes in suo Caos posuit, alter vero ex innitis corporibus athomis vnumquodque constare opinatus est. At hi grauius errauerunt quam qui finita corpora posuerunt. Inquit enim ARI.

t.c.41. *primo phy. Melius autem est minora & finita recipere: quod vere fecit Empedocles, supra vero quæ de causa grauius errarunt qui infinita*

t.c.35. *statuit assignans dicit. Si igitur infinitum secundum quod infinitum ignotum est: secundũ multitudinem & magnitudinem infinitum ignotum quantum est quoddam: secundum aut infinitum ignotum quale quoddã est. Principijs autem existentibus infinitis & secundum multitudinem & secundum speciem impossibile est*

quæ

compositum arbitramur: cum cognoscimus ex quibus & quantis sit, hæc ille. Hoc idem incommodum venit contra Democritum contulit. Et hoc est quod sæpe diximus in his nostris sermonibus quod fere omnes disputationes ARI. contra veteres & potissimũ contra PLA. verbales sunt, ac facile in re conciliari posse, sicuti in re hac ex eisdem ARI. verbis commonstrabimus. Sed prius videamus in quibus Anaxagoram damnet ARI. secundum verborum sonum. Principio damnauit eum, quia locutus de materiali principio & agente, seu effectiuo minus distincte de his locutus est. Sed à veritate coactus secutus est, eos qui distincte de his locutus est. Secũdo, quia prima rerum omnium esse permixta affirmauit, mixtum enim ex miscibilibus cõstat, & ob id dissolui potest ac corrumpi, at rerum principia æterna esse necesse est, non ergo erunt mixta. Tertio ea quæ miscentur respectu mixti sese habent sicut simplex, & cõpositum, sed principia habent ratione simplicioris, non ergo erũt mixta omnia. Quarto quia dixerat quolibet esse in quolibet, & cuncta misceri adinuicem, ob id dixit esse falsum, quia ea solum misceri posse dicenda sunt quæ per naturalem transmutationem, & motum vnum in aliud transire potest, verum quantum in substantiam transmutari non potest, neque substãtiam in qualitatem, ergo fieri non potest, vt quolibet sit in quolibet. Prætea,

rea. Si entia omnia mixta essent in illo Chaos separari ab illo etiam ualerent ac per se subsistere, & sic accidentia à substantia separarentur ac essent sine subiecto quod per naturam est impossibile. Hæc sunt incõmoda quæ Anaxagoræ cõtingunt si in superficie eius verba contẽplemur, sed si serio ea introspiciamus forsan (vt inquit ARI.) apparebit mirabilius dicens. Verũ si diligentius rimari cœperimus hanc Anaxagoræ sententiã facile percipiemus rei veritatẽ.

t.c.17. *Qui licet ipse posuerit omnia esse cõmixta in illo Chaos nõ poteramus, tamen affirmare ea aliquo colore fore colorata ob id dicebat. Dico autẽ neq; albũ, neq; nigrũ, aut fuscum: aut alium colorẽ: sed non colorata erant ex necessitate. Horũ.n. colorem aliquẽ haberent. Similiter autẽ sine sapore eadẽ hac ratione; nec aliud similium quicquam. Nec.n. quale aliquid id possibile esse, nec quantum, nec quid. &c. Ex his satis claret mixturã illã ex omnibus rerum partibus non actu fuisse in illo Chaos, sed potentia dũtaxat. In altero etiã ARI. Anaxagorã cõmendauit, quia dixerat omnia mixta esse præter intellectum, & hunc solum esse impermixtũ & purũ. Duo ergo principia tetigit Anaxagoras aliud materiale, aliud efficientẽ.*

Dub. *Etsi roges, reliqua intelligentiæ prima excepta non ne, & ipse simplices sunt?*

Resp. *quo ergo sola prima erit pura & immixta? Dicam*

cam hæc genera entiũ illo primo exẽpto mixta esse.i. cõposita, vel ex esse, & essentia tanquam ex positiuo, & positiuo, vt Latini asserunt, vel ex positiuo,& priuatiuo, vt cõmuniter Aueroistę, quia cadunt à perfectione primi entis. Satis ut opinor diximus.

Verum nę adeo rudis ac inepta tibi videatur opinio Anaxagoræ,posteaquã hunc ingentẽ conciliandi laborẽ assumpsimus,volo ut videamus, quõ eã defendat ARI. 1.met.& quõ omnẽ penè materiæ notitiã ab eo acceperit. Quare veterũ quorundã opinionibus de prima materia recitatis ac cõfutatis accedens ad declarandã Anaxagoræ de prima materia sententiã, ita fatur. Anaxagorã recte duo principia posuisse, aliud actũ vtpotè diuinã mentẽ, aliud Chaos. verum quia vtrunq; in actu erant, ob id nõ recte dixit. Errauit etiã in altero, quia omnia ad inuicem esse cõmixta quæ fieri non potest. Nã illa quæ ad inuicẽ miscentur anteaquã misceantur existere opus erat prius. Ergo Chaos, & illa miscellanea non erat primũ rerũ omniũ principiũ, cũ prius fuerint ea quæ misceri debebant. Et etiã quõ quãtum cũ quali, vel albedo cũ linea misceri poterunt? Postea declarat quõ eius sententia rectam interpretationẽ habere potest. Nã cũ nihil segregatum erat, nec per se existebat actu, ob id non poterat, nec quid, nec quale, nec quantũ. &c. et hanc sententiã declaraturus. naturam materiæ t. c. 16. & 17.

ARI. ab eo accepit 7. met. dicens. Dico autem
t.c.8. *materiã quæ est secundũ se nullatenus: neq; quid, neq; quantitas, neq; aliquid aliud eorũ dicitur, quibus ens est determinatum. Et etiam diuinus PLA. ARI. præceptor idipsum agnouit declaraturus materiæ essentiã, dicit. n. in Tim. Quapropter*
fo.743. *propter eius quod factũ est viderią; potest, et omnino sentiri, matrẽ et receptaculũ; neq; terram, neq; aerẽ, neq; ignẽ, neq; aquam dicamus, neq; qui ex his, neq; ex quibus hæc facta sunt, sed speciẽ quandam quæ videri non potest, et informis est, et omnia suscipit, quã si eius quod intelligẽtia percipitur inexplicabili quodãmodo participem esse, & difficillime comprehendi posse dicamus, non mentiemur. hæc ille. Videte quõ horum phylosophorũ sententiæ omnibus modis quadrãt. Et vt magis ARI. mens omnibus pateat, non grauabor eius verba recensere, dicit. n. loco citato.*
1. met. *Anaxagoras vero si qs susceperit elementa duo*
t.c.16. *dicere suscipiat maxime secũdũ rõnem, quã ille quidẽ nõ dearticulauit. Sequutus est. n. ex necessitate dicentes eã. Nã absurdo existente taliter dicere permixta esse à principio omnia: & ꝙ oportet accidere ꝙ impermixta præexistant: & quia non aptũ est cuilibet permisceri quodlibet. Adhuc autẽ quia passiones, & accidentia separãtur à substãtijs. Eorundẽ. n permixtio est separatio. Tamen si quis ꝓsequitur declarans quæ vult dicere forsan apparebit mirabilius dicens. Ex his*

Anaxa-

Anaxagoræ verbis, ut ARI. deducit duo potissime elicere ualemus. Primũ quæ inconuenientia contingant, si eius verba, ut sonant accipere voluerimus. At si Anaxagoræ diuinã mentem cõtemplemur, non parũ emolumenti ad materiæ naturã cognoscẽdã nobis & similitudinibus vti nõ debet, Auer. tacitæ difficultati satisfaciens dicit: Sed materia appetit formã sicut fœmina marem: & licet exẽpla non visitentur in doctrina demõstratiua, tamen visitãtur in rebus nõ sensibilibus quæ nõ intelliguntur nisi pro cõparatione. &c. Quod uero fœminã dicit ARI secundũ quandã similitudinem, esse materiã, id ipsum à præceptore suo PLA. accepisse (opinor) q̃ etiã in Timeo dicit. Id quidẽ quod suscipit, matri. Non enim alia rõne naturã materiæ potuit PLA. nobis aperire nisi exemplis ac similitudinibus, ob id PLA. dicit non nisi adulterina cognitione eã animo ac mente concipi posse. Et ARI. à præceptore suo non discedens dicit. 1. phy. subiecta autem natura scibilis est secundũ analogiã, sicut. n. ad statuã æs, aut ad lectulũ lignũ: aut aliorũ aliquod habentiũ formã in materia, & informe se habet priusquã accipiat formã, sic ipsa se ad substantiã habet: & hoc aliq̃d & quod est. Vnũ quidẽ igitur principiũ est, non sic vnũ existens, neq; sic vnũ sicut hoc aliquid: vnũ aũt secundũ quod est ratio: amplius autẽ contrarium huic priuatio est. hæc ille. Capit etiã in altero PLA. quia etiã

1. phy. c. 81.

fo. 743.

c t. 69.

à materia, & non à forma voluit denominari, vtpotè si ex auro tripoda fiat nõ à forma, sed ab ipsa materia obsignabitur. Huic difficultati Io. Grã. satisfaciẽs dicit. Non sensisse PLA. ea quæ facta sunt à materia nomẽ accipere, quandoquidẽ dicat per formã res oẽs esse, & nomen accipere. Verũ vt clarius quæ à nobis dicta sunt cognoscamus, uerba PLA. huic sentẽtiæ subijciamus. Dixerat.n. in Tim. Verũ in præsentia tria genera animaduertere oportet. Et sanè etiã assimilare decet, id quidem quod suscipit matri, vnde vero fit patri, intermedia autẽ naturã soboli: & cogitare quid si fieri debet effigies omnibus varietatibus aspectu varia, nõ aliter hoc ipsum in quo id quod effigiatur collocatur, recte fuerit præparatũ, quã si informe sit, & omnibus illis ideis careat, quas aliũde suscipere debeat. Si.n simile fuerit alicui eorũ quæ suscipit, tunc ubi effigies cõtrariæ aut omnino alterius naturæ susceperit, male illus assimilabit, vtq; suã præsefert faciem. hæc ille. Si ergo ea quæ generãtur assimilatio in forma fit non autẽ in materia, à forma etiã denominationẽ accipient, & nõ à materia Verũ si quæras vnde accepit ARI. PLA. dixisse denominatione fieri à materia? Dico ex dicto PLA. eo in loco paulò supra. Nã loquens de rerũ corruptione, & intendẽs demõstrare materiã remanere in genito & corrupto, quando cõpositum iã dissolutũ amisit nomen ac definitionẽ, & hoc est

discri-

discrimen inter transmutationẽ essentialẽ & accidentalẽ, ita vt nõ dicatur amplius quod fuit, sed quod remansit quod est materia. Nam si ex auro tripoda fiat, ac postea corrũpatur non amplius tripoda, sed aurum ex quo erat de natura materiæ iuxta veterum opiniones siue eorũ qui unũ quodã statuerũt, siue eorũ q̃ infinita. Supest modo vt ad PLA. mẽtẽ declarãdã descẽdam⁹.

ARI. 2. de gen. & cor. confutatis veterũ phylosophorũ opinionibus de materia, descendens ad PLA sententiã declarandã, seu impugnãdam dicit. PLA. in Timeo nihil distinctè de materia tradidisse, neq; declarasse cũ ex ea elementa cõstent illis corruptis ac etiã mixtis, an materia ꝑ se subsistens remaneat. Huic difficultati Io. Grã. facit satis ex uerbis PLA. in Timeo, qui ita fatur. Ex sua. n. potentia penitus non excedit. Nã & semꝑ omnia suscipit, & formã nullã vnquã vlli ingressorũ similẽ vllo modo accipit. Effigies. n. à natura omnibus posita est, moueturq́; ac figuratur ab ingressis. hac ille. Perpende (opti. Prin.) paucula hac PLAT. verba, videbisq́; PLA. statuisse materiã semꝑ in potentia fore, ac nullã sibi peculiarẽ formã vendicare, sed figurari ab ingrediẽtibus formis. Vnde ex his facile colligere valemus materiã primã corrupto composito in actu minime remanere posse. Nã corruptio vnius, generatio est alterius. Et si materia esse posset denudata ab omni forma sequeretur, t.c.4. fo.743. corn.

vt Auer. testatur 2. phy. illud quod esset in poten
c.12. *tia esset in actu, quod omnino absurdũ est. Con*
futat etiã in alio PLA. sententiã, quia loquens
de materia posuit eã actu existere anteaquã ex
ea aliquid fit; ac id ipsum exẽplo declarãs. inqt.
Sicuti aurũ praexistit anteaquã ex eo idolũ con-
struatur, sic pexistit materia anteaquã ex ea ali
quid generetur. Verũ si PLA. verba quã diligẽ
ter perpẽdamus, & in loco dubio pcul materiã
nõ actu existere ante rẽ genitã, sed potentiã tan
tũ coniyciemus. Inquit. n. concludens sermonẽ de
materia. Quapropter ab oĩbus speciebus alienũ
esse oportet, id quod omnia genera in se ipso susce
pturũ est, quẽadmodũ in unguẽtis odoratis liquo
res q susceptui sunt odores: & qui in mollibus
quibusdam figuras imprimere uolunt nullã om
nino figurã manifestã esse sinũt, sed prius expla
nata illa leuissima faciunt. Eodẽ igitur modo et
quod omniũ, & eorũ quæ semp sunt, effigies in se
ipsum totũ sæpe pbè suscipere debet ab omnibus
speciebus à natura alienũ esse conuenit. hæc ille.
Quid clarius de materia dicere potuit PLA.
potentiã materie declaraturus Si vero dicat eã
pexistere cõposito, nil aliud iudicio meo declara
re intẽdebat, nisi materiã priorẽ esse cõposito uia
originis, non tamẽ secundũ actualẽ existentiam,
sed potẽtia solũ, ut ex inductis verbis pspicue sa-
tis colligere valemus, exẽplũ vero de auro cõpa
rato idolo, & de cera, dicere possumus quæ dixe
rat

rat Auer. exēplorū nō requiritur uerificatio, sed manifestatio. Et quia ARI. de materia dixerat eā appetere formā sicuti fœmina marē & turpe bonum; nam hoc repugnat doctrinæ demōstratiuæ q̄ exēplis minabitur, Et ne ea quæ diximus nostrū esse cōmenū uideatur subijcienda sunt uerba PLA. At in quo singula fieri vidētur, et rursus illinc pereūt, & illud solum per dictionis hoc & istud, usum appellare. Quodcunq; ego calidū aut album, aut etiam quodcunque contrarium, & omnia quæ ex his sunt, nihil horum ita uocare. hæc ille. Ex hoc loco accepit ARI. occasionem repræhendi PLA. verum diligenter animaduertere debebat, quæ PLA. immediate subiecit. Inquit enim: Adhuc vero ut rursus clarius de ipso dicamus conabimur. Si enim quis omnibus figuris ex auro formatis, non esset singulas in omnes transformare, & ostenderet quis unam ex ipsis, ac interoget quid nam esset, longe tutissimum ad ueritatem esset dicere aurum id esse. hæc ille. Increpat etiam in altero, quòd solida elemēta supponens, usque ad superficies ipsa disoluit, per hoc etiam quod prius dictum est comprobans, quòd ad nihil materia utitur, nam usque ad superficiem processit, ex quibus dicit fieri corpora quæ superficies materia non sunt. Satisfacit huic difficultati Io. Gram. dicens sciendum est autem quod non erat adeo geometriæ expers PLA. ut putaret corpus in superficies dissolui, sed

ſed ſuperficies dicebat ille naturales.ſ corporeas. quæ & profunditatem habẽt. Huiuſmodi autem proculdubio materiam habent in ipſis conſpectã quare non ſunt ſine materia ſecundum PLA.q. generantur. Hactenus de materia in loco citato.

In altero uero PLA. carpere ARI uidetur, quia nimirum magnum & paruum ſeu indefinitã dualitatem ex parte materiæ ſtatuit. Verũ vt doctiſſ. Simplicius teſtatur, eum hanc Dyadẽ poſuiſſe nõ vt duo principia ſeu elemẽta ex parte materiæ ſtatueret cum iam dixerat in Timeo materiã eſſe ad inſtar matris, ſed Pythagoreos immitatus qui omnia numeris ac mathematicis figuris inuoluebãt vt arcana phyloſophiæ occultarent, ne à rudibus ludibrio fierent; & etiã quia materia nõ facile intelligi poterat, niſi his ſimilitudinibus ob id eã magnũ et paruũ appellauit, non intelligẽs tamẽ duo principia ex parte materiæ, ſed eã appellauit paruã, quia in ſua natura cõſiderata ĩcorporea eſt, et expers magnitudinis,
1. phy. *ſed ſi contẽpletur, vt receptiua primo quãtitatis*
t.c. 32. *id quæ ab euo magnum quod merito dici potuit.*
& 33. *Subijciã uerba Simp. PLA. nõ tanquã duo prin*
fo. 24. *cipia dixerit magnũ & paruũ materiã ſed ſim-*
co. 2. D. *bolice, quemadmodũ & Dyadem indefinitã, &*
Gen. *ſimetriã, cuius partes ſunt exuperatio & defectus, multũ & parũ & inæqualitas, quæ omnia materiæ conueniũt. Quæ quidem per magnũ & paruũ PLA fortaſſe oſtẽdit vt pote quòd materia*

ria sit incorporea & expers magnitudinis & ideo etiã dicatur paruũ, sit autẽ omnis molis & dimẽsionis causa, & ea de causa magna: hæc ille. Et paulo infra idẽ dicit. Dicit autẽ Alexãder, omnium principium, etiã ipsarum idearum esse ex sentẽtia PLA. unum & indefinitã dyadem quam magnũ & paruũ dicebat, vt in libris de bono meminit ARI. & accepit aliquis à Speusippo & Xenocrate & alijs, qui adfuerũt in PLA. de bono auditione. Omnes enim cõscripserũt, & eius sententiã cõfirmarũt. & ijsdem eũ vti dicũt principijs. Atque PLA. quidẽ omniũ principia dicere unum & indefinitam dyadem est ualde uerisimile. id enim dicitur à Pythagoreis. uidetur autem PLA. crebo sequi Pythagoreos. Quod autem in definitã dyadem & idearũ principia dicens magnũ & paruũ dicat, per hæc materiã significans quomodo est consentaneũ, cum in hoc mũdo sensili PLA. materiã definiat & aperte dicat in Timeo, eã esse propriã generationis, et id quod gignitur in ea gigni. & ideas quidẽ dixit posse cognosci intelligentia, materiã autẽ esse adulterina ratione probabilẽ. hæc ille. Et infra dicit. Nã PLA. quoque non duo, sed unum facit subiectum, etiã si id oppositis appellet uocabulis, nempe magnũ & paruũ per aptitudinem ad ea quæ sunt opposita, haud uolens cõsiderare priuationẽ in aliqua substãtia. hæc ille. Et in calce eiusdẽ cõtextu. Quare in his quæ dicta sunt de ele-

[Margin: 1. phy. fol. 15. col. 2. in calce.]

[Margin: In t. c. 68. fo. 36. co 4. G. Gent. fo. 37. co. 2. B.]

mẽtis nihil fere diuersum pronũtiarũt PLA. et ARI. præter quã quòd PLA. quoque aliã adiecit causam, quod omnino oporteat, esse aliquod subiectũ. Sed eũdẽ est ad ea quæ cõsequũtur. hac ille.

1. phy. fol. 13. col. 2. in calce. *Hanc eandẽ ueritatem nõ modo Simp. uerũ ante illum Io. Gram. agnouit dicens. Dixit enim PLA. Pythagoreum esse, qui aliquãdo (vt ferme omnia Pythagoreis narrare solẽt) per enigma loquitur quomodoquidẽ, & illi dualitatẽ indefinitã, illimitatãq; materiã uocent. Nã id quod finit terminatq; ac unitatem cuiq; præbet forma est, materia autẽ indefinita est, et causa ut formæ extendãtur & aboleãtur. Nã cum ipsa recipit ea quæ suapte natura indiuisibilia sunt, ac non extẽsa, ipsa postea distabũt ac fiunt diuisibilia. Etenim rõne hominis q̃ impartibilis ac indiuisibilis in extẽsa suapte natura est, recepta ĩ materia distat, extenditurq; diuisa in diuersas, differẽtesq; partes. Quo circa p dualitatẽ materiã insinuauit. Itẽ quia materia ante alias qualitates quãtitatẽ prius recipit, nã primo quãtitate formatur, & fit trifariã diuisibilis & dimẽsa, iccirco dualitatẽ magnũ & pauũ appellauit, & hæc loco materiæ posuit. Qua propter materia cũ prorsus indefinita, illimitataq; sit, & nullum terminum suapte natura obtineat ea de causa ipsam dualitatem appellauit. Nam post unitatẽ id quod primo recipit diuisionẽ ac patitur ipsa dualitas est, deinde quia recipit materia primò quantitatem & in-*

& indisolutione cõpositi est extrema forma materiæ, ob id eã uocauit etiam magnum & paruũ. Nam hæc quantitati in sunt. hæc ille.

Quare etiã magnum & paruum materia dicatur non latuit doctissimum. Egi. dicit enim. 1. phy. PLA. differentiã ex parte materiæ magnũ & paruũ appellauit. Posuit enim ideas esse super intelligẽtias, super animas, & materiã coporalẽ, & una & eadẽ idea imprimebat similitudinẽ suam in intelligẽtias, in animas, & in materiam corporalem, sed intelligentiæ recipiunt illam influẽtiã magis uniuersaliter, anima vero minus materia autẽ omnino particulariter, ideo dicit magnum & paruum ex parte materiæ. i. principij receptiui, quia magis & minus pure ista recipiunt. Vel si uolumus referre ad unã & candem materiã corporalẽ dicere possumus magnũ & paruũ se tenere ex parte materiæ, quia una est magis uel minus disposita ad receptionẽ formæ & influxus idearum, hæc ille. t c. 32. Dub. 2.

Idem etiã alibi dicit: posuit PLA. magnum & paruum ex parte materiæ, quia posuit quatuor genera entium, primo corporeã, 2. animas. 3. intelligẽtias, 4. ideas, quas ipse nominauit Deos qui faciebãt & ad esse ac ad generationẽ rerũ & ad scientiam, ad esse rerum ac generationem quatenus causabant formas in mareria, ad scientiam ut causabant species in anima & in intelligentijs, & quia magis pure recipiebant intelligentiæ

gentia quã animæ, magisque animæ quam materia; ideo magnum & paruum ex principio receptiuo posuit. hac ille.

Reprehẽdit etiam in altero ARI. D. PLA. quia posuit, & nominauit materiam locum vt apparet in Tim. ob id in conciliando hos egregios phylosophos prius grauissimorum phylosophorum sententias adducemus, quorum authoritatem negligere non sine magno dedecore fieri poterit. Et si qua propria sententia affirmare tentabimus, ita ratione fulciemus, ut probabilibus impugnare non erit facile. Iam ad rem ueniamus D. Plato in Tim. materi anaturam cõtemplans pluribus nominibus appellauit, sicut in superioribus disputationis me uobis demonstrasse meminisse debetis, & matrem, altricem gremium, sinum, receptaculum, siluam, & locum. Nempe ipsa adeo cognitu difficilis erat, ut eam multis nominibus nisi declarasset, nos minime eam intelligere potuissemus, cum adulterina quadam ratione opinabilis est. Et ne quod dicemus temere, & absque testimonio dictum videatur, PLA. dicta in hoc loco adijcere placet. Fateri oportet esse speciem quæ semper eadem, sine ortu atque interitu, qu anec in se accipit quicquam aliunde, nec ipsa procedat ad aliud quidquam. sensuq́; corporis nullo percipiatur, atque hoc est quæ ad solam intilligentiã pertinet, eiusque intẽtionis est proprium. Sed est

aliud

aliud post hoc quod cum ipso non ratione, sed nomine conuenit, eiusq; similitudinem gerit, genitum sensibus manifestum, quod fertur & substẽtatur ab alio semper, & in aliquo loco gignitur, rursusq; inde recedit opinione per sensus comprehendendo. Tertium genus locus est qui interijt quidẽ nunquam, sed omnibus quæ gignuntur sedem exhibet, hic sine tangentis sensu tangitur, adulterina quadam ratione oppinabilis. hac ille. *Volui PLA. loquentem inducere vt melius eius mentem capere possemus. Tria entium genera in his dictis PLA. posuit primam idearum, secundum corporum quæ loco semper aliquo generantur, tertium materiæ quam ipse locum appellauit; non quidem corporum, sed formarũ rerũ materialiũ. Verum si quis huic veritati obijciat dicẽs, qui declarat materiæ naturã loco eã vtiq; definit, sed definitione rhetorica & eã quantũ demõstratiua disciplina aborreat tu ipse nosti. At qui sic in PLA. obloquitur dum ARI. partes tuetur nõ animaduertit cuius doctrinã defendit, nõ minus eã reprehẽsione dignã videt. Nonne ARI. 3. de anima intellectũ possibilem declaraturus dicit, & bene. iã dicẽtes sunt animam esse locum specierum, verum non tota, sed intellectiua, nec actu, sed potentia species. Vbi in his verbis commendauit PLA. qui animam posuit locum specierum, at si admittit intellectum locum formarum intelligibilium,* Dub. Resp. t.c.6.

cur

cur non vult admittere materiã locũ formarũ sensibilium. Et si Plato dãnandus est, quia loco diffiniuit materiam, cur ARI. nõ est dãnandus qui intellectũ possibilẽ loco diffiniuit? Et si Auer. defendit ARI. dicẽs. Sed cogitur hoc in talibus rebus quæ nõ intelliguntur nisi per consimilitudinem vt notificet ea ꝑ talia genera Rectorica; cur & hac defensione non tuemur PLA. in negotio de materia cum ipsa non nisi adulterina ratione vix oppinabilis sit? Hac defensione vsus

Dub. *est Simp. & Io. Gram. pro PLA. Verum obijcit Simp. dicẽs. Et si uerbis translatitijs declarauit locum non videtur PLA. culpa uacare si non proprijs nominibus id ipsum etiã declaret. Et si id non fecisset vtique culpa non uacasset.*

Resp. *Nempe in Tim. aliã loci acceptionẽ declarans dicit. Locum esse capacẽ, & aliã declarationem subiungens dicit, esse qua vniuscuiusq; ordo distincte cognoscitur. Etiã & alium diuorum lo-*

fo. 365. *cum extra cœlum in Phædro, vel de pulchro dicens: Quæ immortales vocãtur cum ad summũ peruenerint, extra progresse in cœli dorso consistunt. Ibi cõstitutas circunferentia ipsa circumfert, & quæ ille intuentur, quæ sunt extra cœlum. Locum vero super cœlestem neque quisquam nostrum laudauit adhuc Poetarum, nec usquam pro dignitate laudabit. Habet enim se verò in hunc modum. Audendum est enim verum dicere præsertim de virtute loquenti. Sine colore,*

sine

sine figura, sine tactu, essentia uere existens, animæ gubernatore solo intellectu cōtēplante vtitur, circa quam vere scientiæ genus hunc habet locū. hæc ille. Iste vero superū locus nonne cū illo ARI. 1. cœli conuenit? de quo ipse. Extra cœlū ostēsum est, quia neq; cōtingit fieri corpus. Manifestum igitur, quia neq; locus, neq; vacuū, neq; tēpus est exterius. Propter quod quidē, neq; apta nata quæ ibi sunt esse in loco, neq; tempus ipsa faciat senescere. Neq; vllius eorū est vlla mutatio quæ super eam, quæ maxime extra ordinatā lationē. Sed inalterabilia & impassibilia, optimā habentia vitā, & per se sufficientissimā. hæc ille. Verū vrgebit aduersarius dicens. Tu vis cōciliare eos qui volunt esse discordes, & adduxisti sententiā ARI. quæ potius contradicit dictis PLA. quia dicit eas mentes in dorso cœli esse quasi in loco, & ARI. dicit extra cœlū nihil esse, neq; locū, neq; tēpus &c. Quō ergo entia illa, quæ optimam ac sufficientissimā uitā degunt sunt in loco si locus non est? Age bone uir ARI. ab illis feliciss. entibus eū locū negat qui corporibus cōgruit, quē declarans. 4. phy. dicit; est vltima superficies corporis ambientis locatum &c. Et ab illis etiā negat tēpus cum æternitate mensurentur. Nihil minus nō negat locū manifestatiuū. Nā ipsemet ARI 2. de cœ. dicit: Cœlum autē & eū qui sursum locū an qui quidē Dijs attribuunt velut existens solū immortale. Et 8 phy locū primi motoris esse maximū circulū, maximi

t.c. 10

Dub.

Resp.

t.c. 2.

t.c. 85.

orbis vbi apparet potentia mouendi maximi motus. t.c.22. *Et 1.cœ. Oẽs de Dijs habent existimationẽ et locũ qui sursum est attribuunt Deo, & hoc tã græci quã barbari, tanquã immortale coaptantes immortali. Iã vides quomodo hi non aduersantur, non pugnant, immo consona omnia sunt.*

Dub. *Verũ adhuc vrgebis dicẽs triplicẽ loci acceptionem ex PLA. sententia adduxisti, alterã est materia, qui locus formarũ materialiũ est, alterã esse dorsum cœli vbi beatæ mẽtes perpetua æternitate beata ea vita perfruuntur, alterã esse dicit capacẽ qua vniuscuiusq; ordo distincte cognoscitur, vbi est ergo locus corporũ? Si eũ neglexit, aut nõ expressit, vt videtur Simp. dicere ergo diminutus si declarauit, da locum.* fo.91. co.2.in cal. *Verũ huic difficultati omisso Simplicio qui ingenue confitetur PLA. deseruisse de loco corporũ quã naturã habent, huic sententiæ,* Resp. *respõdeo PLA. de eo disputasse, nãq; in illa loci acceptione, cũ dicit locũ esse capacẽ, in altera dicit, ꝙ in loco vniuscuiusq; ordo distincte cognoscitur, ex his oẽm loci definitionem colligere possumus, & nullã aliã esse quàm illã ARI. Nã cũ dicit locũ capacẽ ostẽdit materialẽ loci definitionẽ, cũ autẽ de ordine meminit de formali locutus est. Hoc autẽ clarius apparebit cũ definitionẽ ARI. de loco aperiemus. Quod autẽ PLA. de corporũ loca disserit quæ Simplicius neglexisse fatur, si ea quæ in Phedone docuit percurremus sitis perspicue inueniemus, dicit.n. Postquam homo mortuus*

fuerit,

fuerit quod in eo visibile est corpus, & in loco visibili positũ, quod cadauer appellamus, cui cõuenit vt dissoluatur &c. hæc ille. Ecce quomodo corpori locum sensibilem attribuit. Hactenus quomodo PLA. materiã locum nominauit, superest, vt modo videamus: quomodo priuatio à materia distinguatur, & in hoc hos duos phylosophos non esse discordes declarabimus.

PLA. in Sophista nõ ens esse, & aliquã etiam naturã habere ꝓbare videtur, verũ postea testimonio Parmenidis eã sententiã cõfutat. At paulo supra volẽs tertiã definitionẽ entis tradere, petit an ens cõe quid esset ad motũ, & quietẽ, & respõdens, inquit. Ens itaq; neq; stat penitus suapte natura, neq; mouetur, & cõuenit cũ ARI. 4. met. qui voluit ens nõ modo de decẽ generibus dici, verũ & de priuationibus, & negationibus. Dicit. n. aut negationes, aut priuationes, aut horũ negationes, aut substantiæ. Et infra. Quapropter & non ens esse, nõ ens dicimus. Ex quo loco tũ ex PLA. tum ex ARI. sententia elicio ens cõe esse ad id quod est, & ad id quod nõ est. Verũ hoc est ARI. satis claret ex cõtextu iã inducto, sed dices quõ hoc idẽ PLA. sensisse demonstrans? Animaduerte bone vir, PLA. de ente secutum fuisse Pythagoreos de ente ac non ente, vt etiã id ipsum habes ab ARI. 3 phy. qui narrat eos posuisse decem genera entium, & in altera serie decem alia genera non entium, vt in hoc exemplo licet videre.

fo. 153. fo. 150. t. c. 2. t. c. 12.

Pythagora

Entium	*ac non entium.*
Ordo	
1. Bonum.	*Malum.*
2. Terminus.	*Infinitum.*
3. Impar.	*Par.*
4. Vnum.	*Multitudo.*
5. Dextrum.	*Sinistrum.*
6. Lumen.	*Tenebra.*
7. Masculum.	*Fœmina.*
8. Quiescens.	*Motum.*
9. Rectum.	*Curuum.*
10. Quadratum.	*Altera parte logum.*

Vnde quietem inter entia statuit, quia considerauit adepta forma p motũ iã cessare, & motum inter genera nõ entiũ, quia dũ fit suũ esse habet, at cũ factũ est corrũpitur. Vnde cũ PLA. dixit. Ens neq; penitus stare, neq; penitus quiescere, voluit entis cõitatem, & indifferentiã demõstrare, ac si diceret, ens nõ modo dicere ad decẽ generibus quæ vere sunt entia, verũ de negationibus ac priuationibus. Et hæc dicta sint de natura entis ac non entis secundũ PLA. ac ARI. mentẽ quæ quã sint cõsone tu ipse vides. Modo videamus qũo PLA. in Sophi. materiam à priuatione distinxerit.

Nã vt Parmenidis sentẽtiã impugnaret multis rationibus commonstrauit, ens à non ente distingui. Et ne multis agam, unũ uerbum PLA. referã, quasi totius illius disputationis scopum & metam.

fo. 153. in me. col.

metã. Dicit. Hospes. Nemo itaque dicat quòd post quã nõ ens entis contrarium ostẽdimus, esse ipsum dicere audeamus. Hos enim iam diu uale ei diximus qui roget quod cõtrariũ est alicui, reuera sit nec ne, & ratione quadam subsistat nec ne, aut ratione careat. Quod autem nunc diximus esse non ens uel probare debet qui minus credit, uel si probare nõ ualet, eo usque credere quo usque cõtradicere nequit. hæc ille. Et ne hanc ueritatẽ ex uno tantum PLA. libro accepisse uideamur, subnectamus uel aliud testimonium ex dictis PLA. in Parm. confutans eius sententiam sic ait, quasi suã disputationẽ cõcludẽs. Neque ergo esse ipsum non ens poterit, neq; alio quoq; modo essentiam attingere, minime, fieri autẽ aut interire, nũ aliud est quam illud quidem essentiam accipere, hoc autẽ ammittere? Nil aliud est. Ergo cui nulla huius pars conuenire potest, nũquam accipit ipsam aut amittit hæc ille. Ex his facile colligere possumus nõ ens ab ente PLA. distinxisse, & cum materia inter entis ambitum contineatur vt in superiori disputatione ex PLA. sentẽtia commostrauimus nulli dubium est ex non ente simpliciter omnia fieri non esse opinatum PLA. fo.62. in me.

Verum iam uideamus quomodo Parmenidis opinioni assẽtire uidetur materiã à non ente distinxit. Verum animaduertamus quæ nã fuerat ratio Parmenidis nẽpe hæc. Quidquid est præter ens est nõ ens, sed nõ ens est nihil, ergo quicquid est præter Ex sim. 1. phy. t. c. 79. fol. 39. co. 1. & 2.

præter ens est nihil. Et quia ipse nō distīxit inter ens per se & per accidens, & inter ens in actu & in potētia, ideo quidquid erat præter ens erat nihil, & quia materia ex qua cūcta generabātur erat præter illud vnū ens, ergo ex nihilo simpliciter cūcta genita fuisse optimatus est. At nō ita res se habet. Nēpe si Parmenides admiretur ac magni fecisse hāc rationē uideatur, ei tamē nō suscripsit. Id aūt satis claret ī sophista ubi ens à nō ente discernit, nec nō inducens Parmenidis carmē, ita fatur. Nūquā & nullo modo sunt nō entia. Et qa Parm. in nihil incidisse uidebatur, ideo quasi cohibēs se ipsum dicit. Sed tu quarēs ab hoc progressu cohibe mentē. hac ille. Et subdit PLA. Nos autem non solū non entia esse ostendemus, verū quæ sint nō entis species demōstrauimus. Verū nōdum adhuc declarauimus quomodo illi Parmenidis rationi PLA. assentiat. Ob id diligenter notare debemus ex duabus propositionibus Parmenidis, maiorē solam cōcessisse, s. quicquid est præter ens est nō ens, at hanc minorē, sed nō ens est nihil, quia eam sine delectu ac aliqua distinctione capiebat hac ratione ab eo dissentit, eumq; increpauit in sophista. Verū & aliud PLA. testimoniū ad hanc veritatem astruēdā placet adijcere. In Tim. quomodo materiam à priuatione nō distinxerit cum dicat? Vnde huius materiæ bene erit præparatum nisi informe sit, et suapte natura omnibus formis quas recepturū est careat. Quid informe nisi formis pri-

fo.584. in me.

mis priuari? Quid est carere formis nisi formis priuari? Ecce quomodo priuationẽ à materia distinxit. At roget q̃s, cũ PLA. priuationẽ à materia distinctã cognouerit cur inter elemẽta eam nõ annumerauit? Dub. *Dicimus priuationẽ dici nõ potuisse elementũ, cũ elemẽta in genito intrinsecus remanere debeãt, vt testatur ARI. 5. met. declarans quid elementũ sit. Elemẽtũ vero dicitur ex quo cõponitur primũ in existẽte indiuisibili specie in aliã speciẽ, cũ vero priuatio in aduentu formæ tollatur merito priuatio elementũ dici nõ poterit.* Resp. t.c.4. *Et si vrgebis adhuc; cur ARI. si priuatio elementũ esse nõ valet, inter principia statuit?* Dub. *Dico id fecisse, quia non distinxit inter principia per se, & per accidens & quia illa non remanet in facto esse in genito, ideo hac ratione potest dici principium.* Resp.

Quod vero PLA. materiã à priuatione distinxerit Io. Grã. & verbis PLA. ostẽdit ita dicens. Nã si PLA. materiã appellauit matrẽ, altricẽ, et receptaculũ formarũ, atq; nullã formarũ ingrediẽtiũ habere, patet etiã ipsam priuationẽ formarũ habere. qñ igitur suscipit formas amplius priuationẽ formarũ quas recipit simul habere nõ poterit, alioquin accideret, vt idem simul esset, & non esset, quare eo q̃ recipit formã, abijcit earũ priuationẽ, si hoc cõceditur materia altera erit à priuatione. Itẽ si (inq̃t) cuncta esse p formã & fieri per vicissitudinẽ formarũ, corrumpi autẽ p abiectionẽ earũ, materia nãq; abijcit formã, hac autẽ abie- Io. Gr. fo.32. col.1.

ctio

ctio formarũ nihil aliud est, q̃ priuatio earũ, itaq; priusq̃ forma abijceret ab ipsa materia priuatio separata erat, quare PLA. putauit materiam à priuatione differre, & si non adeo aperte verbis explicauit vt ARI hæc ille.

Verũ quõ PLA. Parmenidi assentiẽs materiã nõ ens simpliciter affirmauerit dicit. Quia admi
Idẽ. fo. *sit hanc Parm. ꝓpositionẽ. Quicq̃d est præter ens*
32.co.2 *est nõ ens. At PLA. licet materiã pter illud ens opinatus est esse, nõ tñ nihil eã esse dicit, cùm eã ꝑ se ens dicat ꝑ accidens nõ ens, & de his superius disseruimus ac diximus PLA. ens intellexit intel lectuale. hæc ille. Et q̃d plura? MẽtẽParm. ARI.*
In ꝓlo. *1. met. aperuit quid ꝑ nõ ens intelligebat Parm. nõ*
in fin. *.n. penitus intelligebat nihil cũ ipse entiũ existima torũ posuit calidũ, & frigidũ. i. ignẽ, & terrã esse*
t.c.4.1. *principia. Et hoc ipsum dicit ARI. 1. phy. vbi declarans melius esse statuere principia finita q̃ infinita, & quot numero sint dicit Parm. n. calidum & frigidũ principia facit. Et Auer. in cõ. dicit: Parm. autẽ dicebat hoc, quia opinabatur ꝙ entia sunt duobus modis vera. s. & existimata, & ꝙ vera sunt intelligibilia, & sunt vnum, & ꝙ existimabilia sunt sensibilia, & sunt plura. hæc ille. Ecce quomodo Auer. subscribit sententiæ Io. Grã. & ueritas ueritati omnino quadrat. Hactenus de materia ac priuatione. &c.*

FINIS.

ERRATA, QVAE IN HAC PRI
ma operis æditione euenerunt sic corrigito.

Pagina prima facie secunda linea 13. post quest. adde inquit p.2.f.1.l.6. commune fecerunt lege commonefecerunt p.2.f.2.l.3. quibus lege quæ li. 24. perficiendæ lege percipiendæ l.26. Nos lege Hos p.3.f.2.l.4. dicit lege dicet l.26. insabilitate leg. inefabilitate p.4.f.pri.l.24. separata separatam p.5.f. prima l.20. etiam, esse p.6.f.1.l.2. specie, species l. 3. anima animam eadem l. potiss. potius l. eadem q̃ q; l. 4 . potuit posuit l.16. quidam quidem p.2 li.14. uno unum p.7.f.2.l.8. præcessit præcepit p.7. f.2.l.ult. primus prius p.8.f.2.l.22. facilis facilius p. 9.f.2.l.21. poterat lege potuisset p.11.f.sec.l.9. Nec lege Hæc f.sec.l.14. dicemus lege dicimus p.12.f. prima l.6. debent lege debet l.18. nec 2. lege hæc f sec.l.4. uersatur lege uersetur, eadem l. immutatum imitatum l.17. Timens lege Timeus p.13.f.1.lin. 14. natura lege naturæ l.22. Num lege Nam f.sec. l. 2. interitus lege interitui l.13. huius lege huiusmodi l.27. huius lege huiusmodi p.14.f.1.l.10. cõmutabile lege immutabile l.15. latius lege altius l.24. Sacrates lege Socrates p. 15.f. prima li.21. coenum lege cœcum l.27. etiam lege esse p. 16. f.pri. l.16. profitentur leue profitetur f.sec.l.3. mansit leg. materia fit f.sec.l.4. hoc lege hæc p.19.f.pri.li.12. uirtute lege uirtuale, eadem lin. principatum leg. participatũ, f.sec. l.4. & lege ex p.20.f.p. l.6. quidẽ l. q̃dã f. sec.l.24. efficit leg. effecit p.21.f.p.l.13. huius lege huiusmodi p.22. f. pri.l. 25. huius lege huiusmodi f.sec.l.ult. aut lege autem p. 24.f. prima l.23. uolentis uolens f. secunda l.18. post habent, adde in actu p.26.f. prima l.3. quod lege qui lin. 16. ego

e
rgo p.28.f.sec.l. 19.etiam esse p.30. f.1.l.5. omnia l.anima f. 2.l.11.infinitũ l.in infinitũ l. 13.sunt non sunt p. 31.f. 1.l.17. Arist.l. Plat. p.33.fac.prima.l. 5. titu.leg.text. linea.20.æquum mulum frustra autẽ est nisi ut æquus mulũ l.ult.quod l.quia p.40.f.1.l. 24.procedit l.præcedit f.sec.l. 19.esset l. esse p.42. f.1.l. 11.idem l.ideam f. sec.l.8.nam l.natura p.43.f. pri.lin.12. infinita infinitis pagina. 44.fa.pri.l. 21. immunitione l.imminutione p.45.f. pri.l. 13. nam l.natura, eadẽlinea huius l.huiusmodi l. 24. huius l. humõi p.46. f.sec. l.10.abstracta,& immersa, l.ab stractæ,& immersæ p.47.f.sec.l.4.ideã l.ideæ p. 50. f.1.l.24.de,l.dicit p.51.f.pr.l.ult. correspõdẽs l. cor respõdẽtẽ,natura l.naturã p.54. f.pr.l.15.principiũ ꝑprincipio l.16. quædã l.quasdã f.55.f. p. l. 21. sciẽ tia l.essentiam f.sec.l.7.etiam l. esse l.14. ẽt l. esse. 56.f.sec.l.15.post.intelligentiam,adde,facit l.23.na turas lege nostras p.57.fa.1.l.18.huius leg.huiusmo di p.58.f.1.l.25. probatißima l.probatißimas f sec. l.10.eas l.eos diuidere l.dißidere l.11.pollicet l.pol licetur l.13.eas l.eos p.59.f.pri.l.6.doctoribus l.doctioribus p.60.f.1.li.6.nes l.ne li.10.post secundum adde se l.28.aliqui l.alicui f.sec.l.17.ad l.ac p.61. f. sec.l.8.quod l.quid l.12. specialis l. spiritualis p.62. fa.1.l.9.nam l.nũ p.63.f.1.l.23.audebitur l.audebit f.sec.l.18.post itaque addede p. 65.f. 1. l. 20. dele ac l.27.in l.inde f.sec.l.19.post & adde non p.67.f.sec lin.12.in producto l. improducto pa.73. facie.1. l. 23. non l. nam pag.75.fac. 1. l. 8. supra l. 5. p. 78. fac sec.l.19.de dicta Deo l.dicta de Deo li.26.qui l. ꝙ pa.82. f.sec.l.24.post definitionis adde per aliud non aßignasse p.83.f.pri.l.4. studiosißimo & doctißimo l.studiosißimus & doctißimus p.85.f.pri. .23.post est,adde quod l.28,post Ob, adde .id f. 2. l.16.

270

l.16.tam l.tum l.25.apparuit l.apparuerit p.87.fa. se.l.18.membra l.umbra p.88.f.pri.l.4.quod l.quid p.90.f.prima li.6.tam l.tum l.10,et lex p.92.f.pri. l.22.quod l.quid fa.sec.l.5.post uocis,adde,octauæ peperit l.15.delicatori l.delicatiori p.93.f.pri.l.24 post impartibili,adde,ac partibili l.28.contemplemus l.contemplemur f.sec.l.9.declarent l.declarentur p.94.f.pri.l.23.se l.seriem p.95. f.pri.l.3.naturale l.nālē l.7.disputāt l.disputātur f.s.l.8.perficiūt l.perficiuntur p.96.f.pr.l.16.uersus l. cursus li.23. ac l.a fa.sec.l.4. interfectionis l. interiectionis l.15. sexus l.septis p.98.f.pri.l.15.notia l.notitia p.99.f. 1.l.15.per l.pes f.sec.l.4. indictione l.inductione p. 100.f.sec.l.10.mortalis l.immortalis p.101.f. pr.l.1. post esse adde uoluisse f.2.l.sec.fieri l.ferri p. 104. f. sec.l.5. dele non l. ultima.daoptatis lege. adaptatis p.106.f.sec.l.22.dele ob p.108.f.1.l.11.num.l. enim l.26.telligibili l.intelligibili p. 110.f.1.l.pri.simplicitus l.implicitus l.23.contrarium l.in contrarium p.111.f.pr.l.3.nobilis l.mobilis l.9.dependes l.depēdens p.113.f.pri.l.13.commetius l.commentitiusl. 26.& l ex.f.se.l.4.post ingressus,adde enim l.18. unique l.undique p.114.f.pri.l.sec.affingere l.attingere l.7. connutatum l.concitatum l.21. faciliter l. facilitate p.115.f.sec.l.10.tum l.tamen l.ult.alter l. alterum p.117.f.pr.l.9.simplicita. l.implicita f.sec. l.13.dele q; pag.118.f.pri.l.15.reuelari l.recordari f. sec.l.5.re l.rem p.119.f.pr.l.8.huius l.huiusmodi f. sec.l.3.numero l.nunc pa.120.f.se.l.19.conspicius l. conspicimus p.121.f.pr.l.27.sum l.sunt.p.122.f.2.l. 15.notia.l.notio p.123.f.pr.l.18.propendamus l.perpendamus p.124.f.sec.l.20.dele non l.28.susceptio l.susceptionem p.125.f.pri.l.14.pactum l. factum f. sec.l.18.sapiens.l.sapientem l. 25.ea l.eos actum le.

actu p. 126. f. 2. li. 4. obtinet l. obtinēt. l. 18. alliciūt l. eliciunt p. 128. f. pri. l. 5. Et l. est p. 131. f. sec. l. 19. dedicendum l. deducendum p. 132. f. pri. l. 27. Tertio l. secundo p. 133. f. p. l. 21. posuisset l. potuisset p. 134 f. sec. l. 25. abducit l. adducit p. 135. f. pri. l. 25. nā l. nō p. 136. f. 1. l. 23. quando l. quanto l. 24. quādodem l. quandoquidem l. 25. de difficilis mobili l. de difficili mobilis f. 2. l. 7. post Auer. adde tertio p. 139. f. 2. l. 14. tum l. tamen l. 12. Nam l. Non p. 140. f. p. l. ultima qua l. quæ p. 142. f. pr. l. 3. post utique, adde, esse dictum l. 16. adeptio l. adeptionem l. 19. requiruntur l. requiri f. 2. l. 4. notandum l. notando l. 19. præceptor l. præceptorem, eodem loco post diximus, adde, quod, requiri, requiruntur p. 144. pr. l. 28. absoluunt l. absoluūtur l. 29. ferunt l. fert f. 2. l. 19. finantur l. finant l. 20. persuaderint l. persuaserint p. 145. f. pr. l. 2. possum possim f. 2. l. 2. eandem eadem p. 146. f. pr. l. 5. quodam l. quædam l. 19. quia l. licet l. 21. post infundi, adde, crediderit, f. 2 l. 22. quidam l. quidem p. 147. f. pri. l. 9. animos l. animas l. 21. eas l. hæ & dele uero l. 22. dele si l. 23. distinctum l. distinctiuum l. 27 illabant l. illabantur f. 2. l. 7. retinet retinent p. 148. f. 1. l. 5. etiam l. esse f. 2. l. 15. ibi l. ob l. 27. animi l. omni p. 149. f. p. l. 3. est sit l. 6. fecerat l. fecisset f. 2. l. 14. totam totū p. 150. f. 1 l. 16. quādoque l. quinque lin. 18. opinatur lege. opinantur lin. 21. ethicorum l. physicorum p. 151. f. pr. l. 15. Nec l. hæc l. 21. moto motu f. 2. l. 5. quòd l. quid l. 20. mouere moueri p. 152. f. pri. l. 21. raminiscitur l. reminiscimur l. eadem intellectum passiuum l. intellectus passiuus l. 23. maginatiuam l. imaginatiuam p. 154. f. 1. l. 20. causa causas p. 155. f. pri. l. 2. quòd leg. q̃ lin. 19. causant causent p. 155. f. 2. l. 25. particeps l. par

ticipe

p.157. f.2.l. 20 uisili l.uisiles p.158. f.p.l.7. illã illa l. 8. internam interna receptionem receptione l.18. audito l.auditio f.sec.l.19. esset l.esse p.159.f. sec.l.10. potest posit pa.160.f.pri.l.sec. membra nulæ pagina 160. facie,pri.lin. 6. multi l. multis l. 7.uulnerati l. uulneratis abscondunt l. absconditi sunt l.sec.aliquid aliquod l.15. est sit f.sec.l.3. dele,cum uideamus in nocte p. 161. f. pr. l. 17. aspiciat aspiciant p.162. f.pri. l. 18. probat probet p. 162. l.24. potentia potẽtiæ, post obiecto,adde prodest l.25. iuuare l.prodesse p.163. f.pr.l.13. contrariatur contrarietur f.sec. l.ultima,uita l.uisa p.16 l. 20. comune comunem,linea.ultima a leg.an f.2.li. 6. possumus posimus f. sec.l.7.quòd l.quid p.165. f.pr.l.24.dele in.notitiam l.notitiæ l.25.. post nihil.adde tamen f.sec.l.16.diuidatur l. deuidantur l.17.dicuntur l.dicantur p.166. f.pr.l.sec.intelligã tur l.intelligant l.21. uoluptatem uoluptate f. sec. l.3.alteram altera p.167.f.pr.l. 10. cui quibus f. 2. l.13. mites l. mutes l. 17. faciliores l. feliciores l. 18. officio l.efficio p. 168. f.pr.l.17. fęlicitate l.felicitatem l.18. dixeras l.dixerat p.169.f.pr.l.3.depingunt l.depingant f. sec.l.sec. cithara l.citharam l.9. conuenit l.interest p.170. f.pr.l. 5. quia cum f. sec.l. 17. post quæ,adde est. p. 171. f.pr.l.10. miseri l.miseris l.14. ille uir,illius uiri,uitam plantæ lege plantæ uitam l.18. sit sic f.sec.l. 6.adẽptionem l. adeptione p.173.f.pr.l.pr. qua quam f.2.l. 3. queãt nequeant l.25. philosophica philosophia p.174.f. pr.l.pr.reliqua reliquæ l. 20. quod quid f. sec.l. 15. minor l.minorẽ l.28. &,etiam p.175.f.pr.l.6. actiue l.actiua f.2.l.6.quæ l.quam l.7. absoluta ac perfecta absolutam,ac perfectam l.10. dele nam p.176. f.pr.l.ultima tres,in tres p.178. f. pr.l. 21. insulas

insulis

insulis p.179. f.2.l.prima tenuit tendit p.180..f.1. l.24. Alibiade,l. Alcibiade f.2.l.7.anima animam p.181.f.pr.l.5.&,est p.182.f. pr.l.3. direret diceret l.9.quælibet l.quemlibet l.11.natura l.nam l.17. na tura l.nam l.20.natura l.nam f.sec.l.15.expetuntur l. expetantur l. 21.quisque l. quisquam l.24. nostrorum l.nostrum p.183. f.pr.l.15. natura l.nostra f.2.l.6. iudicarunt l.iudicarint l.13.post(inimicis)adde usi sunt,& post,adeo,adde.n.l.18.post Deum adde & pa.184.fac.sec.lin.16.post indigesta adde (q; est) l. ultima tertiam l. tertium f. 2. l.10. Platoni l.Platonis p.186. f.pr.l.sec. proportione l.proportionem p.187. f.pr.l.9. huius l. huiusmodi f.sec.l.3. pertranseam l. pertransibo l. 5. & etiam l.2.dele enim l. 13.possumus l. possimus p. 188.f.p. li.21. huius lege huiusmodi p.189.f. pri. l.ult.eũ l. cũ f. 2.l.21.& etiam p.191.f.pr. l.5. multam multũ f.pr.l.12. ante l.ente l.27.perfruunt perfruuntur f.2.l.5.contrarietatem l. contrarietate l. 6. totam l.totum l.12. producta productæ, habeat l.habeant l.13. qui quia,accipit l.accipiunt l.14.habet l.habent p.192.f.prima l.4.post præcipuos adde platonicos l.14.causam l. causa f. sec.l.3. maneat l.maneant l.8. quendam l.quandam l.19. pro l.per l.23.æternitatem l. æternitate p.193.f. pri. l.14.principio primo l.15 esse l.ente p. 194. f.pr. l.3.quo l.quomodo l.6. post cœli adde (ait)f. sec. l.21. habuerit l.habuenrint l. 22. illi l. illas l. 23. ipsũ ipsas p.198. f.p. l. 26. secũda secũdã tertia l. tertiã f. 2.l.3.cõsequitur l. consequatur l. 9.quo l.quod p.199.f.2.l.24. post enim adde uia l.27. combare l.comprobare p.200. f.pr .l.9.dele ideo f.sec.l.7.concurre,l.concurrere p.203.f. pr.l. 16. sermonem l,sermone f, sec,l, 13. sententiam sentẽ

tia

tia f. 204. f. pri. l 10 post (non esse) adde dixerunt) f. sec. l. 13. alias alijs post (aliæ) adde (priores) p. 107. f. pr. l. 21. esset l. essent p. 206. f. p. l. 6. apparet l. appareret f. sec. l. pr. sũ l. sunt l. 12. quædã. l. quidã l. 13, ebrietate ebrietatem l. 19. post (iterũ) adde eũ l. 21. excitatus fuisset excitatum fuisse f. sec. l. 25. post occupati adde, sunt percipiunt, l. percipere f. 107. f. pr. l. 6. percimus percipimus l. 12. ex hic ex his l. 13. firmissima firmissimam p. 108. f. pri. l. 24. uisibili uisibile f. 2. l. 26. ipsam l. ipsa p. 210. f. pri. l. 4. potest l. possit f. sec. l. ultima cetrarum mensura cæterarum mensura p. 219. f. pri. l. sec. numerans numerantẽ l. 4. tertia tria l. 5. & at p. 2012 f. sec. l. 21. quod l. quid l. 25. induci inducit p. 221 f. pri. l. 8. insita insitam l. 17. animam anima f. 2. l. 6. dele qui l. 11 nam l. natura l. 19. consuerunt. consueuerunt l. 20. Hec Nec pag. 214. f. sec. l. 8. post (cum) adde (non) pagina. 213. facie. pri. l. ultima numerus numerantem p. 216. f. pri. l. ult. qui quidem f. 2. l. 18. æmulant æmulantur p. 227. f. pri. l. 26. sunt sint p. 228. f. pri. l. 25. uerbis uerba p. 229. f. 2. l. 23. sunt sint p. 230. f. pr. l. 4. claritatis l. charitatis f. sec. l. 9. esse esset l. 21. post (ut) adde (ad) l. 23. ille illi l. 24. consultant consultent l. 27. mullam nullam p. 231. f. pri. l. 14. hora hera p. 232. f. sec. l. 3. quæ qui p. 233. f. see. l. 4. demonstrare demonstrarem p. 234. f. pri. l. 5. digna dignos l. 11. quam tum quantũ p. 235. f. 1. l. 22. dominaris domineris p. 236. f. pri. l. 17. successum successu lin. 22. fuerunt ferunt li. 28. dignam digna pag. 237. fac. pri. l. 12. ciuies ciues l. 14. regum l. regnum p. 238. f. pri. l. 3. utebatur utebantur f. sec. li. 7. solus solius li. 19. coniungatur coniugatus pa. 239. f. sec. l. 12. nec fuisse nos fecisse l. 21. post (sit) adde (nil) l. ult. Reip. Rep. p. 240. f. p. l. 5. unitus unitas f. sec. l. 7. reddetur reddet l. 20. de

le mihi p. 241 f. pri. l. 4.posit pôt f. sec.l.7.licet licent p. 242. pri.l.22. princeps principes f. 2. l. 10. præcatur præcātur p.245.f. pri. l.23.esse esset f.sec. l. 12. generi genere l.20.agnoscerent agnosceret p. 246.f. 2.l.20.quū q̄ l.25.causa caula p.247 f.pri.l. 6. neuter neutrū linea.septima.esset essent li.8. colerent colerent linea 12. Resp. Reip.lineaultima.possideāt possideant facie.secūda l.3.in l. sint l.6.hil. his l. 22.dele (ac)colet colat p.248.f. se. l. f.ex hinc exhibere p.251.f.sec.l.20.expedit expetit p.252.f. pr.l.27.redditus redditum p.253.f.pri.l.5.dele non l.16.agri agros l.28.natura nostra p.255.f pri.l.6.subeunt subeant f.sec.l. 11.distat distet p.256.f. pri.l. 22.accedere accidere f.sec.lin. 6.eadem dem p.257 f.pri.l.4. dele (uenit) l. 32. ratione rationem l. 23. quolibet quodlibet l.27.efficientem efficiens p.258 f.p.l.19.quæ lege quod f.sec.l.10.qui quæ p.259. fa. pri.l.6.post nobis adde(tribuet, & dele)& similitudinibus uti non debet l.9.uisitentur usitentur l.10. uisitantur usitantur l. 11. pro per l.ult.capit carpit, etiam entia f.sec.l. 12.intermedia intermediam l.21 ea eorum f.sec.l.25.denominatiuè denominationē p.260.f.pri.l.5.post(erat)adde denominabitur f.se. l.5.fit fiat l.9.& eo p.261.f.pr.l.6.comenū comētū l. 9.ego ergo l. 17.esset cesset p.262.f.pr.l.10.bono boni l.ult.contextu contextus f.sec.l. 4. eundem idem l.9.quodoquidem l.quandoquidem p.263.f. sec.li. 15.disputationis disputationibus l.22.dicemus dicimus p.264.f.f.1.l. 12.primā primum p. 265. f.1.l.27 anqui antiqui f.se.l.8.alteram altera l.16.deseruisse disseruisse l.27.loca loco pagi.266.facie.1.linea 22. est ex lin. 24. demonstrans demonstras f sec. l.7.ad de p. 267.f. 1.l.26.post uidetur adde qui l. 27.fuerat fuerit p.268. f. 1l.13.ualet uult l.18.& ex f.sec.l.sec. abijceret abijceretur l. 10 est fiat l. 22.funt fint.




RESTAURO